†ACETABVLVM, li. n. 2. ξύβαστον. ab accipiendo dicitur, vt vult Herniolaus; ſeu potius ab acero: eſt menſuræ genus, cotylæ quartam partem continens, hoc eſt, drachmas xv. Plin. lib. 21. c. 34. Celſ. l. 5. c. 24. Acetabula in corporibus dicuntur pyxides, vt Anatomici vocant, quibus coxendices infiguntur, circaq; ea vertuntur oſſa coxarũ. Plin. l. 28. c. 11. κοτυλήδονα. Abuſiuè, Eſt pro alijs rebus, quæ ſimilitudinem referunt acetabuli, quod in corporibus eſt.]

†ACETARIA, orum, dicũtur à quibuſdam herbæ ſeu cibaria, quæ ex aceto ſumuntur ad excitandã appetentiam, quales ſunt herbæ virentes, quas aceto & oleo guttatim inſtillato concinnamus. Salatæ. Plin. l. 20. c. 20.]

†ACETVM, p. p. n. 2. acre vinũ. ὄξος. Aceto. Ger. Eſſig. Gal. Vinaigre. Hiſp. El vinagre. Suet. in Cal. Aceto liquefactus. Acetũ pro induſtria tranſtulit Plaut. in Pſeud. Aceto aliquẽ pfũdere, id eſt, amara mordacitate reprehendere. Horat. 1. Serm.]

†ACHAEMENES, p. c. Ἀχαιμένης, nomen primi regis Perſarum, à quo reges oẽs vſque ad Dariũ vocati ſũt Achemenide Herodot. l. 4.]

†ACHAEMENIDES, p. c. Ἀχαιμενίδης. unus è ſocijs Vlyſſis, qui apud Virg. 3. Aeneid. narrat de Polyphemo.]

†ACHAIA, æ. p. c. Ἀχαΐα. proprie dicitur Peloponneſi regio ſeptẽtrionalis, ſecundũ litus ſinus Corinthiaci, ab ipſo Iſthmo uſq; ad Araxum promontorium, & Elioru agrum ad occidentẽ extenſa: ita dicta ab Achæo Xuthi filio. Strabo li. 8. Antea vocabatur Aegialus, propter vrbes in litore diſpoſitas. Plin. l. 4. c. 5.]

ACHATES, p. p. m. 3. [*Agate,* שבו ſchebo,] ἀπὸ τοῦ ἄγειν. i. à cura, quæ regum ſemper comes eſt, quo noĩe dictus Aeneæ comes: & lapis quidam pretioſus in Sicilia, apud Achatẽ fluuiũ primum repertus. Plin. li. 36. c. 10. Achates in magna fuit auctoritate, tẽpeſtates auertere, & flumina ſiſtere dẽ; in hoc lapide habuit Pyrrhus Epirotarum Rex Muſas nouem naturales, & Apollinem cum lyra.

ACHELOVS, m. 2. Ἀχελῶος, Aetoliæ Rex, à quo fluuius eiuſdẽ nominis a Pindo oriẽs, & Aetoliam ab Acarnania diuidens, ĩ Malæacum ſinum defluit. Thoas antea appellabatur. Hĩc Acheloius, a, um, quod modo poſſeſſiuum eſt: modo pro aqueus, ponitur. Vir. Georg. primo. Poculaque inuẽtis Acheloia miſcuit vuis. Veteres enim aquam omnem Acheloon nuncupauere, quod primus poſt diluuium erupiſſe è terra fertur; ſiue quod Achelous in Græcia, vbi tot ingenia floruerunt, omnium fluuiorũ celeberrimus fuit. Hinc Acheloides Nymphæ.

ACHERON, rontis. m. 3. Ἀχέρων, palus infernalis dicitur à poetis, ἀπὸ τοῦ ἀχέειν, κακῶν. quaſi eſſet fluuius dolorum. Vir. Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo. Ab Acheron fiũt Acherõtius, & Acheruſius, & Acherõticus. Acherons, p Acherõ, dixit Pl. ĩ C.

ACHERONTIA, æ. f. 1. ciuitas, parua Apuliæ, in monte ſita.

ACHERVSIA, æ. f. 1. Ἀχερουσία λίμνη, palus inter Capuam & Atuerſã, per aperta plana vſq; prope Cumas diffuſa. Dionyſius in 2. Bibliothecæ hiſtoriæ, tradit paludem eſſe Acheruſiam, in q̃ immittantur cadauera in vlteriorem ripam deferenda, inde natam de Charonte, qui animas tranſuehebat Stygem, fabellam. Itẽ Acheruſia ſpecus eſt iuxta Euxinum.

ACHETAE, f. 1. ἀχέται. cicadæ argutæ, & canoræ: à verbo ἄχω. i. ſono

ACHILLEON, Ἀχιλλεῖον. oppidum iuxta tumulum Achillis, à Mytilenæis conditum, vbi claſſis eius ſteterat. Pli. lib. 5. c. 30.

ACHILLEOS, ἀχιλλείος. myriophyllum herba appellata, quod eam Achilles inuenieſſe traditur in curando vulnere Telephi.

ACHILLES, m. 3. ſiue Achilleus, tantæ fortitudinis fuiſſe fertur, vt (te ſte Gell. li. 2. c. 11.) inſigni fortitudine duces, Achilles, veterũ prouerbio appellentur; & argumentum Achilleum, quod ſit inſuperabile, & inſolubile, vocetur. [*Achille,*] Ger. Ein handueſter hauptman der Griechen vnter Troia, ἀχιλλεύς qui & Achilleus dĩ. Huius nominis Genitiuus tam in i, quam in is finit, vt Achillis à nominatiuo Achilles: Achilli, a nominatiuo Achilleus. Nomina enim in eus, per diphthongum terminata, quæ more Latino genitiuum faciunt in ei, per duas ſyllabas, ſæpe per craſim contrahũtur in ei diphthongum, vel i, longum, vt Virg. 1. Aeneid. Danaũ, atq; immitis Achilli. Hic Pelei & Thetidis filius, Chironi nutriẽdus datus eſt, inter filias Lycomedis ſub habitu muliebri abſconditus, ex Deidamia generauit Pyrrhum. Indignatus contra Agamemnonem, poſt mortẽ Patrocli ſuſcepit a Vulcano arma noua. Hectorem occidit. A Paride coniugium Polyxenæ ſperans tãdẽ occiditur, & in Sigæo promontorio ſepelitur.

ACHILLEVM, n. 2. genus ſpongiarum tenue denſumque, ex quo fiebant penicilli. Pl. li. 9. c. 45.

ACHIMENES, m. 3. ἀχαιμένης, filius Baccheronis, filij Perſæ, a quo Achimenia regio. Fuit & Achimenes Ariobatis Regis Lyciæ filia, vxor Bellerophontis.

†ACHNE, es, f. 1. ἄχνη. ſignificat minutas quaſdam feſtucas ex ſpicis inter triturandũ euolantes: & latius accipitur pro quibuslibet rebus minutis.]

†ACHORES, p. p. ἀχώρεις, ſunt mentagra capitis vlcera, quæ fiũt in cute capitis, tenuiſſimis foraminibus, cutem perforantia, ex quibus ſanies effluit glutinoſa: notũ malũ genus, pueris admodũ familiare. Noſtrates à ſimilitudine tinearũ in veſtibus, Tineas appellãt.]

ACIAERIS, f. 3. ſecuris ærea, qua ĩ ſacrificijs ſacerdotes vtebãt. Feſt.

ACICVLA, f. 1. ακίκυλα, ab acu, vt inquit Priſcianus: qua vtũtur mulieres ad ornatum capitis. Eſt & acicula piſcis tenuis, ac longus.

ACIDALIVS, p. c. m. 2. fons in Orchemeno oppido Boeotiæ, Veneri ſacer: vnde Venus Acidalia dicta.

ACIDVLA pyra, à ſucco ſubacido dicta.

ACIDVS, da, dum, p. c. o. 1. 2. [*Coſa che è diuenuta forte,* חמוץ chamoz Ge. Saur, eſſechtig. *Gal. vinaigre. Hiſp. Acedo*] ὄξυς, aſper, ab acteo. Col. li. 6. Diminutiuum eſt acidulus; Compoſitum Subacidulus, aliquantulum acidus. Cato. li. de re ruſtic.

ACIES, f. 5. refertur ad oculos, Acumen ad mucronem, [*Fil taglẽte, pũta, taglio,* חרב ſiue פ pihachereb. Ge. Die ſchneidẽ oder ſcherfe eines eiſens, ἀκμὴ ἀκμή ea pars in ferro, quæ ob acumen ſecat. Transfertur & ad alia, oculos, animum, ingeniũ. Significat & exercitus inſtructionem, παράταξις. cum ad dimicandum paratus eſt, quod acuto ferro armatus ſit. Virg. Geor. 2. Cãpo ſtetit agmen aperto. Directæque acies. Cic. in Catone. Dicimus autem tam acie, quam aciei, in genitiuo. Saluſt. lib. 1 Hiſtoriarũ: Dubitauit acie pars. Aciem trahere, eſt acuere. Plin. lib. 36. c. 12.

ACINACIS, p. c. m. 3. [*Sorte di ſpada vſata da Perſi,*] ἀκινάκης, gladius Perſicus. Hor. lib. 1. Car. Lucernis Medus acinaci. Val. Flac.

ACINVS, acini, penultima cor. m. 2. & acinum neutri, teſte Nonio, חרץ chatzã. Ger. Koernlin in der traubeu, ῥάγες, inter fructus minutiores arborum fruticumve teſtis naſcuntur, vt vuæ grana, hederæ, ſãbuci, tribuli, mali Punici. Hier. Nunc de acino vinacei diſſerantur. Granum paruũ eſt, vix duobus digitulis teneri poſſit: baccæ diffuſius, & rarius, vt fructus lauri. Valla. lib. 4. c. 29. Inter acinos, & baccas hoc intereſſe puto, q̃ acini ĩter fructus minutiores arborum fruticumq; denſius naſcãtur: baccæ diſperſius, & rarius. Nonnunquam acini, & baccæ indifferenter ponũtur. Vir. Sanguineis ebuli baccis. Ab acinis vuæ, acinatitius, a, um, fit, vt vinum acinatitium. Vlp. ff. de tritico, vino, l. acinatitium vinum.

ACINOS, ſiue acinus, fœ. gen. 2. herba. Plin. 21. c. 15. & 27.

ACINOSVS, a, um, 1. 2. ab acinus, q̃ multos habet acinos, vt vua acinoſa. Ge. das vollKoernlin ift. Pl. 14. c. 3. Columbinæ acinoſiſſimæ. Acinoſum pro re ſuccoſa, in modum acinorum. Pl. lib. 12. c. 13.

ACIPENSER, ſeu aquipẽſer, m. 3. ἄλλαντος, genus piſcis, de quo Pli. lib. 9. c. 17. apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus acipenſer: vnus omnium ſquamis ad os verſis contra aquã nando meat. Martial.

ACITANI, m. 2. Hiſpana gens, ſimulachrum Martis radijs ornatum colens, quem Necum, ideſt, Martem vocant.

ACIS, m. 3. ἄκις, fluuius Siciliæ, ex Aetna procedens: ex cuius ripis fertur Polyphemus ſaxum in Vlyſſem eieciſſe.

ACITTIA, f. 1. inſula, quę & Melos & Siphnus dicitur.

ACLASSIS, tunica ab humeris non conſuta. Feſtus.

ACLIDES, p. c. teli antiqua. Virg. lib. 7. Teretes ſunt aclides illis.

ACMON,

ACMON,is,p.c.masc.gen.m.3.ἄκμων.Latinè incus: unde Pyracmon vnus fuit ex Vulcani famulis,quod a calcitu incude nunquam discederet.Seruius,in Virg.8.Aenei.

ACMOTHETON,ti,p.c.ne.gen.d.2.ἀκμόθετον,lignũ sustinens incudẽ,

ACOETES,ἀκοίτης m.3.nomen viri pauperis,cuius tenuitatem exprimit.Ouid.lib.3.Met.

ACOLATVS,vitiosus,o.1.2 ἀκόλαστος,prodigus,intemperans,immodestus,lasciuus,libidinosus,infrenis,immoderatus.Gel.l.19.ca.2. Negat Latinè verti posse,sonat ad verbum,impunitus,vel incoercitus,vt sit qui cupiditates non puniat,veluti iniecto fræno.Nam κολάζω,punio est,& a priuat;nec solum de hominibus,verũ etiã de rebus dicitur,vt ἀκόλαστος γλῶττα,lingua infrænis. Acolastus homo;homo nihili,neque rei,neque frugis bonę.Gellius lib.7.c. 11.Budęus in Commen.proteruum propriè significare putat, & qui sibi cirta libidines temperare non potest.

†ACOLVTHOS,p.p.Latine Consequens dicitur ἀκόλουθος ἀκολουθῶν ideſt,à sequendo.]

ACONE,Bithynię portus,prouentu malorum graminum adeo celebris,vt noxias herbas Aconita nominemus. Vide Aconitum.

ACONITVM,p.p.n.2.τὸ καὶ ὁ ἀκόνιτος,herba quę Cerberi spuma cõsperſa,venenũ maximè diri cõtraxit,quo tempore eũ Hercules ab inferis traxit.Dictum aconitum ἀπὸ τῆς ἀκόνης. hoc est,à cote,seu cautę,iuxta Oui.dicẽtẽ.Quia nascũt.dura viuacia cautę, Mortales aconita vocãt.Sunt qui ab acone,portu deriuent Heracleę,Lyco flumini opposito.Alij quod iuxta nullius puluis ĩtermeniat.Nã ἀκόνις Græcè puluis,ἀκονῶσι sine puluere.Pli.lib.27.scribit, aconitum dictum,quòd in nudis cautibus,quas aconas vocãt,nascatur. Vel quoniam ἀκονίζομαι est accelero,quia mortem accelerat.Sũt qui putant eam esse,quam Napellum vocãt vulgo, sed non est.

ACONTIAE,f.1.[*Comete.*Ger.Ein Comet wie ein pfeil.ἀκόντιαι,sũt stellæ crinitæ,ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου hoc est,à iaculo:quia iaculi modo vibrantur ocyssimo volatu.Pli.li.2.c.25.Easdem breuiores,& in mucronem fastigiatas Xiphias vocauere.

ACOPA,orum,n.2.ἄκοπα.p.c.medicamenta,quæ adhibentur lassis, imposito ex re vocabulo.Pli.li.29. c. 3. Omnia acopis curantur.

ACOPIS,f.3.ἀκόπις gemma nitro similis,pumicosa,aureis guttis stellata,lassitudinem soluens,Pli.lib.37. c.10.

ACORVS,f.4.herba est,quæ & Anagyris,ἀνάγυρις, cuius semen commanducatum vomitiones facit,Plin.lib.27.c.4.vnde prouerbiũ, ἀνάγυρόν τινα εἶπε,hoc est,anagyrim moues:quoties loquimur de re, vnde nobis ignominia excitari possit.

ACOR,m.3.[*Acuità,asprezza, fumosità.* Ger. Saure.] ὄξος,saporis,vt ita dicã,acuitas,siue asperitas,vt vini,mali punici.Col.li.5.

ACORNA,f.1.genus cardui,Pli.li.21.c.16.acorna colore rufo.

ACQVIESCO,n.3.*Riposarsi,acquetarsi,* נָחָה ratiath נַחַת iaath.Germ. auff einer sachen beruhen.*Gal. Se reposer. Hisp. Descansar,o sentir consuelo,* ἀναπαύομαι,quiesco.Per translationem,cũ remittitur dolor,aut alia animi molestia.Cice.1.de Fin. Nunquam sinit eũ respirare,nunquam acquiescere. Et dicitur acquiescere in re aliqua,aut in aliquo homine,cum quadam animi voluptate, quieteque consistere,& oblectari in re aliqua,in qua prius in dubio,aut solicitudine animus fuit.Cic.Sulp. Dicitur quoque acquiescere alicui rei,pro in aliqua re.Seneca li.24.Vt meliora tibi proponas & acquiescas spei blandæ.

ACQVIRO,a.3.quæro,comparo,cõcilio,adiũgo,paro,colligo, adipiscor,persequor,consequor.[*Acquistare.* קָנָה קָנַן kanah קִנְיָן iascasch. German.Erlangen,vber kommen. *Gal. aquerir. Hisp. alcanzar lo dissеado,* προστορίζομαι,τρίβομαι, quærendo adipiscor,ab ad & quæro.Cic.de Ami.Acquirendi sunt quos diligamus.Acquiri pro augeri.Pli.li.15.c.17. Vini odorem acquirunt putant.

†ACRATISMVS,mi.m.2.ἀκρατισμός,& Acratisma,atis,n.3.Ientaculum,de quo vide Cæl.Rhod.lib.13.c.57.]

ACRATOPHORVM,ri,n.2.*Oreinolo,* שׁכּוּר schischah.G.Ein zuebel, vrceolus Latinè.Cic.3.de Fin.Philippijs,& acratophoris.

ACREDO,dinis.f.3.[*Asprezza,granezza,*] τρυγή,asperitas in fructibus non maturis. Vide Acer.

ACREDVLA,p.c.f.1.*Lusignola.*Ger.Ein'Nachtegal.φιλομήλα,putatur luscinia auis.Oui.i Progne. Vt matutinos exercet acredula cãtus.

ACRIMONIA,f.1.*Asprezza,* מְרוּדוּת meriuth.G.*Asprete, force, & poinct, cõme d'oignõ,& choses semblables. Hi.Agrura.* ἀκεδαζα,*fortalezza,* δριμύτης,asperitas,ad varias referẽtes. Cato de re rust. Si vlcus acrimoniam eius ferre non poterit.Col.lib.10. acrimonijs alij,vel ceparum.Per translationem pro vehementia,δριμύτης, vt apud authorem ad Her.lib.4.

ACRIS,f.3.Italiæ fluuius est,in Tarentino sinu.

ACRISIVS,m.2.ἀκρίσιος,Abantis argiuorum Regis filius, & pater Danaes.Hic cũ apud Argos annis xxxj.regnasset,à Perseo nepote suo,licet nõ sponte,occisus est.A quo fit Acrisionęus,nea,neũ, ἀκρισιονήϊος.Virg.Quam dicitur vrbem Acrisioneis Danaè fundasse colonis.Patronymicum femininum Acrisione,pro Danae.

ACRITAS,atis,f.3.denoiatiuũ,ab acer.Gell.lib.13,cap.2.Nihil interest,acritudo,dicas;an,quod actius ĩ Neoptolemo scripsit,acritas,

ACROAMA,n.3.ἀκρόαμα,auditio,iucũda narratio.Cic.pro Arch.& in Verr.& Suet.in Aug.scribit,acroamata ab eo interponi solita cõuiuijs ad conuictores oblectãdos.Aristot.Acroamata nominauit commẽtationes suas,quas discipulis tradebat.Lamprid. accipere videtur pro ipsis hominib.acroama rectãtib.eũ ait in Alexãdro Alexãdrũ vocales exoletos,& omnia acroamata populo donasse.

P.M.Acroama.Mos erat apud veteres,qui hodie nullus est, vt in fabulis agendis actionem histrionum musica symphonia commẽdaret:vnde illud,tibijs dextris,& sinistris,aut paribus & impari bus,aut Serranis,& Phrygijs.Erat igitur in voce histrionũ actionis erat in musica symphonia,quod acroama dicebatur,inde,s.quod fabulæ pars auribus percipieretur,& auditio quædã esset, animũ leniente musico concentu,sicut illa,quæ ad actionẽ histrionũ pertinebat,spectantium oculos et delectabat,atq; hanc fuisse acroamatis significationem,loci demonstrant, quos in antiquorũ scriptis obseruauimus nã I oratione pro Archia distinxit acroama & vocem.i.eum qui fidibus,& eum qui voce caneret.Cũ,inquit,ab eo quæreretur,quod acroama,aut cuius vocem libẽtissimè audiret, respondit,eius à quo fua virtus optimè prædicaretur. & ĩ Verrẽ, acroama pro homine potius,quam pro re,plane constat esse vsurpatum,sunt.n.hæc verba:Hic quasi festiuum acroama ne sine corollario discederet,emblemata anellenda curauit.Sed nunquam apertius,quã apud Macrobium,quid acroama sit intelligitur: est enim certè is,qui fidibus,non is,qui voce delectat; Saturnaliorũ inquit lib.11.Delectatus iter cænã erat Augustus pueris symphoniacis Turonij Flacci mangonis,atque eos frumento donauerat, cum in alia acroamata fuisset liberalis nummis,eosdemq; postea Turonius eque inter cenam quæréti Cæsari sic excusauit.Admonitus sunt.In oratione autẽ pro Sestio,de P.Clodio:Ipse ille, maximè Ludius,nõ solum spectator,sed actor,& acroama,quod ideo dixit Cicero,quia Clodius vtrumque mimus,& histrionis,& mimici obiret.Ex nostro Commentario in orationem pro Sestio.

ACROCERAVNIA,orum,n.2.ἀκροκεραύνια, montes excelsi inter Armeniam,& Hiberniam:sic dicti,quod fulminibus sępe infestentur.Nam κεραυνός fulmen,& ἄκρος altus significat.

ACROCHORDONES,m.3.*Porri che nascono pe'le mani,asprezza,* nitgi feeth.G.Vuartzen die vnden auffder haut als Klei seind wie ein seitlin.*G.Verue.Hisp.Vngenero de berruga,que duele.* ἀκροχορδόνες, verrucę nostratis fabę amplitudine,quę pueros maximè infestat diutur,qm̃ in imo angustæ ita sunt,vt pendere videãtur.Celsi.li.1.

ACROCORINTHVS,m.2.ἀκροκόρινθος,mons Peloponnesi excels⁹,iter duo maria Aegæum,& Ionium studiorũ trium & dimidiati,sub cuius radice iacet oppidum Corinthus. Vertex ipse Acrocorinthi Veneri sacram habet ædiculam: infra verticem Pytenem fontem.

†ACROSTICHIS,idis,p.c.f.3 ἀκροστιχὶς,dicitur, cum primis aliquot versuum literis nomen alicuius, vel alia quæuis oratio aut dictio exprimitur. vt argumento quædã sunt comediarũ plauti. Cæl.Rhod.lib.13.c.39.]

†ACROTERIO,orum, n.2.ἀκροτήρια.Dicuntur pinnacula in summitate ędificiorum prominentia.Item in corpore humano extremitates Acroteria dicuntur,quales sunt in manibus & pedibus illę partes digitorũ,quæ sub unguibus latent.Sunt etiam rostra nauium & ornatus.Budæus.]

ACTA.[*Litto* ghedoth.Germ.Ein gestad das lustig ist.] substãtiuũ nomen,& Græcum,vltima depresso accentu, litus nam ἀκτή litus dicitur:ἀκταῖος litoralis.Virg.lib.5.

ACTA,orum,n.3.*Atti,* coph.πράξεις,ab ago,gis,dicũt de rebus priuatis,minorib.familiaribusq;quæ in vrbe fiũt,& in scripta redigũtur.Iuu.Cupient & in acta referri.In quo sensu ẽt actus dicimus.Ci.De vita mea,atq;actib.respõdeo.Acta vero diurna dñr quæ singulos dies fiunt,& scribuntur.Græco vocabulo ἐφημερίς Latino,diariũ dicebantur.Suet in Cæsare, instituit, vt tam Senatus,quàm,populi,diurna acta cõficerentur.Acta uerò eius,qui togatus ĩ Repub.versatus sit cum Imperio,ac potestate, sunt ꝓpriè leges.Cic.Quære acta Gracchi,leges Sęproniæ proferẽtur.Acta, & Actitata.Perottus in Cornucopia ita distinguit: acta sunt,quę extra iudicium fiunt;actitata,ea quæ in iudicio. Putrẽ,& acta,& acta,& actitata utrobique fieri,sed actitata frequentiam denotare.Valla,lib.4.c.9.& gesta,& acta hoc differunt, quia illa sunt in administratione magistratus;& in rebus maioribus,& ad Rempub.& ad plures spectantibus,vt gesta Cæsaris: acta verò etiam rerum priuatarum,& minorum,ac familiarum.Acta circumducere.i.delere.Paulus sub titulo de re indicata.

ACTAEA,f.1.nympha,ab acte,ideſt,litore maris,dicta.

ACTAEA,Græci ebulum dñt,& propriè chamæacte χαμαιακτή, nisi quis sambucum pro Actæa capiat,quam vocant acten, & fructum eius actæon.

ACTAEON,ἀκταίων,m.3. cũ diphth.Aristei filius, à Diana in cerũ conuersus,& à suis canibus dilaceratus:de quo Oui.li.3.Metam.

ACTAEVS,ἀκταῖος,a,um,o.1.2.dicitur ꝓ Athenienſi;Nã Attica regio apud priscos dicta fuit,non solũ Attis,idos, ab Attide Cranai regis filia,vt inquit Eustathius,sed ẽt Actę,vt Pli.li.4.& Gellius testantur.Vel ab Actæone,vel ab Actæo Rege indigena.Primũ enim Atticam regionem Actæon dictam,Lycophron Græcus poeta

a immit: Vel quia litoralis fere tota sit, exili, & angusto quodam velut margine, vt auctor est Strabo. Vnde Ouid. 1. Metamor. Separat Aonio, Actæis Phocis ab oris; vult enim Parnassum mediũ esse inter Bœotiam, & Athenas. Attica enim regio quõdã Ionia est vocata, ab Ionio Apollonis, & Creusæ Erichthei filio, vel) vt inquit in Str.) ab Ione Xuthi filio.

ACTIA, actionum, n. 1. ἀκτία. Ludi quinquennales Actiaci, Apollini Actio dicati, qui prius & à finitimis agebãtur, sed ab Augusto honorificentiùs celebrati sunt, vt Seruius super illo loco, Actiaque Iliacis celebramus litora ludis.

ACTIO, f. 1. *Attione, opera.* מעשה mangasè, *Gal. Action. Hisp. Obra, hebrea.* Ger. Handlung. Cũ ab ago nomen verbale sit, multa significat, nã quinque pronunciationẽ. [*Pronuncia.*] Cic. ī Ora. Est actio quasi corporis quædã eloquẽtia, cũ cõstet è voce, atq; motu: quid aũt sit pronunciatio, habetur lib. 1 ad Her. Pronũciatio, est vocis, vultus, & gestus moderatio, cum venustate. Quinque actio ponitur pro oratione scripta, quandoque pro historia. [*Historia,*] vt Cice. actiones ī Verr. Quin. lib. 7. Cuius actionẽ solam in hoc tempus emiserã. Quinq; dicitur defensio [*Diffesa,*] alicuius rei, Cic. Q. Valerio: Actionẽ meam C. Cæsar comprobauit. Et actio. *Nan,* ius, q̃ sibi debetur in iudicio persequẽdi, vt lib. 1. ad Heren. A caussa cadit is, qui agit, nisi habeat actionẽ. Hinc actio gratiarum, cũ gratum animum pro accepto beneficio verbis demonstramus. Cice. Plan. Gratiarum actionem a te non desiderabam. Interdum pro administratione, [*Gouerno,*] & actis. Cic. Mearum actionum monitores. Generaliter capitur pro omni operatione atq. actu, Cice. lib. 1. Offic. Virtutis laus omnis in actione consistit.

ACTISANAS, Rex Aethiopiæ, qui Amasini Aegypto depulit. Diodor. lib. 2. c. 1.

ACTIVM, Ἄκτιον, Epiri promontorium, vbi Augustus Antonium, & Cleopatram vicit.

ACTITO, tas, p. c. a. 1. frequentatiuũ, ab acto, sicut scriptito, à scripto, lectito à lecto, & propriè actitare dicitur in caussis ἀλαυίζασθαι. Cice. de Cla. Orat. Potidius multas priuatas caussas actitauit. vide & Gell. lib. 9. cap. 6.

ACTIVVS, o. 1. 2. [*Che opera,*] ἐνεργητικὸς, qui agit, nomẽ est fictum à Grammaticis, vt verbum actiuum, quo meste Prisciano, semper actu significat. Plura apud eundem li. 8. c. de generibus verborũ.

*ACTOR, m. 3. [*Operatore, facitore. Gal. Exploicteur. Hisp. El que haze.*] q̃ aliquid agit, qui causam agit, vt orator, qui gestũ vultus & corporis agit, vt mimus & histrio: & qui comedias, & tragedias agit, vt comœdus, & tragœdus. Cic. de Clar. Orat. Actori summo caussarũ, & magistro. Item dicitur villicus, qui res nostras curat, aliàs actor. Colum. lib. 1. c. 7. Ita fit vt & actor, & familiæ peccant.

ACTVARIVS, m. 2. *Notaro.* סופר Sofer. *G. Notaire. H. à qual che escriue lo que erro dize.* Germ. Ein thaeter, ein uerhandler.] qui acta actionesq; describit veloci stylo, eaque descripta deinde recitat, notarius, scriba, γραμματεύς, Suet. in Cæs. Quã Augustus existimat magis ab actuarijs exceptam. Item qui aptus est ad vehendum: vnde actuariæ naues, paruæ, celeres, quòd cito agi possũt. Sal. Actuariæ naues triginta. Actuariolum pro nauibus actuarijs accepit Ci. ad Atticum lib. 10. & lib. 16.

P.M. Actuarius limes est, qui primus actus est ab eo quintus quisque quem si numeres cum primo, erit sextus, q̃n quinque centuriæ sex limites clauduntactuarij aũt extra maximos, D. & K. latitudinem habent ped xii. Per hos iter populo, sicut per viam publicã debetur; ita enim cautum est lege Sempronia, & Cornelia, & Iulia. quidam ex his latiores fiunt xii. pedibus, vt hi qui sunt per viam publicam militarem acti, habet enim latitudines uiæ publicæ. Hæc tradita sunt ab Hygino in libro de militib. constituẽdis.

ACTVM est. [*Espedito, spacciato, finito,* סוף] nohasc. πέπρακται. sẽper in malam partem accipitur: vt actũ est de Rep. i. extincta, desperata est. Ter. in And. Actum est, siquidem hæc uera prædicat.

ACTVOSVS, o. 1. 2. πρακτικὸς *Attuoso, pronto ne gesti: del corpo. Ga. Qui represente bien les mines, & cõtenances. Hisp. El que haze gestos y visages.* ab actu, qui in actibus multum exercetur, ut actuosus ignis, apud Sen. Don. in Ter. Hæc scena actuosa est. Actuosa uita, quæ in actione, & labore uersatur. Actuosè aduer. Ci. 3. de Orat.

ACTVS, a, um, o. 1. 2. [*Finito, condotto à fine.*] πεπραγμένος, ponitur p̃ completo. Virg. li. 6. His actis properè exequitur præcepta. Sybillæ. Pro ui adducto. Idem lib. 2. Seu tempestatibus acti. Pro impulso. Idem lib. 9. Viribus ensis adactus. Pro admoto. Idem lib. 15. ac celerant acta pariter testitudine Volsci. Pro territo. [*Spauentato,*] ui, Prodigijs acti cœlestibus ossa piabunt. Actum agere. Ter. Actum agam: vbi Donatus, actum agã, prouerbium, id est nihil agam. Quod enim iure semel iudicatum sperit, rescindi & iterũ agi non potest. Alia significata quære in ago.

ACTVS, us, m. 4. [*Atto, una cosa, che si fa,*] πρᾶξις, Salust. Cõstituerat, ui L. Bestia de actibus Cic. quereret. i. de ijs, quæ Cic. dixerat, aut fecerat. Interdum actus dr̃ historia. Et partes comediæ, ac tragœdiæ dr̃ actus, à gestibus histrionũ: qui ex hoc ipso actuosi dr̃ntur. Et actus dr̃ spatium in agro cẽtum uiginti pedum, quod ī eo boues agerentur, cum aratretur uno impetu iusto. Tres autem reperiuntur actus, minimus, quadratus, & quadratus duplicatus; minimus quatuor pedes habet latitudinis, longitudinis pedes centum uiginti, quod spatium in agris erat inter vicinos: quadratus undiq; centum uiginti pedib. præfinitur: quadratus duplicatus ingenium præstat. Rursus, actus, vt Modestinus de seruitute rusticorum prædiorum scribit, est, vbi armenta trahere, & vehiculum ducere licet, ἰλαυία, iter, quo quis pedes, vel eques commeare potest. Vide Institutionis Iustiniani lib. 2. tit. 3.

P.M. Actus, agrestis mensuræ genus fuit, de quo dicetur in dictione Mensura.

ACTVTVS, p. p. [*Di subito, incontinente,* פתאום pithon. *Gal. Tout soudain. Hisp. Presto, luego.* Germa. Geschwind, flux, embsig, bald. αὐτίκα aduerb. temporis, ab actu, id est, celeritate, valet statim. Terent. in Phorm. Aggredere actutum.

ACVLEVS, m. 2. [*Agoderdar* דרדר darban. *Gal. Pointe ou aguillon. Hi. El aguion de la aueia o abispa,*] αἰκτρον. spiculum, vel res pungens. Col. lib. 1. Palus infestis aculeis armata. Cic. de optimo dicendi genere transtulit ad orationem. Hinc aculeatus, ta, tum [*Acuto*] quod acumine pungit. Pli. li. 11. Quiddam aculeatum lingvis simile. Per metaphoram, quod quasi pungit animum [*Pungente*] Cic. Att. lib. 14. Aculeolus, diminut. Mart. lib. 8.

ACVMEN, p. p. n. 3. [*Acutezza,*] דרדר darban. *Gal. Pointe ou aguillon. Hisp. Agudeza, o aguzadura,* ὀξύτης, subtilitas. Per translationem pro ingenij perspicacitate. Colu. in præfatione, Facillimam esse, nec vllius acuminis rusticationem.

ACVMINATVS, a. um, o. 1. 2. [*Aguzzo,*] quod acumen habet. Pli. lib. 11. c. 2.

ACVMINO, nas, pe. c. a. 1. [*Aguzzare,*] שחז lateisch. litesch, ὀξύνω, acutum facio Lact. De opificio, contextum spinæ à summo capite deductum, acuminauit in caudam.

ACVO, cui, cutum, a. 3. [*Dare il filo, affilare; aguzzare* שחז latasch. *Gal. Aiguiser en trenchant. Affiler. Hisp. aguzar.* Germanic. Scherpffen. ἀκονάω, θήγω. proprie de falce, cultro, & huiusmodi, quæ acui possunt. Col. lib. 3. Quoties falcem acuetis. Per translationem, [*Insegnare*] Ter. in Ad. Illes ætas acuet, i. docebit. Virg. 1. Geo. an simili significatione cordibus tribuit; Curis acuens mortalia corda. Cicer. Treba. Et lib. 3. [*Accendere, incitare,*] Dum res illum acuebant, ocium, & solitudo, i. incendebant. Acuere pro irritare. Virg. 7. Aen. Postq̃ visa saris primos acuisse furores. Dicimus & acuere ingenium, pro excitare. Hinc exacuo, valde acuo. Virg. lib. 1. Ge. Exacuunt alij vallos Idem lib. 3. Georg. Præacuo, prius acuo. Cat. Vitem teneram præacuito.

ACVPEDIVS, o. 1. ὀξύπους, cui præcipuum est in currendo pedum acumen. Fest.

ACVS, ci, masc. gen. 2. qui & acicula dicitur βελόνη, piscis genus. Mart. lib. 10. tenues ducere credis acus. Hic etiam Belone dicitur. Pl. li. 9. c. 51. Acus, siue Belone, vtero parit. Ab eod. li. 32. c. 11. aculeatus piscis.

ACVS, aceris, n. 3. purgamentum frumenti, ἄχυρον, Col. li. 8.

ACVS, us. *Agho,* עכו machat, ἀκίσπα βελόνη quartæ declin. g. fem. est, qua suimus, & qua discernimus capillos; ab acuta cuspide. Cice. & alij. Paleæ etiam frumenti acus dicuntur, à similitudine acus. Col. lib. 2. durissimæ acus resectæ. Similiter exercitus instructio acus dicitur, quod ea militum pars vehementissima sit ad hostẽ vulnerandum acumine telorum.

* ACVSILAVS, rhetor Atheniensis, Suid.

* ACVTIA, P. Vitellij vxor. Tac. lib. 5.

ACVTVS, a, um, p. p. o. 1. 2. *Acuto, aguzzo,* שחז schianun. *Agut aguise. Hispa. Cosa agnda.* Germa. Spitzig, Scharpff, ὀξύς, quod acumen habet. Plau. in Mil. Acutus culter probè. Transferatur & ad incorporea, [*Sottile,*] vt acutum ingenium, acutus visus. Interdum pro aspero, [*Aspro,*] Vir. Et acuto murice. Acutam autem vocem, tenuem vocamus. Acutè aduerbium, [*acutamente,*] Cice. in Lælio, Responsa acutè. Ab acuto Acutulus diminut. Cic. 3. de Nat. Deor.

* ACYLAS, m. 1. philosophus, Plin. lib. 18. c. 6.

* ACYLOS, fructus ilicis feminæ, Plin. lib. 18. c. 6.

ACYPHAS, f. 1. vrbs Thessaliæ putatur, quę & Pindus, Ἄκυφας.

A A N T E D

AD, A, אל el, πρός, παρά, prepositio est, accusatiuo casui seruiens, cuius proprius est vsus cum motus aliquò significatur, & plerũq. propinquitatem significat, [*Appresso,*] Curtius. Ad ripam fluminis ingens arbor. Ci. Fiscos ad Senatorem relictos. Col. li. d. Quic quid adposueris, i. iuxta posueris. Habet quoq. vim similitudinis, vt, Ad vnguem. Vim intendendi, vt, Admodũ, i. valde: Adedo, ī totũ edo. Denotat motum ad hominẽ. Ter. in Phor. Cessas hominẽ adire? Interdũ motum ad rem. Virg. Necdũ illis labra admoui. Interdũ ad locũ. Sal. in Iug. Pleraq. loca hostiliter accedit Significat ẽt locũ. Cic. Tironi, Ad vrbẽ accessit. Q̃nq. cõtrarietatẽ, [*Contra*] vt, Ad illũ mihi pugna est, i. contra illũ. Q̃nq. cõparationem [*A rispetto.*] vt Cæsar: Nihil ad equitatũ tuu, i. cõparatione equitatus tui. Q̃nq. additionẽ, [*Onero,*] vt, Ad hæc mala. Q̃nque caussã [*Perche*] vt, Ad quid hoc fecisti? Ad cũ fuo accusatiuo pro

datiuo

dativo ponit. Ter. i Phor. ad diē dat ea ē seruitutē. Capit p̄cinctatiuo ponit. Ter. in

cumenem. Hiſ. Dudar cercade alcuna coſa, ἀμφισβητῶ, dubito. Ci. Volumnio lib. 7. Addubitaui, num à Volumnio Senatore eſſet. Ad dubitatus, Particip. Cic. 1. Off. Addubitata re.

ADDVCO, cis, p. p. a. 3. [*Cõducre.* מביא hebi. *Gal. amener. H. Tenar quiẽ do alegar.*] προάγω, ad aliquem, ſeu ad aliquid duco. Ter. Lesbiã adduci iubes. Interdũ inuitũ duco. [*Tirare.*] Idem. Dicimus ẽt, Ad ducam te in meã ſententiam. Interdum eſt contrahere; συνάγω. Vir. li. 3. Geor. Adductam frontem irati habere dicuntur, hoc eſt, contractam. Interdum intorquere, rotare, [*Torcere,*] *volgere.* Vir. li. 9. adductas circum caput egit habenas. Interdum cogere, [*Sforzare.*] Cice. de Sen. Nullo frigore adduci poteſt. Aliquando, [*Diſtendere.*] Vir. Adducto torquens haſtile lacerto. Aliquando redigere, [*Ridurre.*] Ci. in Lælio; Res adducta in anguſtum.

ADDVPLICO, as, are, a. 1. [*adoppiare,* כפל chaphal, *Gal. Redoubler. Hiſ. Doblar.*] Idẽ q. duplico. Pla. in Pœnulo, Adduplicabit omne furtũ.

ADEDO, p. c. n. 3. [*Conſumare, mãgiar tutto. Gal. mãger tout. Hiſ. Comer haſta el cabo.*] edo prorſus, κατεσθίω, Vir. 4. Geor.

ADELPHI, m. 2. delphon priſca lingua Græcorũ vnum ſignificat, vnde Apollo, id eſt, Sol, Macrobij ſententia. Delphios dicitur, quaſi vnus & ſolus. Sic fratres adelphi, quaſi non ſoli: vnde Terentij comœdia Adelphi, in qua de duobus agitur fratribus.

ADEMPTIO, f. 3. actus adimendi, Cic. pro domo, & alij.

†ADENES, p. c. *adiris.* Scrotiole. Glandulæ ſunt in gutture, ex carne in duritiem contracta, quæ alio nomine dicuntur χοιράδες. id eſt, ſcrofulæ. Plin. lib. 11. c. 37.]

ADEO [*Coſi, Tanto.*] גם gam, *Gal. Tant ſi. Hiſ. tantoque.* τοσοῦτον, οὕτως, vſq; eo, in tantum. Qñq. pro valde. Ter. Iuuenem adeo nobilem. Virg. lib. 4. Nec me adeo fallit. Quandoque pro etiam. Cic. in Cat. Eum intra mœnia, atque adeo in Senatu videtis. Pro certè. Vir. Geor. 1. Multum adeo raſtris glebas qui frangit inertes. Pro modò. Ter. Tute iam adeo eius audies verba. Adeo apud poetas, præſertim Comicos, ſæpe ornatiua, vel expletiua. Ter. in And. Propterea adeo puerum tollere.

ADEO vſque [*Finche,*] ſiue vna dictio, ſiue duæ, idem quod vſque adeo. Plau. in Aſin. Adeo vſque dum peris: pro vſque dum, i. donec.

ADEO, dis, diui, vel adii, aditum, p. c. a. 4. [*andare. Gal. aller alencontre. Hiſp. Yr a lugar.*] accedo, προσέρχομαι. Paſſiuum protulit Cic. 2. Tuſc. Pericula adeuntur i prælijs, & l. 1. Off. Laboribus ſuſceptis, periculiſq. aditis. Interdũ aggredi, & quaſi ad prælium ire. Ter. in Phormio. Prior adito. Aditur, impersonale, Cicer. 4. Ver. Antequam in ius aditum eſſet.

ADEPS, pis, m. & f. 3. [*Graſſo, lardo, ſongia,* חלב cheuel, Germã. Feiſte *Gal. Graiſſe, Sem. Hiſ. Enxundia.*] πίαρ, generale nomẽ pinguedinis. Ideo Adipatum, pingue, & ſucculẽtum, tam de ſermone, quam de alijs rebus dicitur. Iu. Feruent adipata veneno. Interdũ ſignificat illud pingue, ad ſimilitudinẽ reticuli inteſtina continens. Gel. lib. 4. Contegit omnia hęc omentum, cui adeps quoque innaſcitur. Pl. libr. 3. Cum quo recens adeps cocta ſit. Adipès in plurali poſuit Plin. lib. 8. cap. 36.

ADEPTVS, a, um, o. 1. 2. [*acquiſtato.* Ger. Der erlanget oder vber kommen iſt. *Gal. acquis trouué, Hiſ. alcanzado.*] ἐπιτυχών, aſſecutus. vide Adipiſcor.

†ADEQVITO, as. n. 1. προσιππάζω, Caualcare d'intorno, Equitãdo propius accedere. Liu. 5. Bell. Macedo. Numidæ adequitare, dein refugere.]

ADESDVM, [*Staqui,*] Ter. i And. Adeſdum, paucis te volo. vbi Donatus imperantiũ eſt, & dum παράλογον. Eſt enim Dum, productio & adiectio ſyllabæ: vt, Ehodum ad me.

ADESVS, o. 1. 2. [*Mãgiato,* אכל vcchal. Cer. Gargeſſen vnd verzehrt. *Gal. Mangé. & conſumé, Hiſ. Comedo.*] Cice. Tuſc. Adeſum, & renouatum ictur.

ADHABITO, p. c. n. 1. [*Habitar vicino,*] παροικῶ, iuxta habito. Plaut. in Cap. Si ad habites propius, os denſabit tibi.

ADHAEC, [*Oltre a ciò ſi*] præterea, πρὸς τούτοις, Cic. pro Flac.

ADHAEREO, n. 2. nitor, inſixus ſum, approximo, arctiſſimè inſideo, adhæreſco [*Star appoggiato,*] רבק debaK. Germa. Anhangen. *Gal. Eſtre pres, ou contre quelque coſe. Hiſ. Allegarſe,*] πρὸς κολλάομαι, arctiſſimè inſideo. Adhæreſco, idem quod adhæreo, Cic. Off. 1.

ADHAESIO, f. 3. [*Accoſtamento* דבק debeK. Germ. Anhangung. *Gal. contreonchent. Hiſpan. Allegamiento.*] actus adhærendi. Ci. 1. de Fi. Adhæſiones inter ſe. Adhæſum, adhęſi, pro adhæſione. Lucr. li. 5.

ADHALO, n. 1. ἐπιπνέω, afflo. Pli. Si patefcentes adhalauerit.

ADHIBEO, es, p. c. a. 2. admoueo, pono, adiungo, adijcio, vtor, cõfero, affero.] *Vſare, & mettere diligẽza* נחת nathã כמח ſamach. Ger. Anwenden, herzuhalten. *Gal. Ioindre a vne autre mettre pres. Hiſ. Añadir.*] προσοίσω. Cicer. Fabio: Adhibui diligentiam, vt adeſſẽ. Et cum nominibus iũgitur, vt adhibere medicinam, vim, animũ, auctoritatem, multitudinem. Et adhibere, eſt prope habere. [*Hauere*] Teren. in Phor. Quin mihi reſtes adhibeam, cum dem.

ADHINNIO, is, ire. n. 4. [*Annitrire,* צהל tzahal. Germ. Schreien wie die Roſſ thun.] proprie equorum eſt. Cice. ad hominem trãſtulit nam in oratione in Piſo. Hic ad illius orationem adhinnijt.

†ADHORTOR, aris, d. 1. idem quod ſimplex Hortor. προτρέπω. Eshortare. Ger. Ermanen. Gall. Enhorter. Cic. Philip. 4. Ad recuperandam libertatem adhortabor. Hinc Adhortatio, verbale, παραίνεσις. Adhortator, qui exhortatur. Liu. 7. ab Vrbe.]

ADHVC, *Fin qui,* עד hodh. Germ. Biſſ herd, bis herzum. *Gal. Encores iuſque icy, iuſque a preſent. Hiſpan. Haſta aqui,*] [πρὸς τοῦτον, aduerbium ex ad, & huc. Vnde adhuc, vſque huc, lib. 4. ad Heren. Accipitur quandoque pro etiam. [*Ancora.*] [Quint. Adhuc alia in reſpondendo figura. Denotat autem quandoque temporis continuationem. Hor. Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Adhuc locorum, eadem figura, qua dicimus; Vbique locorum, vt Plaũ in Capt. Vt adhuc locorum feci, faciam ſedulò.

ADIACEO, ces, p. c. n. 2. [*Giacer vicino,* קרב Karab. Ger. Bevligẽ. nebẽ ligen. *Gal. Geſir aupres. Hiſ. Iazer cerca.*] Iuxta iaceo, adhæreo, πρόσκειμαι. Col. in pref. Sæpe nocte fera foribus ingratis adiacere.

†ADIANTVM, ti, n. 2. ἀδίαντον. Capel Venere. Herba, q̃ aliis nominib. Polytrichon, Callitrichõ. & Capillus Veneris dr. Pli. lib. 22. c. 21.]

†ADIECTIO, nis, verb. προσβολή. Aggionta. Vitru. l. 9. c. 9. Liuio adiectio eſt acceſſio.]

ADIECTIVVM, n. 2. ἐπίθετον, ab adijcio fit, quaſi adiunctiuũ, qa ſubſtantiuis adiungatur, poſtulat autem infinitiuum, ſiue actiuum, ſiue paſſiuum; vt, dignus habere opes, dignus amari.

ADIECTVS, huius adiectus, m. 4. [*aggiong men o*] ab adijcio, idem q̃ adiectio. Vitr. lib. 9. c. 9. Cuneorum adiectus, aut exemptus.

ADIGO, gis. p. c. a. 3. cogo ĩpello, [*Conficar. V.* חח tachagh. פצר patsaç German. zuhin treiben. *Gal. Faire entrer, faire abouter a quelque coſe. Hiſ. conſteñir, o empuxar,*] βιάζομαι, ex ad & ago, cõcito, cõpello. Pli. l. 16. c. 10. In arborem clauus adigatur. Item, adigo, adſtringo. [*Conſtringere.*] Liu. li. 1. Iureiurando adegit. Item adduco [*menare.*] Tere. in Eun. Nocturne adigent horſum inſomnia. Item intus pono [*Ficcare*] Col. Cuneum adigo inter lignum. Adigere, ἀναγκάζειν agere. Plau. Bac. Quis has huc eues adegit? Adigere arbitriũ, erat Feſt. interprete, cogere aduerſarium dare arbitrũ. Ci. in Of. & Top.

ADIICIALES, cenæ, adipateſq. vocantur ſacerdotum, ab adijciendis dapibus. Varro. li. 3. de re ruſt. Primus Hortenſius patrones Auguriali adijciali cœna appoſuiſſe dicitur.

ADICIO, cis, p. c. a. 3. immitto, addo, applico, [*Aggiungere, accreſcere,* יסף hoſiph. *Gal. adiouſter.* H. añ *dir a otra coſa,* προσβάλλω, ex ad & iacio, cum cęteris à iaceo cõpoſitis per duplex i, niſi in poemate, vbi qñq. prima ſyllaba contrahitur. Stat. Fœtibus intẽtas abicit, monſtrateq; cruorem. Vir. Tityre paſcentes a flumine reice capellas; tunc enim altera i, abijcienda eſt, ne ſyllaba breuis, poſitione i, duplicis conſonantis contra rationẽ metri producatur: In præterito verò per ſolum i, ſcribenda ſunt, vbi a, in e, mutatur: vt abiecit, adiecit. Cõtingit nihilominus plerumq. vt quædam producãtur, quæ a iacio cõponuntur, vbi alterum i, adiectũ eſt. Vir. li. 4. Oneras, atq. obijcis hoſti. Serui. Obijcis, ob, naturaliter breuis, ſicut re, & ad: ſed producũt plerũq. hac ratione obijcio, reijcio quia habent i, vocalem ſequentem, quæ per declinationem poteſt in cõſonantis formam tranſire, vt obiecit, reiecit. Ergò etiam antequam i, fungatur officio conſonantis, præcedentem longam facit. Idẽ li. 10. ſuper verbo reiecit, Reſinquit) naturaliter breuis eſt, & eã pro longa poſuit, ſicut alibi: Reijce, ne maculis infuſcet vellera pullis. Significat adijcere, adiungere, accreſcere, vt Adiecit claſſi remiges. Et adijcere animum, quaſi applicare, vt Ad virginem animũ adiecit, Adijcere oculum, quod eſt inſpicere, conſiderare, [*Vedere, conſiderare,*] Cicer. 4. Ver.

ADIMO, is, p. c. a. 3. aufero, eripio, ſubtraho, deleo, præcido, [*Torre, portar via* לקח lachach, חטיר heſir. Germ. Hinweg nemmen. *Gal. Oſter. Hiſ. Quitar de alcuna coſa*] ἀφαιρέω, quaſi diminuo, aufero. Teren. in And. Hanc niſi mors adimet nemo. Inde ademptus, ablatus. Adimere verò ius ſuffragij in comitijs, eſt ius ſuffragandi tollere, & tam quam ſexagenarios de ponte deijcere: nam per pontem ſuffragia ferebantur. Abemo, & ad componitur.

ADIMPLEO, a. 2. Cic. magis expleo, impleo, [*Empire.* מלא male. Germanicè, zufullen. *Gal. Emplir. Hiſ. Enchir dealgo.*] idem quod ſuũ ſimplex, ſed rarum. Plin. lib. 11. c. 37. Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu adimplent. Quaſi oculorum vicem implent, aut potius ſupplent.

ADINDO, is, ere, a. 3. [*Importe, aggiungere* ספח ſapach. Germ. Hinein thun, hinein ſetzen *Gal. Faire entrer. Hiſ. meter adentro,*] verbũ antiquum, compoſitum ex indo, quod & ipſum ex do eſt compoſitũ, ſignificat imponere, immittere. Cato de re ruſt. c. 18.

ADINGO, nis, adinxi, nctum, p. c. a. 4. [*metter appreſſo o dentro,*] ἐπαφίημι id eſt, intus, vel iuxta mitto. Col. lib. 3.

ADINSTAR, [*Ingroſſa,* כמו chemo. Ger. zugleich, eben wie. G. *a la comparaiſon. Hiſ. a ſemeianca.*] quidam ex recentioribus dixerunt. Solinus Apuleius. Aurelius. Primus autem Serenus Lyricus ad inſtar ſcripſiſſe memoratur. Valla decet, ad, redundare.

ADINVENIO, is, ire, a. 4. [*Trouare.* מצא marſa. Germ. Et finden, erfinden. Gal. *Trouuer. H. ſallar.*] idem quod ſuum ſimplex. Cicer. 2. de Nat. deo. Adinuenta animo, percepta ſenſibus.

ADIPALE, p. p. o. 3. [*Graſſo*] πιαστικόν, כלב chelob. adiectivum ab adipe pro pingui. vnde Festus adipales cænas ſacerdotum vocat; & Cic. in

6.Aen.Paulatim adnabam terræ.

ADVVTRIO,is,ire,a,[*Nutrire,* גדל ghiddel,pro nutrio.Pli.li.17.c.25.

ADORRVO,2.3.4.[*Soterrare,* כסה chiſſah.Ge.Vberfallen oder bede cken.*Gal.Couurir de tout,& quaſi enterrer.Hiſ.Enterrar*]Idē quod obruo.Col.lib.2.c.11.Iaciunt ſemina,& ſarculis adobruunt.

ADOLEO,les.leui,& lui,adultū,p.c.n.2.[*Creſcere,aumentare,* גדל ghadal.*Gal.Faire croiſtre,bruler.Hiſ.Encender,*]vnde adultus,adoleſcens,adoleſcentia,& diminutiuū adoleſcentulus.Eſt autē adolere,ſiue adoleſcere,creſcere αὐξάνεσθαι.Virgil.12.Aene. Cum matura adoleuerit ætas.Adoleſcere creſcentis,inſoleſcere arrogantis,exoleſcere euaneſcentis.Aliquando adolere,eſt ſacrificare,& quaſi odorem dijs præbere.[*Sacrificare,*]Virg.Verbenaſque adole pingues & maſcula tura.Quoniam verò ſacrificiū igni fieri cōſueuit,adolere,pro vrere capitur,[*Bruſciare,*]Varro.Cum intestina adoleuiſſent.Diminutiua,Adoleſcentulus,& Adoleſcentula. [*Giouanetto,*]Ter.in And.Vnam aſpicio adoleſcentulam.

ADOLESCENTIA,f.1.[*Giouanezza* נעורים nehurim,Ger.Iugent.*Gal. adoleſcence.Hiſ.Mocedad.*] νεότης, ab adoleſco,quod cū ſanguine, & corpore ſimul perturbationes animi effrænatius adoleſcant.

ADOLESCENTIOR,tiāris,d.1.[*Luſſuriare*]πανηγύριμαι,ſignificat luxuriare.Varro:Tu quoque adoleſcentiaris.

ADOLESCENTVRIO,n.4.μειρακιεύομαι,adoleſcentium more facio.Laberius:Incipit adoleſcenturire.

ADONIA,orū,n.2.τὰ Ἀδώνια,feſta Adoni dicata. Ammia.lib.22.Hiſt. Adonia celebrari. Ritu veteri Adonia cum planctu celebrantur, vbi planctum Veneris repræſentandum.

ADONIS,nis.[*adone,*]Ἄδωνις,Filius Cynaræ Cypriorū regis,& Myrrhæ:quem Venus in delicijs habuit, formoſitate præcellentem. Hic apri dente ſub inguine percuſſus interijt; Venus miſerata in floꝛem Adonium,qui eſt ſanguineo colore, eum transformauit. Adon Græcè ſuauitas dicitur. Et quia myrrha odore ſuauis eſt, Adonem dicitur genuiſſe; Ideo autem Venerem amaſſe dicunt, quod hoc genus pigmenti ſit valde feruidum.Macrobius accepit Adonidem pro Sole. Moſcopulus Ἀδώνιδος, nomen ab ἄδω, quod eſt cano,deriuatum putat.De eodē feſtiuiſſimè Theocritus,ᾠδὴ, χῃ & ωῃ.Itē piſcis hoc nomine eſt.Vide Plin.li.9.c.19. & Oppian. περὶ ἁλιευτικῶν, lib.1.

†ADOPERIO,is.2.4. idem quod operire σκεπάζειν. Coprire.Liu. 1.ab Vrb.Capite adoperto.]

ADOPTATITIVS,a,o.1.2. [*Figliuolo adottiuo.Gal.Adoptif.Hiſp.El hijo adoptado,*υἱοθετός,qui in adoptionē venit.Pl.in Pœ.Antidamarchi adoptatitiū.Adoptiua,orū,pro adoptionis iure. Ci.pro D. P.M.Adoptio lege curiata fiebat:licebat autē non patricio plebeiū, ſed plebeio patricium adoptare.Atque hoc in genere tria lex iubebat obſeruari:primum, vt is adoptaret,qui neque procreare iam liberos poſſet,& cum potuiſſet,expertus eſſet.Alterum, vt tum generum,ac dignitatis,tum ſacrorum ratio haberetur, id eſt, vt ita fieret adoptio,vt ne quid aut de dignitate generum,aut de ſacrorum religione minueretur.Tertium,ne qua omnino calumnia,ne qua fraus, ne quis dolus adhiberetur; quę ſi ſeruarentur omnia, tum adoptionem rectè fieri.Nihil tamen horum in adoptione P. Clodij ſeruatum eſſe,arguit Cicero in oratione pro domo ſua;neque ſolùm ob hanc cauſam ait eſſe infirmam irritamque illam adoptionem,verùm etiam quod cum curiata lex ferretur,tum ſertanum de cœlo ſit:quod cum fieret,neque legem ferri,neque omnino quicquam agi cum populo licebat.Primum enim adoptandi cauſſas eſſe oportuit,de quibus pontifices iudices erant;deinde,ſi cauſſæ probarentur,curiata lex ferebatur,quam qui ferret,is omnia ſeruare debebat,quæ in cæteris legibus,cum ferrentur,ſeruari mos fuit:quod vtrumque ſignificat Cicero in oratione, cum ait; Vt is adoptet, qui quod natura iam aſſequi non poteſt, legitimo, & pontificio iure quærat.Itaque quod eſt apud Tacitum li.11.Lege curiata apud pontifices adoptio fiebat, id ita eſt intelligendū, vt niſi & lex ferretur,& adoptandi cauſſas pontifices probaſſent, adoptio fieri non poſſet.Vtrumque verò ſeparatim agebatur,cum de cauſſis pōtifices cognoſcerent,legem verò magiſtratus ferret. Adoptantis autem ætatem XVIII. annis maiorem,quàm eius qui adoptaretur,eſſe oportere,à Modeſtino ſcriptum eſt his verbis: Non tantum cum quis adoptat,ſed & cum arrogat,maior eſſe debet eo,quem ſibi per adoptionem, vel per arrogationem filium facit,ſed vtriq; plena pubertate.i. XVIII.annis,cum præcedere debet.Ex libro noſtro de legibus Romanis.

ADOPTIVVS,a,o.1.אשיר לוא לבן aſcherhu leuen.Ge.Ein ervvelter oder an Kinds ſtat angenommener ſon.υἱοθετός,ποιητός,qui in adoptionem uenit.Gell.li.5.c.19.

ADOPTO,as,a.1.filium inſtituo,in filij locum adſciſco. *adottare,* לקח לבן lakach lo leben.Ger.An Kinds ſtat auffnemen.*Gal.Adopter,Hiſ.adoptar en lugar de hijo.*υἱοθετέω. Adoptare ſe alicui,pro adiungere.[*Accompagnarſi*]Plin.li.13.c.1.Qui ſe Cæſaris libertis adoptaſſet.Et pro deligere,aſciſcere.[*Eleggere.*] Cic. in Inuect.1. in Ver.Quem ſibi illa defenſorem ſui iuris adoptauit.Adoptatio idem quod adoptio.[*Adottatione*]Gel.lib.5.c.19.Quod per prætorem fit,adoptatio dicitur.

ADOR,indeclinabile:quamuis apud aliquos inueniatur declinatum: Virg.lib.2.Adoris ſtrauiſſe maniplos.Declinatur autem hoc Adoreum.Vnde & Adorea.Eſt autem ador frumenti genus,vel farris, Edor quondam appellatum,ab edendo: quod epulis & immolationibus ſacris putabatur pium:vel quod aduratur:vnde in ſacrificio mola ſalſa fit.

ADOREA,& adoreola,f.1.[*Gloria della vittoria.*Ger.Lob vnd ehrdie man im krieg einlegt]*Gal.Triomphe de Victoire.Hi.Fama de la victoria.*]cum accentu ī antepen. laus bellica,quod victores a victis quaſi adorentur; vel quod adorandi ſint,qui laudem ex bello reportant.Pli.li.10.3.Gloriam ipſam,de farris honore,adoream appellat.Feſtus.Adorea laus quia glorioſum putabant eſſe,qui farre a populo donatus eſſet.

ADOREA,f.1.liba è farre facta,quibus in ſacrificijs vtebantur.

ADOREVM,Far.Varro.lib.1.de re ruſt.Far adoreum ferunt.

ADOREVM,n.2.ſemen.[*Farro*]vt Col.ait,idem quod far,cuius quatuor ſunt diſcrimina,cluſiuum,vermiculum,cādidum,trimeſtre.

ADORDIOR,iris,adorſus,d.4.[*Cominciare,Gal.Commencer.Hiſp.Commençar.*]ἄρχομαι,incipio,Amb.lib.1.Offi. Bellum adorſus eſt.

ADORIOR,iris,vel reris,adortus,d.3.4.[*Aſſaltare.*עגם naagah.Germ. Anfallen,ſchnel angreiffen oder anfahrē.*Cal.Aſſaillir.Hiſp.Arremeter,*]ἐπιτίθεσθαι,eſt repente aliquē inuadere,quod corpora aggredientiū exurgant ſubitò,atque increſcant. Liu.li.1. Ne ciuitatem vis aliqua externa adoriatur.Differunt tamē, inquit Donatus,adorior & aggredior;quia aggredimur de longinquo,adorimur de proximo.Interdum eſt incipere,[*Cominciare.*]Lact.lib.4.

†ADORNO,as,idem quod Orno.ἐπικοσμέω.inſtruo,comparo,prepa ro.Liu.l.1.ad Vrb.Curuli ſella adornauit.Cic.pro Cluen.]

ADORO,as,p.p.a.1.[*Adorare,* השתחוה סגד hiſchtacha vah ſaghadh.G.Anbettē.*Gal.Adorer.Hiſ.Hazer reuerencia,*]προσκυνέω, ex ad,& oro,ſignificat oro,veneror.Priſc.verò adorare ab ador,hoc eſt,frumento ſacrificijs deſtinato deriuat,non ab oro.Apud Ci.ſignificat colo,& veneror.Nonius: Adorare, propitiare religiones, ab ador poteſt dictum videri. Hinc Adoratio.Pli.lib.28.c.2.

ADPVLSVS, uide Appello.

ADQVO,[*Quanto,*].i. quantum,Afranius: Adquo te expediat loqui.

ADRASTIA,f.1. ἀδράστεια, regio non longè à Troade, quæ eſt Myſia, ab Adraſto rege dicta,qui primus Nemeſi,id eſt,Fortunæ templū ædificauit,Adraſtiamq; vocauit.Ibi etiam eodem nomine ciuitas fuit, qua diruta lapides tranſuecti ſunt,& ibi ara ædificata Hermocreontis,opus magnitudine,& pulchritudine memorabile.Eſt etiam quædam Dea, quæ adiuuat hominibus memoriam & ſenſum. Et Ariſt. de Cœlo ſcribit,eſſe ineuitabilem cauſſam exiſtentem ſecundum naturam: Parcam autem ſemper exiſtentem.

ADRASTVS,maſc.2.ἄδραστος, nomen regis Argiuorum, qui fuit filius Thalaonis & Eurynomes.Hic cum duas haberet filias,Argiam,& Deiphilem,& in ſomnis viſus eſt alteram leoni,alteram apro vxorem dare;quare cum eodem tempore Tydeus,& Polynices argos veniſſent, ille apri, hic leonis pelle tectus, inſomnij ſui memor, vtrumque ſibi generum adſciuit, Deiphile Tydeo, Argia autem Polynici tradita. Deinde cum vtroque genero Thebas profectus, vt Polynicem ab Eteocle fratre excluſum in regnum reduceret, magno accepto detrimento, in regnum reuerſus eſt.

ADREPO,pis,pen.p.n.3.[*Accoſtarſi pian piano à qualche coſa,* רמס ramas רגל zachal.G. Herzuek riechen.*Gal.Grauir vers,rāper a quelque choſe.Hiſp.Ir gateando hazia otra coſa,*]προσέρπω, ad aliquid repo.Pli.l.33.c.10.Ad matris mammam adrepens infans.Per metaphoram, pro paulatim accedere. Cicer.in Ver.

ADRIÆ,p.c.f.1.Ἀδρία, Stephano, & Ptolomæo Romanorum colonia,in Piceno, quinta Italiæ regione, VII. M.paſſ.à mari diſtans; A qua ager ipſe Adrianus dicebatur, vino generoſiſſimo nobilis, quod & ipſum Adrianum fuit appellatum.Pli.li.3.c.13.de Picentibus, Tenuere ab Aterno amne, vbi nūc ager Adrianus,& Adria colonia à mari VII. M. Atria oppidum fuit ad Padum amnem à Tuſcis conditum, nobili portu in primis clarum: à quo vicinum mare primum Atriaticum dictum fuit,& deinde litterę vnius mutatione Adriaticum,vt docet Pli.li.3.c.16.& Cato in Orig. Adria maſc.gen.Hucuſque Adria, hucuſque Italiæ latus alterum pertinet.Luc.lib.5.Sonat Ionio vagus Adria Ponto.

ADRIÆNOPOLIS,f.3.Ἀδριανοῦ πόλις,Ciuitas eſt Thraciæ ad Hebrum fluuiū, primum Oreſta dicta à nomine Oreſtis conditoris poſtea ſtuuiū, primum Oreſta dicta à nomine Oreſtis conditoris poſtea ab Adriano inſtaurata fuit, cum ei furore agitato reſponſum eſſet vt ſe in furioſi domum reciperet.Vide Cœl.Rhodig.lib.7.c.2.

ADRIANVS,a,um,o.1.2.ab Adria ducitur,

ADRIATICVM MARE,n.2.German.Das Adriatiſch oder Venediger Meer,Ἀδριατικὸν πέλαγος, eſt ſinus ille maris, inter Lacinium extremum Italiæ,& Acroceraunium primum Epiri promontorium irrumpens,quod & ſuperum mare appellatur: ſiue quod Italiam ab Oriente alluat, ſiue quod ex vrbe eò tendentibus, Apenninus ſuperandus ſit. Hoc primum Atriaticum dicebatur ab Atria: Poſt eodem etiam dicimus, Mare Adrianum, & Adriacum. Cicer. in Piſ.Brunduſium vitauit,& vltimas Adriani maris oras petiuit.Horat.lib.1.Carm.Propert. lib.3.

ADVERTO,is,p.p.a.1.[*Voleer ſi ad alcuna parte.*פָּנָה panah ſub הִפְנָה hiphnah hiphch הִשְׁחִיל hixſchib Ger.Hinzukehren.*Gal.Tourner vers quelche coſe. Hiſp. Boluerſe haʒia otra coſa,*] ad aliquem locum verto, τρέπω. Ter.in Eun.Trãſfertur quoq; ad animum, vt ADUERTERE animum,apud Ter.vel ADUERTERE animo,apud Plaut.In qua ſignificatione etiam abſolutè poſitum inuenitur, pro animaduerto, [*Hauer cura.*]Ci.ad Att.li.2.De librarijs diligenter aduerte.Ponitur ét impersonaliter Cice.Lẽt. ADUERTEBATUR Pompeij familiares aſſentire Volcatio Pli.quoq; eleganter epiſt.10. pro eo quod eſt, ad ſe vertere; allicere ſpectatores, [*Volgere a ſe.*]Vt mediocriter quoque doctos aduertant,& afficiant.

ADVESPERASCIT[*Farſi ſera,*] עֶרֶב הֵעֲרִיב heherib עֶרֶב הֵעֲרִיב panah hereb. G.Es wirt abend, es fahet an ſpath werden. *Gal. Il ſe fait tard,*] ἑσπερίζω, veſpertinum tempus aduentat.Cice.6.Ver.

ADVIGILO,as,n.1.[*Dare opera,& darſi à qualche coſa,*] שָׁקַד ſchaxadh Ger.Fleiſſig wachẽ,wachtbar vnd mit fleiſs etwas thũ,*Gal.Veiller ſoigneuſement a quelque choſe. Hi.Velar para haʒer obra.*]diligẽter vigilo, ἐγρηγορέω.Translatè pro alicui rei operam do.Terent. in And.Si aduigilaueris, Ex vnis geminas mihi conficies nuptias.

ADVIVO,p.p.n.ʒ. ἀνιζάω,quaſi adhuc viuo,Plin.lib.15.c.18. Fortuito ſata adnituntin medio foro. Sic legit Hermolaus,cum alia exemplaria habeant,viuit.

ADVLIS,p.p. ἈΔΟΥΛΙΣ,ciuitas Aethiopiæ,quæ & Panos inſula dicitur. Oppidani dicuntur ADULITÆ.Vide Steph.

perendinando eo cogitaſſent, nõ potuiſſe aũt comperẽdinationẽ
inuitis iudicibus omitti, Pedianus docet,cum ait,ideo teſtib. vſum
eſſe Ciceronem,vt,ſi poſſet,comperendinationem tolleret; ſpera
bat enim Cicero,cauſſa per teſtes patefacta,iudicibuſque proba-
ta,futurũ,vt de tollenda cõperendinatione à iudicib. impetraret.
Ergo tum in iudicib. tum in accuſatore ac defenſore ſitum fuiſſe
comperẽdinandi itu,,verè dixi. Differebant etiam origine amplia
tio,& comperendinatio, nam vetuſtiorem fuiſſe ampliationem,
verba Ciceronis de lege Glauciæ demõſtrant,& P. Licinio,C. Caſ
ſio Coss. hoc eſt,multis ante primam de repetundis legem annis,
quam à L. Piſone latam diximus; ampliatos reos in iudicio repetũ
darum, apud Liuium li. xliij, animaduertimus. Ex libro noſtro de
legibus.

AMPLIFICATIO,onis,f.3.Accreſcimento,מרבה marbeh. G. Mehrung,
Groſſmachung[augumentatio,αὔξησις,Cic. 1. Off. Nec vero ampli
ficatio

ficatio rei familiaris, nemini nocens, vituperãda est. Apud Rhetores amplificatio (definiente Cic. in Par.) est grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliat in dicendo fidem.

AMPLIFICATOR, m. 3. verbale, qui rem aliquam, aut personam ampliorem reddit. Idem. 3. Tus. Pythagoras rerum amplificator fuit.

AMPLIFICO, as, a. 1 augeo, amplũ facio, dilato, multiplico, verbis pariam rem magnã facio, verbis maius, & acerbius facio, collocupleto, [*Amplificare,* הרבית hirbah הרחיב hirchib. Ger. Grossmachen Erweiteren. *a'υξω.* Cic. 2. de N. Deo. Eamq. facultatem amplificauit Academia. Idem pro domo sua.

AMPLIO, phas, a, 1. augeo, protraho, dilato. comperendino, amplius pronuncio, rem profero [*Ampliare,* הרחיב hirchib הרבה hirbah. Germa. Vereitern, Grossmachen, *Gal. Amplier, accroistre, augmenter. Hisp. Ensanchar, o estender*] μεγεθύνω, vt Ampliare ætatis spatiũ, Ampliare vites. Pertinet ẽt hæc vox ad iudicia, ut cũ reus ampliari dicitur quod tum fiebat, cum causa iudicibus nõ satis erat probata. Ad Her. li. 4. Nam quid fuit iudices, quare in sententijs ferẽdis dubitaueritis aut iustum hominẽ nefarium ampliaueritis? Liu. l. 4. ab vrb. cond. scribit, Postumã virginem Vestalẽ ampliatã, deinde absolutam, hoc est, per ampliationem in secundam actionẽ interposita dilatione protractã, vt. s. bis causam dicere posset. Romani. n. iudicia hoc modo petagebãt, nã aut statim sñia dicebatur à iudicibus, si absoluendus esset reus; aut amplius pronuntiabatur, si cã obscurior esset, & tunc duab. hisce litteris, N. L. iudices significabant sibi non liquere quid esset statuendum, causamq. denuo esse dicẽdã: hinc Ampliatio nascebatur, quę appellata videtur, quasi amplius dicendi pronũciatio, quia qui ampliabatur, interposita dilatione, rursus ad agendã causam redibat. De hac ampliatione intelligit Cic. 3. in Verrem sectione, cum ait, Et si lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti sibi turpe existiment nõ primo iudicare. Vide Pedianum, & voce Ampliatio.

AMPLITVDO. f. 3. *ampitϋde.* בוד rob. G. Grosse, herrligkeit, grossmechtigkeit.] *ἀξίωμα,* & *a'ξιοπρέπεια.* Cic. ad Lẽtulũ, Amplitudo corporis. Pl. in epist. Meatus animæ, propter amplitudinem corporis illi grauior erat.

AMPLIVAGVS, a, um. p. c. o. 1. 2. q. in amplum vagatur. auctor ad Her.

AMPLIVS. *Plϋ.* עוד iother. עוד hod. G. Mehr, weiter. *Gal. Plus largement, d'auantage. Hisp. Mas.* μᾶλλον, aduer. significat Plus. Et quando quę iungitur ablatiuo. Cæsar. Com. 7. Vt non amplius quattuor digitis ex terra eminerent. Qñq; accusatiuo. Vir. 1. Aen. noctem nõ amplius vnam Falle dolo. Qnq; nominatiuo Cæsar. Comm. 5. Amplius octingentæ Ponitur ẽt pro, præterea [*Dipor*] sine casu. Ci. de Arusp. resp. Amplius ad eius laudem. minuendã facere potuisset.

AMPLVS, a, um, o. 1. 2. [*Ampio, spatioso;* רחב rab רחב rachab. G. weit, breit, gross. *Gal. Ample. spacieux. Hisp. Ancho,* πλατὺς, & latè patet. Virg. 1. Aen. Vocéq. per ampla volutant Atria. Est item Amplus dignitate multa præditus [*Honoratissime,*] Ci. pro sex. Roscio. Is mihi videtur Amplissimus, qui sua virtute in altiorẽ locum peruenit.

AMPVLLA, f. 1. [*Ampolla:* נאד ṭappachath. Germ. Ein Oelgutteren non glas, Ein Krug, Ein geschirr das ein weitẽ bauch hatt. *G. Fiol, bouteille, Hisp. Ampolla o redoma de vidro*] geminо ll, ἀλάβαστος, vasis genus ex vitro, aut alia materia, ad fernandũ oleũ in balneis, Itẽ in mensa ad aquã, vel potionẽ, aliosq; vsus accommodatum. Ci. li. 4. de Fimb. Si ad illam vitã, quæ cũ virtute degatur, ampulla accedat. Erat aũt hoc vasis genus turgidum, velut vẽtre innato. Vnde per translationem Horatius, Proijcit Ampullas, & sesquipedalia verba, pro eo, q̃ est, verba turgentia, & sufflata abijcit. Vtebantur etiam Romani Ampulla ad hauriendas potiones. Suet. in Domit. Modicam in Ampulla potiunculam daret. Est etiam Ampulla, tumor inflatus, quem, & Bullam vocamus.

AMPVLLARIVS, rij, m. 2. substantiuũ, artifex Ampullarũ. Plau. Rud. Quiuis dicat Ampullarius optimũ esse opere faciundo coriũ. Ampullarius, a, um, adiect. ut Ampullariæ unctiones. Pla. Sti. Manicas ampullarias. Ampullaceus, a, um, q̃ ex Ampulla est, ut Frustum ampullaceum. Pla. in Menæch. Vocare mulierem Ampullaceam.

AMPVLLOR, aris, a. 1. [*Insuperbire, gonfiare,* נאה ghaah. Ger. Aufblasen, oder stoltz sein.] ab Ampulla, pro superbio, turgeo: Suet. in Dom. & Hor. 1. epist. Tragica desuit, & Ampullatur in arte.

AMPVLLACEA pyra, quę ab Ampullæ forma nomen habent. Pli. lib. 15. cap. 15.

AMPVTATIO, nis, f. 3. Cic. de Senect. Sarmentorum Amputatio.

AMPVTO, tas, p. c. a. 1. *Potare.* זמר zamar. Ge. Abhawen, beschneiden *Gal. rongner, coupper a l'entour. Hi. Cortar endorredor*] *a'ποκόπτω,* circumputo, abscindo, seu aufero. Cic. 5. de Fin. Quę sit ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat.

AMPYCVS, m. 2. Mopsi auguris pater. Vñ Amphycides. Ou. 12. Met.

AMSANCTVS, m. 1. locus est in medio Italiæ apud Hirpinos, sulphureas habens aquas, quæ quod undique siluis, angustijsque clausæ sint, tam pestilentem emittunt odorem, vt propius accedẽtes enecẽtur. Hinc factus est locus fabulę; In Amsancti vallibus inferorũ spiraculum esse. Cic. 1. de Diuina. Mortifera quædam pars est, ut Amsancti in Hirpinis, & in Asia. Plutonia, quæ uidimus. Virg. 7. Aen. Est locus Italię in medio sub montibus altis Nobilis, & fama

multis memoratus in oris Amsancti uallis.

AMVLA, p. c. f. *a'μφιφορεύς,* genus vasculi ad ignem gestandum, quod religionis, & expiationum animorum gratia gestabatur, dictũ quasi framola, ab amoliendis periculis, diminutiuum, Amũlula.

AMVLETVM, p. p. n. 2. *a'λεξίφαρμακον,* omnẽ genus remedij aduersus cuncta mala medicamenta, præsertim cõtra venẽficia. Pli. Infantibus alligatur succinum. Amuleti ratione, formam vasculi habens.

AMVLIVS, ri, 2. *a'μύλιος,* Procę filius; & Numitoris frater, qui regnũ fratri abstulit, lucq. oẽm eius stirpẽ virilẽ necauit. Fratris quoq. filiæ Rheæ Siluię, per speciem honoris, cum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus ademit. Liu. 1. ab urbe?

AMVRCA, f. 1. [*Fece d'oglio,* שמרים pesoleth. G. Oelentsen, oder Oelpfen. *Gal. Lie d'huile, Hi. Alpechem de Zeyte,* ἀμύργη, sordes olei, quæ præcedunt, nam quæ sequuntur, fæces uocantur. Virg. Geor. 1. Nigra perfundere amurca. Hinc examurcatus, sordib. purgatus.

AMVRCARIA, n. 2. dolia, in quæ amurca infunditur. Cato de re rust. cap. 10.

AMVSSIS, f. 3. [*Archipẽdolo.*] אנאקה anaqh. Apeles. G. Ein richtschnur, ein richtscheit, welche die zimmerleuth brauchen. *Gal. La cordenne ou la ligne des charpentiers, esquerre. Hisp. Hilo de almagre que vsan los carpinteros.*] κανών, est duplex ff. fabrorum & lapicidarũ regula, qua ad dirigenda ligna, saxaq. vtuntur. Sed latè pro ol ordine ponitur. Vnde Amussim aduerbiũ. & compositũ Adamussim, pro pfectè. Var. li. 2. de re rust. Numerus non est adamussim. vt cũ dicim⁹, Iudiciũ adamussim factũ, aud. G. Hic amussitata, adamussim facta. Pla. in Mil. Amussitam indolem. Nonius: A

AMVSIVM, n. 2. ventis discernẽdis excogitatum organum, ut ait Cel. Vitr. li. 1. c. 6. Locus ita expolietur, vt amusium desideretur.

† AMVSVS, p. p. *a'μουσος.* Indoctũ. Ger. Vngelehrt. Indoctus & inelegans, hoc est, a Musis alienus. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur sine Musica. Vitru. li. 1. c. 1. Nec musicus, ut Aristoxenus, sed non amusus.]

AMYCLÆ, *a'μύκλαι,* pluraliter, nomẽ est urbis Laconicę, Tyndari regia, in qua nati sunt Castor, & Pollux. Alia est in Italia inter Tarracinam, & Fundos in paludibus, a Laconibus cõdita, iuxta Sermũ cuius ciues cum Pythagoricam sectam sequerentur, & abstinerẽt à cęde animalium, vt nec uicinæ paludis serpentes interimerẽt, ab illis deleti sunt. Alij non a serpentibus, sed hostium repentino aduentu hãc urbem deletam prodiderunt: nam cum aliquoties falso nunciatus esset aduẽtus hostium, postea cautum est, ne quis amplius nunciaret. Inde ex improuiso captæ sunt Amyclæ. Hinc prouerbium, Loqui volo, nam scio Amyclas tacẽdo perisse. Hinc Virgil. tacitæ Amyclæ dictæ sunt.

AMYCLÆVS, a, um, o. 1. 2. *a'μυκλαῖος.*

AMYCVS, m. 2. *a'μυκος,* Neptuni, & Melies nymphæ filius, Bebrycionum rex, qui aduenas in Bebrycium nemus ad cæstuum certamen prouocabat, & insidijs circumuentos ibidem interficiebat. Cum itaq; Argonautæ in Bebrycium uenissent, Pollux ab eodem ad certamen prouocatus, cognitis insidijs, socios conuocauit, & ab ijs ad iutus Amycum interfecit. Vir. 5. Aen.

AMYDON, p. c. f. 3. *a'μυδών.* ciuitas Peoniæ, quæ auxilia misit Troianis. Iuue. Saty. 3. Hic alta Sicyone; ast hic Amydone relicta.

AMYGDALA, læ, p. c. [*Mandola,* שקד schekedh. G. Mandelnuss, Mandelkern. *Gal. Amende. Hisp. Almendra.* *a'μυγδα'λη,* nux Græca, quæ & Thasia dicitur. Amygdalum, etiam neutro genere dicitur, pro fructu. Palladius: Græci asserunt, nasci amygdala scripta.

AMYGDALA, f. 1. [*Mandorlo*] שקד schaked. Germa. Ein mãdelbaum *a'μυγδα'λη,* arbor Amygdala ferens. Col. lib. 3. Amygdala, si parũ ferax erit. Hinc Amygdalinus, na, nũ, p. c. Serenus: Fertur Amygdalinę succus nucis esse bibendus.

AMYGDALITES, f. 3. *a'μυγδαλοειδὴς.* Dios. herba est è genere tithymali, à similitudine foliorũ Amygdali, quæ & Corymbites dicitur, & Platyphyllos, a latitudine foliorum. Pl. li. 26. c. 8.

AMYLON, n. 2. *a'μυλον,* placẽtę genus, quod ex tritico fiebat, aut siligine sæpius elota, ita dictum, quod sine mola fieret. Macerabatur. n. sæpius quotidie triticũ, aut siligo, donec ita mollesceret, ut cremor exprimi posset, qui deinde in sole siccabatur. A vulgo Sephasiariorum vnica littera immutata, Amydon vocatur. Ratione conficiẽdi Amyli vide apud Plin. lib. 18. c. 7. & apud Cat. de re rust. c. 87.

AMYMONE. vna ex quinquaginta filiabus Danai. Strab. libr. 8. Et fons iuxta Lernam. Plin.

*AMYNTAS, m. 1. pater Philippi, Macedonum regis.

AMYSTIS, f. 3. *a'μυστις,* strenuæ potationis genus erat apud Thracas, cũ potus ingurgitabatur, vt virũ in doliũ infunditur, neq. spiritu reciprocato, neq. ore cõtracto. Vnde *a'μυστίζειν,* Græci dicũt, pro ingurgitare, & sine respiratione affatim bibere. Hor. li. 1. Car. Bassũ Threicia vincat amystyde. Alij Amystidem pocula speciem interpretãtur, quo Thraces utebãtur, quoties *ἀμύστι καὶ ἀπνευστί.* hoc est, citra labiorũ contractionem, & spiritus reciprocationem potare volebant.

AMYTHAONIA, f. 1 *ἀμυθαονία,* Elidis pars est, teste Stephano, ita dicta ab Amythaone Crethei filio.

*AMYTHAON, m. 3. Melampodis insignis auguris, & medici pater.

Virg.

Virg.3.Geor.
*Amylon,Cariæ oppidum.Pli.lib.5.c.29.

A N T E N

Anà.adverbium interrogãdi,& pro nunquid ponitur[*Dimmi?*] Cic.An vero Romulus ille,aut paſtores,aut conuenas congregaſſe videntur?Sed aliquãdo tranſit in vim Coniunctionis,vt.[Se.]cum ſermo dubitatiuus eſt,& tunc fere ſubiunctiuo iungitur, vt Neſcio an poſſet viuere.

Anas.f.1.ſiue vt apud Melã legitur[Anas]ἀνάς,Prolomæo fluuij nomen eſt apud Hiſpanos,qui Bœticam,hoc eſt,Granatam à Luſitania,quam hodie vocant Portugalliam, diuidit.Plin.li.3.c.1.& 22. Vulgo Guadiana.

Anabathra,n.2.ἀναβάθρα,ſcalæ, pulpita,gradus ſuperiores ſcanſiles.Iuu.Sat.7.Conducto pendent Anabathra tigillo.

*Anabis,f.3.oppidum Hiſpaniæ.

†Anabolagivm,vel Anaboladium.Sindonis genus eſt,quo humeri operiuntur,ſic dictum ἀπὸ τῦ ἀναβάλλομαι,quod Induo ſignificat.Solebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamento pectus & humeros protegere, & cum viſum eſſet reijcere.]

Anacardivm,n.4.ἀνακάρδιον,arbor Indis familiaris,fructu auiculæ corculo non diſſimili,unde nomen putant inditum,rubente intus cruore,quo veluti ſanguine ſcatet.Ruel.lib.1.c.37.

†Anacephalaeosis.p.p.ἀνακεφαλαίωσις. Sic vocant Oratores figuram,cum ea,quæ ſparſim & fuſius dicta ſunt, paucis repetuntur.Quintil.lib.6.c.1. Vulgus barbarè vocat Recapitulationem.]

*Anace,oppidum Achaiæ.

Anacharsis,m.3. ἀνάχαρσις, philoſophus ex Scytharum genere, ſapientiæ admirandæ,vt ſcribit Ci.li.5.Tuſ.qui ſtudio cognoſcẽdi tutus,& mores Græcorũ,in Græciã ſe contulit, eodẽ tpe quo ſeptẽ Sapientes florebant.Hic leges aranearũ telis, quã ſimillimas eſſe dicebat,q̃ muſcas quidẽ,& cætera eius generis infirmiora animalia irretirent,à fortioribꝫ aũt perrumperentur. De genere mortis eius tradit Laertius,à fratre ſuo,Scytharum rege, interemptũ eſſe.

Anachites,m.3.ἀνάχιτης,gẽma oium pretioſiſſima,quẽ Adamantẽ vocamus,dicta q̃ vanos motus, animiq. lymphationes credatur abigere,& aduerſus venena habere vim antidoti.Plin.lib.vlt.c.4.

†Anachoresis,p.p.ἀναχώρησις.Eremus,ſeceſſus:unde monachi eremum incolentes,& quicunq. procul ab hominibus ſeceſſerint.Ἀναχωρῆται. Anachoretæ uocantur.Caſſian.]

Anaclinterivm,n.2[*Letticciolo,materazzo*,מטה miſchchab.Germa.Ein gutſchen,ein ruhbettlin,lotterbett.*Ga. Lict de matlas pour ſe repoſer ſour iour.Hiſ.Lugar para dormir.*]ἀνακλιντήριον,lectꝰ,vbi quieſcimus interdiu;apud Lampridium in Heliogabalo,Accubita. A quibuſdam Stibadia dicuntur.Spart.in Antonio Commodo;Lectum eminentibus quattuor Anaclinterijs fecerat.

Anacreon,m.3.ἀνακρέων, poeta Lyricus, a quo metra Anacreontica dicta.Ortus ex Teo Ioniæ ciuitate.Amauit puerum formoſiſſimũ, nomine Batyllum.Horat. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batyllo Anacreonta Teium.Periit acino vuæ paſſæ ſtrangulatus, vt tradit Plin.7.c.7.

Anacroion,ἀνακρούων, herba eſt', quæ notioribus nominibus ξιφιον Græcis,& Latinis gladiolus appellatur.Dioſcor.lib.4.

Anactoria.f.1.ἀνακτόρια. Stephano oppidum Acarnaniæ,ad ſinũ Ambraciũ.Pl.lib.4.c.1.Eſt item Ioniæ urbs in minore Aſia, poſtea Miletus appellata,vt teſtatur idem lib.5.c.29.

Anadema,n.3.ἀνάδημα,corona,aut ſimile captis ornamentũ. Luc. lib.4.Et bene parta patrum fiunt Anademata mitræ.

Anaea,f.1.ἀναία,Steph.vrbs Cariæ cõtra Samũ,à qua fiunt gẽtilia Anaeus,ἀναῖος;& Anaites ἀναΐτης.Hinc ortus Menela* Anęus,Peripateticæ familiæ Philoſophus,& hiſtoriarum ſcriptor egregius.

Anadiplosis,ἀνάδιπλωσις,figura,i.reduplicatio.

Anadyomene,i.emergens, quo nomine dictum eſt Apellis opus, quod Venerem haberet mari emergentem. Plin.

Anaetia,f.1.ἀναιτία,oppidum maioris Armeniæ.Plin.lib.5.c.24.

Anagallis,f.ἀναγαλλίς. herba,quam Morgelinam, vel Gallinæ morſum vulgo uocant,ſi Ruellio credimus.Duæ eius à Plinio traduntur ſpecies,floris colore diſtinctæ,mas florem habet phœniceum,fœmina cæruleum.

Anaglypha,p.c.n.2.[*Coſe di rilieuo*,מנוקד pitruach,ἀνάγλυφα.dicũ tur vaſa, aliaue opera, ſculpturis aſpera, quæ ſcilicet ita exculpta ſunt,vt in eis imagines eminueant.Anaglypta appellata Plin.li.33. c.11.Martia.libi.

Anagnia,f.1.ἀναγνία.Prol.ciuitas Hernicorum in Latio,vbi Antonius,ſorore Auguſti cõtempta,& Cleopatra in uxorem ducta monetam fieri iuſſit.Virg.lib.7.Quos diues Anagnia paſcit.

Anagnostes,[*Lettore*]ἀναγνώστης,lector.Cicero Att.lib.1.

Anagyris,f.3.ἀναγυρίς,herba eſt grauiſſimi odoris,q̃ ob id à ruſticis lignum putidum uocatur.Huius folia, virgaſq. ſi quis decerpſerit,ſpiritiſſimo odore manus ibuit,quo non niſi frequente lotione pót liberari.Hinc factus eſt locus prouerbio,vt qui ſibi obfutura commoueat,ἀναγυρίσειν.hinc eſt,Anagyrim mouere,dicat.

Anaitis,idis,f.3.ἀναΐτις,Deæ cuiuſdam nomen,quæ in Sacaſena armeniæ regione præcipuè colebatur.Sunt qui tradant,hanc feſta in memoriam victoriæ,quam Cyrus de Sacarum gente retulit, eſſe inſtituta,Stra.lib.11.

Analecta,n.2.[*Immondicie della tauola*,שחת ſchechatat ſchulchan.דרך path.Germ.Zuſammen raſchung,was von dem tiſch falt,ſo man zuſamen liſet und auffſchuttet.*Gal.Ce qui tombe ſous la table,miettes,Hiſ.Los relieues del mantarque ſobra*]ἀνάλεκτα purgamẽta cænarum,quæ manu colligi ſolent,& extra triclinium efferri.Marti.li.7.Colligere longa nec turpe putat dextra Analecta,ἀπὸ τοῦ ἀναλέγεσθαι,hoc eſt à colligendo,propterea quod manu colligerentur,non ſcopis euerrentur.

Analectes,ἀναλέκτης,dicitur,teſte Cœlio Rhod.lib. 13.c.31.qui multa lectione exercitatus,memoria eſt firmiſſima.ἀναλέγεσθαι,n. eſt memoria concipere,& firmiter tenere.Seneca.Suaſit illi Satellius Quadratus,vt Grammaticos haberet Analectas.

Analectides,ἀναλεκτίδες,dicuntur quibus à xylino lino,vel quatis materia,puellæ tãquam pulluillis conſtipant ſcapulas prominentes,vt uideri pleniores poſſint.Ouid.3. de arte Amau.Conueniunt tenues ſcapulis Analectides altis.

Analogia,f.1.*Proprietà,proportione conuenienza,ſimilitudine*,אנלוגיא miſchkal.Ger.Gleichformigkeit,geleicheit.*Gal.Proportion.cõuenance.Hiſ.Propriedad,conueniencia.*ἀναλογία,accentu in pen.proprietas,proportio,conuenientia,ſimilitudo.Ci.Quod Analogiam Stoici,nos appellemus conuenientiam,ſi placet. Quin.li.1.Analogia præcipuè, quam proximè ex Græco transferentes in Latinum proportionem vocauerunt.Vide Gellium lib.2.c.25.& lib.15.c.9.

Analogismvs,m.2.vocatur à dialecticis firmum argumenti genus quod à cauſſa ducitur propinqua:cui opponitur,epilogiſmus.

†Analphabetvs,p.p.ἀναλφάβητος,a Græcis dicitur,qui ne elementarias quidem literas nouit,quem Fulgentius Abecedarium vocat,lib.3.Mythol.]

†Analytica,orum.nomen eſt duorum librorum Ariſtotelis,quibus ille iudicandi,vel(vt alij loquuntur) argumenta reſoluendi partem exequitur. Nomen deductum a verbo ἀναλύω reſoluo. Hinc Analyſis,Reſolutio.]

Anantapodoton,ſchema,quo Græci frequẽtius vtuntur,quã Latini,cum oratio aliquo membro daſtinitur,

Anapaestvs,m.2.ἀνάπαιστος, pes ex duabus ſyllabis breuib. & tertia longa,ex ἀνά re,& παίω,ferio,eo quod repercutiat dactylũ ſono reciproco.A Græcis ἀνάπαιστος dicitur, quaſi dactylo contrarius.Cice.lib.2.Tuſc.Nõ adhibetur vlla ſine Anapæſtis pedib. exhortatio.

Anaphalis,f.3.ἀναφαλίς,herba eſt;quæ notiore nomine Gnaphalium,& a quibuſdam Centunculus appellatur.

*Anaphe.ἀνάφη,inſula vna Sporadum.Pli.lib.2.c.87.

Anaphora,p.c.f.1.ἀναφορά.ſeu Ephanaphora,ἐπαναφορά,figura,q̃ nos Relationem,ſeu Repetitionem dicere poſſumus,quæ fit,quoties in principio ſingulorum membrorum, aut verſuũ eadẽ pars orationis repetitur,hoc modo:Verres calumniatores apponebat. Verres de cauſſa cognoſcebat,Verres pronũtiabat.Virg.1.Aen.Nate meæ vires,mea magna potentia,ſolus.Nate patris ſummi.Anaphoræ etiam ſcanſiones,ſeu aſcenſiones ſignorum uocabãtur, ab Oriente circumactu mundi quotidiano factæ,ex inclinatione ęquinoctiorum,nunc maiores,nunc minores.Firmicus,

Anapis,p.p.in.3.ἄναπις.Siciliæ fluuius leniter decurrens,decem ſtadijs procul a Syracuſis in mare defluens.Ouid.5.Meram.

Anariacæ,m.1. Straboni, Anariaci Plin.ἀναρίακαι,Steph.populi ſunt ad mare Caſpium ad ortum incolentes: quorum oppidum Anariace commemoratur à Stephano.

Anarrhinon,ἀνάῤῥινον,quod & Antirrhinum,herba eſt anagallidi ſimilis,radice nulla aut perexigua, ſemine vitulinas nares imitante,vnde & nomen habet Plin.li.25.c.10.& Ruellius, li.3.c.131.

Anas,atis,p.gen.c.f.3.[*Anitra.*Ger.Ein ent.*Gal.Cane ou canart. Hiſp.Ande.vitra*]anus notiſſima ex genere amphibiorum, ita dicta ab aſſiduitate natandi. Mart.li.3. Tota tibi ponatur Anas. Eſt & Anas fluuius vlterioris Hiſ.Bæticam diuidens a Luſitania.De quo Pomp.Mela.li.2.Antiqui præterea Anatem vocabant anuum morbum,quo ſcilicet vetulæ laborabant. Feſt.

Anatinvs,na,num, p.p.o.1.2.νήττειος. Plaut. in Rudente: Vtinam fortuna anatina nunc vterer;ut,cum exiſſem ex aqua,arerẽ tamen.

Anasa,ἄνασα,oppidum Germaniæ,apud Pl.lib.4.c.48.

†Anastomosis,p.p.ἀναστόμωσις.apud Medicos vocatur apertio venarum qñ.f.venarum orificia plus ęquo aperiunt. Gal.4.Method.

*Anastrophe,eſt inuerſio.i.duorum verborum ordo præpoſterus: vt Italiam contra,pro contra Italiam.ἀναστροφή.

Anaticvla,f.1.νηττάριον.Cice.5.de Fi[illegible]ere anguicta[illegible]nacula re mẽbras,nare anaticulas,comibus[illegible]ci videmus boues.

Anatarivs,ia,um.[*Quello ch'è dell'anatra come le piume.*D. Das zu der enten gehort.] q. ex anate eſt,vt Anatariæ plumæ; ſiue qđ ad anates pertinet,vt Anataria aquila[illegible]anates venatur. Pli.li.10.c.3.

Anathema,n.3.deteſtatio,execratio.[*Scomunica.*חרם cherem.G. Ein fluch,ein verannung.]ἀνάθημα,Item donarium,quod dijs ſuſpéditur in columna,vel pariete templi,ἀπὸ τοῦ ἀνατίθεσθαι,hoc eſt, a ſeponendo,vel ſuſpendendo:[illegible]certè ab eo,quod nefas eſſet ea loca

loca mouere. Homines quoq; sacri, quorũm capita Deorum alicui dicata sunt, Anathemata appellantur. Vide Budæum in Çon. linguæ Græcæ. Inde Anathematizo, detestor, deuoueo.

ANATOCISMVS, m. 2. [*Vsura dell'usura.* G. Der wucher da mã zinss an leget, das die selbigẽ wider zinss tragẽ, zinss võ zinsen.] ἀνατοκισμός. est usuræ anniuersaria reuolutio, & quas vsuras usurarum uocant. Cic. ad Att. Centesimas me obseruaturum cum Anatocismo.

† ANATOME, p. c. ἀνατομή. Dissectio, vel Incisio, cum scilicet corpus humanum dissecatur, vt venæ, nerui, & cæteræ partes à Medicis conspici possint.]

ANAVROS, ἄναυρος, fluuius Thessaliæ, ex Pelio monte fluens, quasi absq. aura dictus. Lucr. lib. 6. Nec tenues uentes aspirat Anauros. De hoc fluuio, vel potius torrente, uide plura apud Apollon. Argonau. lib. 6.

ANAVSIS, apud Flaccum in Argon. procus est Medeæ. Alanorum, & Heniochorum rex, postea a Styro riuali interfectus.

* ANAX, viri proprium, qui fuit Cœli, ac Terræ filius. Cæl.

ANAXAGORAS, p. c. m. 1. ἀναξαγόρας, Clazomenius philosophus in physicis præcellens, non modo generis gloria, & diuitijs, verũ animi quoq; magnitudine clarissimus, quippe qui totũ patrimonium suis sponte reliquit, & cum ab eis negligentiæ simularetur: Quid ergo, inquit, nonne vos ista curatis? Mox abscedẽs, studio doctrinarum flagrans, cuidã ipsum ita compellanti; Nulla ne tibi patriæ cura est? dixit, Mihi verò patriæ cura, & quidem summa est; digitum in cælum intendens. Hic cum post diutinam peregrinationẽ in patriam redijsset, possessioneſq. desertas uidisset; Non essem, inquit, ego saluus, nisi istæ perijssent. Vide apud Laertium.

* ANAXANDRIDES comœdiarum scriptor, Rhodius. Suid.

ANAXARCHVS, m. 2. ἀναξάρχος. philosophus Abderita, sectator Democriti. Hic habuit inimicũ Nicocreontem Cypri tyrannũ, a quo comprehensus coniectusq. in pilam saxeã, ibiq. ferreis malleis cõtusus, adeo toleranter pertulit asperrimos illos cruciatus, vt verbũ illud memorabile cõduplicauerit; Tunde, tunde Anaxarchi follẽ Anaxarchum enim non tundis. Ad ultimum, amputationẽ linguæ minitante tyranno, proprijs dentibus abscissam linguam in os ita patulum dicitur expuisse. Vide Laertium.

ANAXARETE, puella Cypria. Ouid. 14. Metam.

ANAXILAS, poeta comicus. Suid.

ANAXIMANDER, m. 2. ἀναξίμανδρος. Milesius philosophus, Thaletis auditor, primus terræ, maris q; circuitus descripsit, & sphæram insuper construxit, vt ait Laertius.

ANAXIMENES, m. 3. ἀναξιμένης, philosophus fuit Milesius, Eurystrati filius, Anaximandri discipulus, successorque, qui eo die obijt, quo Sardeis a Cyro captæ sunt. Hic principium rerũ aera opinatus est, quem genere infinitum, qualitatibus finitum aiebat, cuius condensatione, ac rarefactione cuncta gigni putauit. Solem, Lunam, cæteraſque stellas a terra ortum habere.

* ANAXO, Ancæi filia.

ANAXYRIS, ἀναξυρίς, herba est notissima, quam & Oxalidẽ Græci, & Latini Rumicem appellant.

ANAZARBA. ἀνάζαρβα. Stephano, oppidum est Ciliciæ, Dioscoridis illustrissimi medici patria.

ANCAESA. n. 2. [*Vasi intagliati*] dicta sunt ab antiquis vasa, quæ cælata uocamus, quod circumcidendo talia fiant. Ipsum quoq. Celare verbum ab eadem caussa dictum est, d, cum l, permutata. Festus.

* ANCÆVS, Samiorum rex, ἀγκαῖος.

ANCEPS, ipitis, o. 3. dubius, incertus, ambiguus [*Dubio, dubioso,* חלרי, ratlui, Ger. Zweifelhafftig. *Gal. Douteux, incertain. Hisp. Dudoso,* ἀμφίβολος, ANCEPS (inquit Festus) significare uidet, quod ex utraq. parte caput habet, ut secũris, bipennis: sed magis a capiendo, quod ex utraq; parte eq. capiatur, appellatum est. Lucil. Vecte, atque ancipiti ferro effringã cardines. Accipitur pro dubio, siue ambiguo. Cic. pro Marcel. Incertus est exitus, & anceps fortuna.

* ANCHACES, m. 1. nomen ducis in exercitu Persę.

ANCHEMOLVS, m. 2. Rhæti, Marrubiorum regis filius, Vir. 10. Aen.

ANCHIALE, ἄγχιαλη, ciuitas Ciliciæ, de qua Strab. post Zephyrium, inquit: Anchiale supra mare, Sardanapali opus. Ex hac urbe fuit Athenodorus, qui non à Sardanapalo, sed ab Anchiale Iapeti filia conditam vult, Cydni matre, a quo nomen vicino flumini.

ANCHISES, m. 1. ἀγχίσης. Capyos filius, ante bellum Troianũ nemorũ latebras, & solitudines coluisse fertur, gregib. & armentis intẽtus, quib. cũ uacaret, a Venere adamari cępit, & cũ ea concubuit, vnde natus est Æneas apud Simoenta Troiæ fluuiũ, ut scribit Seruius. Pene est afflatus, Propter concubitu usum fuisse iactatus, a Ioue fulmen fuisse. Ardente Troia, cũ nulla salutis spes appareret, senio cõfectum Æneas humeris imposuit, secumq; Drepanum usq, Siciliæ urbẽ uexit, ubi faris concessit. arg. 1. Aen. Tu ne ille Æneas, quẽ Dardano Anchisę Alma Venus lutygij genuit Simoëtis ad undas.

ANCHORA, p. c. f. 1. *Anchora,* אנקר hack, Ger. Ein anchet, Der gros eisin, hack an dẽ man in dẽ meer dẽ schiff behaltet. *Gal. Ancre, ou croc de fer de quoy on retient les nauires. Hisp. Ancla, o ancora ancle naue.* ter reũ uultrumentũ, quo naues retinentur, ϕ & à Græcis ἄγκυρα vocatur, unde & Latini uocẽ hãc procul dubio mutuarunt κ, tenuẽ in suam aspiratam, & υ, in ο, commutantes. Cicer. 7. Ver. Vela fieri, præcidi anchoras imperauit. Et quia nautæ tempestate iactati, qñ feliciter nauigandi nulla spes superest, ad anchoras cõfugiũt, quæ eiecta, nauim eodẽ in loco retinẽt, donec felicius nauigandi sese offerat occasio, factum est, ut sacram anchoram proverbialiter dicamus, pro extremo perfugio. [*Vltimo refugio.*] Item anchoras tollere, dixit a Varrone, nõ sine proverbiali specie, pro moliri discessum.

ANCHORALIS, le, adiect. o. 3. Plin. lib. 6. ca. 8. Vsus eius anchoralibus maximè tragulis. Anchoralis tractus. Liu. 7. Bel. Maced.

ANCHORARIVS, m. 2. [*Ancharaio*] qui curam anchorę habet.

ANCHORARIVS, a, um, o. 1. 2. quod ad Anchoram pertinet, ut Funes anchorarij. Hirtius: Storias ex funibus anchorarijs tres fecerunt.

ANCHVSA. f. 1. ἄγχουσα, herba est lactucæ foliis, radicẽ habens digiti crassitudine, colore sanguineo, æstate manus inficiens, qua mulieres colorem purpureum malis inducunt.

ANCILE, per l. simplex, p. p. n. 3. חרב sinnah ἀγκύλη, scutũ breue erat, auctore Festo, ita ex utroq. latere recisũ, ut nullus angulus uideri posset, & sũmũ, infimumq. eius latus medio pateret. Dictũ est ab am, & cęsum, quasi Anciſum, vel ἀγκῶν, q. est cubitus; vel ab ἄκος, remediũ, qm̃ pestilentiæ remedi ũ fuit. Fertur Numę Põpilij tẽpestate de cęlo decidisse, vnàq. edita voce, oĩum potentissimam fore ciuitatẽ, quãdiu in ea mãsisset. Itaq; facta sunt eiusdẽ generis plura, quib. id misceretur, ne internosci cęleste posset. De hoc Ou. li. 4. Fastorum: Ecce leui scutum versatum leuiter aura Decidit, a populo clamor ad astra uenit. Et paulo post: Idq. Ancile uocat, qd ab omni parte recisum est. Quęq; notes oculis, angulus omnis abest. Liu. li. 1. Salios duodecim Marti Gradiuo legit, tunicæ pictæ insigne dedit, & super tunicam æneum pectori tegmẽ: cæleſtiaq. arma, quæ Ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudijs, solemniq. saltatu iussit. Hor. li. 3. Car. Hoc annis Ancilium declinauit, cum ait; Ancilionum nominis, & togæ. Iuuenalis verò adiectiuum posuit cum dixit, Clypeis Ancilibus.

ANCILLA, lę, f. 1. pedissequa, famula. [*Fante, serua.* שפחה schiphcah אמה amah. G. Ein dienstmagt, dienstiũgfraw. G. *Chambriere, seruante. Hisp. Sierua, o clana, o moça de seruicio,*] δούλη, mulier serua. nomẽ deductũ putauit Festus ab Anco Martio, q̃ is in bello magnũ fęminarũ numerum ceperit. Siue quod antiqui Anculare, dicebãt ministrare. Ex quo dij quoque ac deæ ferũtur coli, quibus nomina sunt Anculi, & Anculæ, Pl. li. 2. c. 63. Terra mortaliũ sẽper ancilla.

ANCILLARIS, ris, re, o. 3. Cicero Tusc. Ancillari, sordide que artificio.

ANCILLARIOLVS, ancille addictus, qui ancillam amat. Mar. li. 12.

ANCILLOR, laris, [*Seruire,* עבר habadh. Germa. Ein dienstmagt sein, Dienen. *Gal. S'assuiettir a quelqu'vn comme son seruant. Hisp. seruir como esclaua, o moça.*] δουλεύω, ministro more ancillarum. Cicero in Salust. Non vni priuatim ancillatus sum.

ANCILLVLA, f. 1. διμινυτίδιον, dim. ab Ancilla. Cic. 1. de Orat. Iuris scientiam eloquentiæ, tamquam ancillulam adiunxisti.

ANCLABRA, n. 2. vasa quibus sacerdotes vtebantur. Anclabris (inquit Festus) est mensa ministerijs apta diuinis: vasa quoq. in ea, quib. sacerdotes vtuntur, Anclabra appellantur. Sunt qui legant Antlabra, ἀπὸ τοῦ ἀντλεῖν, hoc est, ab hauriendo.

ANCON, onis, siue ANCONA, næ, p. p. f. 1. 3. [*Ancona,*] ἀγκών, vrbs est totius Piceni celeberrima, portum habens insigni opere, à Traiano Cæsare extructum. Nomen habet a situ, qui cubiti flexurã refert, Græci enim & cubitum, & locum cubiti modo sinuosum ἀγκῶνα appellant. Plin. l. 3. ca. 13. Ab ijsdem colonia Ancon, appositа promontorio Cumero in ipso flectentis se oræ cubito. Fuit item ANCON, apud Carthaginenses obscurum domicilium, in quo detrudebantur quibus iratior erat tyrannus.

ANCTERES, m. 3. uincula, quibus labia vulnerum constringuntur.

ANCVS, ἄγκος, cognomẽto Martius, quartus fuit Romanorũ rex, Numę Põpilij ex filia nepos, qui & Latinos bello domuit, & Ianiculũ ponte sublicio vrbi coniunxit, Romanorũq. limites ad mare vsq. promouit, vbi & Ostiam condidit. Reliqua vide apud Liu. li. 1. ab Vrb. cond. Dictum autem volunt Ancum ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, hoc est à cubito, quem incuruum habebat, nec poterat exporrigere. Vide Seruium in illud Vir. 6. Aen. Quẽ iuxta sequitur iactantior ANCVS.

ANCVLI, & ANCVLę, dij, deæque ancillarum putabantur. Festus.

* ANCYLOGLOSSVM, vinculum neruosum sub lingua, quod filum vulgo appellatur.

ANCYRA. ἄγκυρα, nomen duarum vrbium, quarum altera est Phrygiæ, altera Galatiæ. Dicta Ancyra ab anchoris nauium captarum a Mithridate, quas, Ptolomæus, Aegypti rex supplicias Gallogræcis miserat. Vide Steph. & Plin. lib. 5. c. vlt.

ANDABATAE, m. 1. [*Combattenti allacieca.* ἀνδαβάται. Ci. Tre. Quem antea ne Andabatã quidẽ defraudare poteramus. Andabatæ fuerintne populi clausis oculis soliti pugnare, an gladiatorum genus, qui clausis oculis tenderent in aduersarium, an potius lusus genus, vt propemodũ ex Seneca licet conijcere, nõdũ satis cõpertum est.

ANDANIA, f. 1. ἀνδανία. Stephano oppidum Peloponnesi. Strab. lib. 8.

ANDANIS, m. 3. ἀνδανις, fluuius est Carmaniæ regionis. Plin. libro 6. cap. 23.

ANDE-

ANDECAVI, ī. Galliæ Lugdunenſis populi, qui & Andes. Tacit. ll. 1. Erupere primi Andegaui, ac turonii. Plin. li. 4. c. 18.

* ANDELVS, eſt Hiſpaniæ ciuitas.

ANDES, ium, m. 3. populi inter Celtas, Carnutibus, & Turonibus finitimi, ac ducatui Bituricenſi, oceanoque proximi, quos Ligeris fluuius alluit. Pli. Andegauos appellat. Cæſar ANDES.

ANDES, m. 3. vicus non procul a Mantua, Virgilij patria.

ANDINVS, adiect. ut Andinus vates [*Virgilio,*] cantus Andinus. Sil. l. 8. Ad ſidera cantu Euecta ANDINO ad eſt. Virgiliano.

* ANDOCIDES, vnus ex decem præcipuis Athenienſium rhetoribus.

* ANDRACHNE, Portulaca; & Andrachne agria, Silueſtris portulaca, & herba, quam illecebram uocant.

ANDRIA, f. 1. *ἀνδρία*, Phrygiæ oppidum, apud Pl. l. 5. c. vl. Præterea Andrium in Elide collocat, & alteram in Macedonia. Steph.

ANDRIACA, f. 1. *ἀνδριακή*, Ptolomæo oppidum eſt in Media, & alterum in Lycia; Rurſum aliud in Thracia, Strab.

ANDRICVS, p. c. m. 2. *ἀνδρικός*, Cilicię mons, ut inquit Strab. libr. 14. quo etiam nomine dictum eſt flumen quoddam eiuſdem regionis, non procul ab Amani portis, apud Pli. lib. 5.

ANDROCLES, philoſophus fuit, Porphyrij diſcipulus.

ANDRODAMAS, m. 3. *ἀνδροδάμας*, lapis eſt ex gñe hæmatitarum, colore nigricante, pondere ac duritia inſignis, qui attritus coti, ſuccũ reddit ſanguineũ. Vide Pli. li. 36. c. 20. Eſt præterea Andromadas, gemmæ nomen, quę argenteũ nitorem hẽt, ut adamas, quadrata & ſemper teſſellis ſimilis, cui Magi putant, nomen impoſitum ab eo, q̃ impetus hominum, & iracundias domet, *ἀπὸ τοῦ δαμάζειν τοὺς ἄνδρας*, hoc eſt, a domandis viris. De hac Plin. lib. 37. c. 10.

* ANDRODAMVS, m. 2. Rheginus, qui Leges Chalcidenſibus tulit.

* ANDRODVS, m. 2. Codri Athenienſium regis filius.

* ANDROGEOS, m. 3. Minois Cretenſium regis filius.

ANDROGYNI, p. æ. m. 2. [*Hermaphrodito,*] *ἀνδρόγυνος*, qui utrũque habent ſexum, maris & fœminæ. Cicero 1. de Diu.

ANDROMACHE, p. c. f. *ἀνδρομάχη*. Aetonis regis Thebarũ, quæ in Cilicia sũt, filia, & Hectoris Troiani uxor, & mater Aſtyanactis, quę a virili pugna nomẽ ſortita eſt. Fuit. n. virili animo, & quædam, ue luti uirago. Hanc mortuo Hectore Pyrrhus in Græciam adduxit, & ex ea Moloſſum filium ſuſcepit, poſteaque Heleno uati Priami filio eam uxorem tradidit, regnique portionem eidem aſſignauit.

ANDROMEDE, p. c. f. 1. *ἀνδρομέδη*. Cephei, & Caſſiopes filia, quæ ob matris ſuperbiã, quæ ſe Nereidas forma antecellere gloriabatur, a Nymphis ſcopulo fuit alligata, & ceto deuorãda expoſita, ſed Perſei uirtute liberata, qui illac opportunè iter faciens, & eertũ in teremic, & Andromedẽ uxorẽ duxit. Poſtremò Mineruæ beneficio inter aſtra collocata dicitur. Oritur i parte piſciũ duodecima.

ANDRON, m. 3. {*Lauatrum,*} *ἀνδρών*, a quibuſdam putatur eſſe locus in ædibus, parietibus undiq; ſeptus, ſed ferè ſine tecto. Pli. in epiſt. Inueniacẽ Andron parietem cubiculi, hortiq; diſtinguit. Feſtus locum eſſe ait in ædibus longitudine anguſtiorem, in quo viri plurimum uerſantur, vt γυναικωνῖτιν, in quo mulieres. Suidas quoque Andronem interpretatur locum in ædibus, in quem viri ſolent conuenire. Dicebatur etiam Andronitis, quod in eo uiri ſine interpellationibus mulierum verſarentur. Vitru. li. 6. c. 9. Eſt etiam Andron, vt ſcribit Ptolomæus, oppidum inferioris. Nili.

* ANDRONICVS, m. 2. Rhodius Peripatetieus. Strab. & Gel.

ANDRONIVM, n. 2. medicamentum eſt, vuæ, quæ in fine fauciũ naſci ſolet, curandæ vtile. Eius confectionẽ uide apud Celſum li. 6. c. 14.

ANDROS, ſiue Andrus, *ἄνδρος*. inſula eſt vna Cycladum, Euboeę adiacens, de qua Pli. lib. 4. c. 12. Eſt item Andrus, inſula Oceani Septentrionalis inter Hyberniam, & Britanniam. Pli. lib. 4. c. 16.

ANDROSAEMON, *ἀνδροσαιμον*. herba eſt ſimilis Hyperico, caulículis tamen maioribus ac magis rubentibus. Florẽ habet lutei coloris, qui digitis attritus, ſuccum emittit ſanguini ſimilem, vnde & nomen habet, αἷμα enim ſanguinem ſignificat. Vide Pl. lib. 26. c. 5.

ANDROSACES, *ἀνδροσάκες*. herba eſt in maritimis Syrię locis copioſiſſimè prouenies, alba, carens folijs, folliculos in cyrris habens. Pli. lib. 27. c. 4.

ANELLVS, m. 2. [*Anelletto.* Gal. *Annellet.* Hiſ. *Pequenno anillo,* *ἀνελλάριον*, dim. ab anulo. Hora. in Ser. Cũ trib. anellis modo læua Priſcus inani. Cic. Cuius imaginẽ in poculis, & anellis habebant.

ANEMO, m. 3. fluuius eſt in octaua Italiæ regione, apud Pli. li. 3. c. 25.

ANEMONE, p. p. f. 3. *ἀνεμώνη*. herba florem habens eiuſdem nominis, flatim euaneſcentẽ, q̃ ẽ poetæ fabulantur ortum eſſe ex ſanguine Adonidis ab apro interẽpti. Nicander i Theriacis, & Theocritus in Bucol. Flos purpureos, aſpectu ſatis amœnus, ſed nulla odoris gratia commendarus. Vnde ortum eſt prouerbium, *ὁδὸν ἀνεμώνη προσφέρειν*, hoc eſt, Rosã cũ Anemone confers. Dicta putatur Anemone, q̃ niſi uento flante (quẽ *ἄνεμον* vocant Græci) nõ aperiatur.

ANEMOREA, oppidum Phocidis apud Hom.

ANEMOSPHOROS, herba ex genere naporum.

ANETHVM, n. 2. *ἄνηθον*. genus herbæ boni odoris, etiam hodie i officinis nomen retinens, ructus mouens, tormina ſedãs, & ſingultus cohibens. Plin. lib. 20. c. 18.

ANFRACTVS, m. 4. [*Vmbrera,* עִקְּלִיָּה hakalkaliah, Ger. vmbrend der wegen, vmbwendung oder raeneк, wie in di ſchneccken ſind. *Gal. Vn deſtour en rond, vn deſtour de rue.* H. *Rodeo de camino aſpero,*] *περίοδος*. obliqui viarũ flexus, in ſe recurrentes, ab an, & frango, quod recta via crebris Mæãdris undequaque ſit interrupta. Cæſar: Si nullus anfractus intercederet, M. CC. paſſuũ aberat. Transfertur & ad alia, accipiturque pro quouis circuitu, [*Giro, circuito.*] Ci. de Part. Or. Oratio circumſcripta longo anfractu. Legitur & ANFRACTVM, neu. gẽ. apud veteriſſimos. Accius Eurypace, citante Nonio; Alta patris terrarum anfracta reuiſam.

ANGARI, *ἀγγαροι*, teſte Suida, nuncij erant regij apud Perſas, quod nomen poſtea latiùs vſurpari cępit pro quibuſuis, qui ſeruorum, aut iumentorum onera baiularent. Vide Cœl. Rhod. lib. 18. c. 8.

ANGARIA, p. p. f. 1. [*angaria, grauez.* עֲבוֹדָה habduth γεν lachats. Ger. Ein genoctigter dienſt, zwang, *Gal. C. harge, contraincte.* Hiſp. *Dauana, o ſeruidumbre,*] *ἀγγαρεία*, dictio Perſica, vt inquit Suidas, propriè ſeruitus coacta. Vnde ſi quis cogitur plus ſoluere publicanis, quàm liceat, angaria eſt. Inde *ἀγγαρεύω*, cogo. Apud Perſas erat *ἀγγαρεῖον δρόμημα*, curſus pernicioſiſſimus equitum, vt ſcribit Her. in 8. Vnde nomen Angariæ, & Perangariæ in libris iuris lectitatum manauit. Noſtrates poſtas appellant.

ANGARIS, m. 3. mons eſt Idumææ, apud Pli. lib. 5. c. 13.

ANGELVS, m. 2. *ἄγγελος*, Latinè nuncius; nam officij nomen eſt, non naturæ. Semper enim ſpiritus ſunt, ſed cum mittuntur, vocantur Angeli. Angelicum metrum Diomedi, celeritate nuncijs aptum.

ANGELLVS, li, m. 2. dimin. ab angulo. Lucr. lib. 2.

ANGERONA, f. 1. [*La Dea del piacere.* Ger. Die Goettin deſſ wollufts.] *ἀγγερώνα*. Voluptatis Deæ, quæ & Volupia dicebatur, cui ſacra a Romanis inſtituta ſunt, cum angina ciuitas vexaretur, ab angore tollendo ſic dicta. Eius feſta Angeronalia ſunt vocitata. Hinc Pontifices in Sacello Volupiæ ſacrum faciebant.

ANGINA, p. p. f. 1. [*Squinantia.* Ge. Geſchwulſt in hals oder der Kelẽ, ſo die luffttroete verhinderet, zaepffling wch. *Gal. Squinante.* Hiſpa. *Eſquinancia.*] *συνάγχη*, genus morbi acutiſimi, quo fauces angũtur, ac ſtrangulantur, imperitũ vulgus medicorum Squinantiam vocat: dicta Angina, quod angat guttur. Plau. Vellem mã i ginam verti, vt huic aniculæ fauces præoccuparem. Feſt. Anginã vinariam habere dicuntur, qui vino ſuffocantur.

ANGIPORTVS, m. 4. & Angiportum, [*Via ſenza capo. Angiporto,* קלה שער hazalkallah. G. Ein eng gaeſſli das nit durchgẽgigiſt. *G. Vne ruelle, ou qui eſt ſans iſſue. Hiſ. Calle angoſta o fin ſalida*] *στενωπός*, via eſt exitum non habens: vel vicus anguſtus, & flexuoſus, in modũ anguis, quaſi anguſtus ad portam aditus: ab angendo, & portu. Vlpia. Angiportum a portu dictũ eſt: portus vero conclusus, & munitus locus eſt, quemadmodum & ſtatio ab importandis, exportandiſq; mercibus nomen habẽs. Ter. in Adel. Id quidem angiportũ non eſt perusium. Cice. 4. Verr. Alij a Græco *ἀγχι*, quod ſignificat propè, deductum volunt, quia non longius extenditur.

* ANGITIA, f. 1. Æetæ filia, & Medeæ ſoror: & nemus apud Vir. lib. 7.

ANGLIA, f. 1. *Inghilterra.* G. Engellãd. *Gal. Angleterre.* Hi. *Inglaterra.* *Βρεττανία*, quę Britannia ab eruditis dr, inſula inſignis in Oceano, quæ vndiq; a cireũfuſo mari cõplexa eſt, nuſquã iuncta continẽti, quæ quõdã ab albis rupibus, quas mare vndiq; alluit, Albion dicebatur. Hanc primũ Troes incoluerũt, qui Troia diſiecta fugerunt exciſam patriã, Palladiſq; oraculo claſſe in hanc inſulam migrauerunt, atq; gigantes tunc inſulã tenentes, multis victos prælijs, expugnauerunt. Hãc poſtmodũ longo tẽporum tractu, Saxones, qui ſunt illuſtres Alemaniæ populi, oppreſſere, agroſq; & opes inter legatos Saxonum regina Angela diuiſit. Atq; vt linguæ pariter, & gentis memoria in deuicta inſula ſempiterna foret, ab Angela, cuius ductu victa eſt, Angliam tellurem illam vocauit. Quamquam plerique Angliam veluti noſtri orbis angulum prędicent dictam. Sita eſt (vt inquit Pl. li. 4. c. 16.) ex aduerſo Galliæ, Germaniæ, atq; etiam Hiſpaniæ, licet longiore interuallo. Agrippa longitudinem eius prodidit eſſe DCCC. M. paſſ. latitudinem vero CCC. M.

ANGO, gis, anxi, ſine ſupino, coſtringo, crucio, premo, vexo, [*Affanna re,* תורה hidheib יגה hetſir. Ger. Tringen, trucken, engſtige. *Gal. Eſtrangler, tourmẽter, angoiſſer.* H. *Anguſtiar o congoxar*] *ἄγχω*. modò ad animum, modo ad corpus, modo ad vtrũq; promiſcuè pertinet. Ad aiũ. Ci. ep. fam. l. 16. Audio te aio angi. Ad corpus [*Tranagliare*] Col. li. 8. Robuſtus angit ĩbecillũ. Ad vtrũq; promiſcue. Gel. Cũ angerentur Romani. Pla. pro abſumo poſuit in Aul. Tum anxiſſe aquã ſi quis petet. Deducitur *ἀπὸ τοῦ ἄγχω*, quod eſt ſuffoco. Itrangulo: à quo Synanche morbus faucium acutus, vt dictum eſt in dictione Angina. Dicimus autem, Angor animi, vel animo.

ANGOR, oris, m. 3. [*Affanno doglia,* אנח deabah. Ger. Angſt, bekuemernuſs. *Gal. Angoiſſe.* Hiſpa. *Anguſtia, anſia o concoxa,*] *ἀδημονία*, corporis uel animi cruciatus. Cic. 4. Tuſc. Angor, eſt ægritudo premens. Idem 1. de Fin. Animus excelſus, omni eſt liber cura, & angore. Hinc ANXIETAS & ANXIETVDO.

* ANGRVS, m. 2. fluuius ex Illyricis uerſus Boream fluens. Herod.

ANGVICVLVS, m. 2. [*Serpẽtello.* G. Ein ſchlãgle, ein kleine ſchlãg. di minutiuũ ab anguis. Ci. de Fi. Serpere anguiculos, rare anatcul.

ANGVIFER, p. c. m. 2. ſignum cœleſte, quod a Græcis dr *ὀφιοῦχος*. (G.

Anguifer cum mane cecidit, tempestatem significat.

ANGVILLÆ, f. 1. [*Anguilla. Gal. Anguille. Hisp. Anguilas*] γάλεοι pisces solæ exanimes non fluitant, quas nõ ouo, non coitu procreari scribit Arist. dictæ anguillæ, quod specie anguem repræsentent. Plin. li. 9. c. 51. Anguillæ atterunt se scopulis, ea stringẽtia vinificunt; nec alia est earum procreatio. Plau. in Pseu. Anguilla est, elabitur.

ANGVINEVS, a, ũ, adiect. quod anguiũ est, aut quod ex anguibus cõstat. *Ἐχιδνῆος.* vt Anguineæ comæ Medusæ, apud Ou. & Trist. & anguineus capillus Eumenidũ apud Catullũ. Itẽ quod anguis similitudinẽ accedit, vt Anguineus cucumer. Col. li. 2. c. 9. Hoc est, oblõgus, & ad anguis similitudinẽ cõtortus. Plin. dũ Erraticus, li. 20. c. 2.

ANGVINVS, a, um, idẽ; vt Anguina vernatio, pro pelle, quã vemo tẽpore angues exuunt. Plin. lib. 30. c. 3. Anguinum ouũ. Pl. lib. 29. c. 3.

ANGVIMANVS, ni, elephantorũ epitheto est, quod proboscis eorum, quæ manus vocatur, in omnẽ partem, anguiũ more, facile flectitur. Lucr. li. 5. Anguimanos belli docuerunt vulnera pœni Sufferre.

ANGVITENENS, idem quod Anguifer.

ANGVIPEDES, à poetis dicti sunt Gigantes, [*Giganti*] quasi loripedes, quod pedes tortuosos habuisse fingũtur, sicut angueis se tortuosos faciunt. Ouid. 1. Met. Anguipedum capitio brachia cœlo.

ANGVIS, [*Serpente aquatile, biscia.*] ן zoche חִוִּי tannin. Germã. Ein schlang. *Gal. Serpent, couleuure. Hisp. Culebra, o serpente.* Genus tã femin. quam masc. gen. serpentis genus satis notum, & proprie illud (si Seruio credimus) quod in aquis degit. Frequentissimè tamen etiam de terrestribus dictum inuenitur. Vir. 3. Ecl. Latet anguis ĩ herba. Tacitus, Anguem in cubiculo uiatam narrare solitus est. Frequentius tamen masc. gen. profertur.

ANGVLARIS, & hoc lare, *γωνιαῖος*, q. hẽt angulos. Cat. de re rust. c. 15.

ANGVLATIM, *κατὰ γωνίας*, aduerbium significans per angulos.

ANGVLOSVS, a, um. 1. 2. habens plures angulos, *γωνιώδης*. Pl. lib. 37. c. 12.

ANGVLVS, p. c. [*Angolo, cantone, canto,* פִּנָּה peah *Vispo* mixtim ן r. Ge. Eineck, winckel. *Gal. Angle, coing. Hi. Rincon, γωνία*, a Geometris dicitur id, q. resultat ex duabus lineis in idem punctum desinentib. In ædificijs item anguli dicuntur, ubi duo parietes coeunt. Itẽ in agris, & regionibus, vbi duo latera conueniunt, atque in acutũ desinunt, angulus appellatur. Cæs. 5. Bel. Gal. Et quemiam anguli in ædificijs reliquis partibus fere sunt obscuriores & secretiores, factum est, ut angulus accipiatur pro loco quouis secreto, & abdito. [*Luogo secreto.*] Cic. in Cat. Angularus, ta, tum. Cl. de Nat. Deo. Esse corpuscula quædam rotunda, alia angulata.

ANGVSTIA, æ, f. 1. tenuitas, locus arctus, & minimè amplus, cuiusmodi sunt montium fauces, *Luogo stretto, strette* צַר tsar. מְצוּקָה tsarah עֲקֵרָה hakah. Ger. Enge eines orts. *Gal. Destroit, destresse. Hisp. Angostura, estrechura*] στενοχωρία. Cæs. 5. Bell. Gal. Angustijs itinerũ. Transfertur & ad alias res, ut Angustia ærarij. Angustia etiã corporis, & animi. [*Affanno, miseria, afflittione*] Cæs. Neminẽ, qui ĩ tot rerũ angustijs subuenire, habebat. Angustitas, atis, uetus nomen, pro Angustia. Actius, Sed angustitatem inclusam, ac saxis squalidam. Nonius.

ANGVSTE, arctè, strictè, exiguè, exiliter, pressè, tenuiter, [*Strettamente,*] adverb. Cæs. 3. Bel. Ciu. Qua angustè utebantur.

ANGVSTO, as, n. 1. stringo, coarctõ, cõtraho [*Stringere,* צוּר hetsar חנק hohik. G. Eng machẽ. *Gal. Estrecir. Hi. Angostar, estrechar*] στενοχωρέω. Lucr. lib. 5. Quà maris angustat fauces saxosa Carybdis. Hinc angustans, angustat, ãgustãd, part. Cat. Cuius iter cœlis angustãs corporũ acerbis. Cl. Só. Scip. Ois terra, angustata uerticib. lateribus latior. & de Tranq. Vitæ angustanda patrimonia sũt.

ANGVSTVS, a, um, æ. 1. 2. [*Stretto,* צַר tsar אֵיץ aes. Ger. Eng. [*strick,* ab angulus, arctus, quod anguli semper coarctentur; ut Angusta domus. Cic. 1. de Fin. Angustissimæ fauces. Cæs. 1. Bell. Ciu. Angustioribus foljs. Pli. lib. 13. c. 11.

ANHELATIO, onis, f. 3. [*Difficultà di spirare,* מַפּוּחַ mappach. G. Das keychen, das schwer athmẽ. *Gal. Difficulté d'auoir son haleine. Hisp. Aceço y fospiro,*] ἀνάδυσις, spirandi difficultas. Plin. lib. 12. c. 11.

ANHELATOR, masc. 3. *Vn che non possa ribauer facilmente il fiato* נָפַח nopheach. Ger. keichig, der mit arbeit auff engbrustigkeit, oder sonst athmet, ἀσθματικὸς, qui est suspiriosus, quod uitium constitit inspirandi difficultate. Pli. lib. 22.

ANHELITVS, us, p. c. m. 2. [*Hato,* רוּחַ revechah מַפַּח mappach. Ge. Der athem] ipse spiritus, uel respirandi actus. Plaut. Epid. Abuno malè est, accipiam anhelitum.

ANHELO, as, p. p. a. 1 *Spiro, respiro,* [*Spirare, ansare* נָפַח naphach רוּחַ ravach שָׁאַף tchaaph nach. G. keichen, mit arbeit athmẽ. *Ga. haleer, halener, souffler. Hisp. Aceçar, o fospirar, desseando*] ἀσθμαίνω. ex Am, & Halo, an, in n, mutata, significat ægrè halo, cũ ex labore vehementi, crebris quasi singultib. spiratur, ac respiratur. Col. lib. c. 3. Sudare, atq; anhelare boues. Vnde & pro ardenter cupio, per trãslationẽ poni consueuit. [*Desiderare ardentemente*] Cic. in Cat. Catilinam furentẽ audacia, scelus anhelantem, pestẽ patriæ nefariè molientem, &c. Anhelatus, partic. Oui. in epist. Medeæ ad Iasonẽm: Isset anhelatus non premeditatus ad ignes.

ANHELVS, a, ũ, o. 1. 2. [*Ansante,* נָפַח] nopheach. Ger. Der schwerlich athmet, Keichet] ἀσθμαίνων, ἀνάδυσιν ἔχων, ægrè anhelitũ ducens.

Vir. 1. Geo. Nunc, ubi primus equis Oriens afflauit anhelis. Idẽ 2. Geor. Senibus medicantur anhelis, id est, suspiriosis.

ANICETVM, n. 2. *ἀνίκητον*, à quibusdã appellari scribit quod nostro hoc tempore Anisum uocamus, auctor est Pli. lib. 20. c. 17. Propterea quòd appetentiam excitet, a Græcis quæcũq; ore eximendam *ἀνίκητα* dicuntur, quasi inuicta. Nõ aliã, etiam ob causam Dioscorides eandem appellationem. Anetho tribuit, lib. 3. c. 60.

ANICIANA, pyrrichius. Col. li. 7. c. 10. & Cato. 7. li.

† ANICVLA, æ. f. 1. diminut. ab Anu, *γραῦδιον* pro Senilia. Vecchierella. Ger. Ein Alt, weible. Cic. pro Flac. Aniculæ minimè suspiciosæ purgatæ.

† ANICVLARIS, e. o. 3. idem est quod anilis. *γραώδης.* Da vecchio. Aug. Aniculania verba.

ANIENIS, m. 3. fluuius ad tertium ab urbe milliarium. Ci. de Cla. Or.

ANIGRVS, p. p. m. 2. *ἀτρεκὴς*, fluuius Thessaliæ, i quo Cẽtauri ab Herculc vulnerati abluerunt sua uulnera. Vnde cum antea haberent aquas purissimas, Centaurorum sanguine sordidas reddidere sunt, & impuræ. Auctor est Oui. Met. lib. VII.

† ANILIS, & Anilitas. Vide Anus.

ANIMA, mæ, f. 1. acer. aius, animus spirabilis, spiritus, manes, unta, [*Alma, aiã, fiato, & aria,* נְשָׁמָה neschameh נֶפֶשׁ nephesch. Ge. Die seel. *Gal. L'ame, la vie, l'air que nous respirons. Hisp. Alma, vida, ayre*] corporũ viuentiũ, hæc est, stirpium, & animalium; tam rationantium, q. sine carentiũ pars nobilior, qua vnum quodq; illorum viuit, animat, sentit aut ratiocinator. Ea in stirpib. simplex est, quam Altricẽ appellant, qua fallæ alimentum attrahunt, retinent, & in vniuersas suas partes distribuunt, illisq; assimilãt, & quod in alimoniã vertũ non pòt, excernunt. Brutis vero animum ab anima duplex est, quæ a nobilieri sua actione Sentiẽs appellatur, sub se comprehendens Altricem, item sensus, atq; in tetragono trigonus comprehenditur. Lõge aũt nobilissima homini est ãa, quæ à ratione, qua solus homo vtitur, Rationalis appellatur. Hæc re quidem vna est, ex triplici autẽ actione tria sortitur nõia, modo altrix, siue vegetatrix, modo sentiens, modo rationatrix appellatur. Accipitur itẽ Ãa, pro aĩo, pro vita, pro spiritu, de quibus vide testimonia in dictione Animus.

ANIMABILIS, le. o. 3. [*Animato,* Iudic. 6. q. aĩam, & spiritũ habet. Ci. 1. de N. Deor. Hac animabili spirabiliq; natura, cui nemẽ est aer.

ANIMALIS hostia, f. 1. *θυσία ἔμψυχος*, q. ob id mactabat, vt eius anima Deo alicui offerret. Dius, is, quæ Macrobius, eã hostiarũ genera, vnum, in quo voluntas Dei per exta discitur. Æterũ, in quo sola aĩa Deo cõsecratur, quas Auspices Animales hostias appellant.

item una cum Ingenuis esse censos, idem Dionysius colem in loco significat. Vtrum verò, qui extra pomœrium, an illi qui intra pomœrium habitabant, censerentur, dubitare nō licet, cum ab eodem & de agro Romano fieri mentionem uideamus. Et vt de rusticis Romnis censis ex Dionysio, sic de municipibus postea quàm cōiecta cœpta ciuitas est, planè constat ex eo Pediani loco: Cōtinebat municipijs cuiuscunque modi multitudo, aut propter Comitia suffragiorum causa, aut Ludorum, aut ut censerentur, nec tamē obscurè idem significant illa verba pro Cluentio: Illū tabulas publicas Latini Censorias corrupisse; Decuriones uniuersi indicauerūt: certè enim de tabulis ijs intelligit, in quas Censores, cum ciuiū Romanorum cēsum agerent, municipium nomina retulerāt. Colonias ante bellum Punicum 2. nō censebantur, ait n. Liuius sic lib. xxix. Duodecim coloniarum, quod nunquā antea factum erat, deferentibus Censoribus, cēsum acceperunt, ut quantum numero militū, quantū pecunia ualerent, in publicis tabulis monimēta extarent. Censebatur quinto quoque anno, lustro scilicet confecto, quod interegnum quattuor annorum spatium fuit, tametsi ultra quadriēnij ne ullum, uel bello, uel domesticis discordijs, uel alio casu, sæpe productum esse censum, obseruauimus. Magistratus huius muneris præfuit primùm, qui summus in urbe fuit, Reges duo postremi, Seruius & Superbus, eiectisq; Regibus Cōsules: deinde, cum Consules bellis impedirentur, Censores, qui ab re nomen acceperunt. Census in fōro fiebat. Lustrum in campo Martio condebatur, cæsis sue, oue, tauro, quod sacrificiū, & suoni murilia uocabāt. de Lustro Liuius, Dionysius, omnes historiæ narrāt; de censu inde cōijcio, q equites trabeatos per medium forum idibus Quinctilib. ante Censores sua manu equum traduxisse, Liu. Valerius. Suetonius, Plutarchus affirmant. qua in re significanda, verbū Transuehere, ueteres historici libenter usurparunt: Cicero traducere dixit, quod si equites in foro cēlebantur, de cæteris nihil obstat, quin idem primum. A principio, è Serui Regis instituto, in sua quisq; classe, q̄ in centurias dispertitæ erant, hoc est, ex suo quisque censu; quæ res familiaris erat æstimatio, censebatur, qui centum millia, eove amplius possideret, in prima classe; qui infra cētum usque ad septuaginta quinque; in secunda, inde ad quinquaginta millia in tertia; inde ad uiginti millia, in quarta: ab eo ad undecim millia, in quinta; infra verò, in sexta, ex quo sequitur, vt Decuriones, Equites, Senatores, oēs in prima classe censerentur: q̄nquidem neque Decurio poterat esse qui centū millia non haberet, neq; Eques, qui quadraginta millia, neque Senator, qui octingēta millia. Post expletas verò xxxv. tribus, non in centuriis, sed in sua quemque tribu censem esse credidetim. Senatores n. clarissimos uiros, sūmis honoribus functos, ipsos inquam Cēsores M. Liuium Salinatorē, C. Claudiū Neronem, in suas utrumque tribubus, nulla facta classiū mentione, censum esse, Liu. li. xxxix. pspicuè demōstrat, his uerbis: Equi deinde census agi cœptus est, & ambo fortè censores equum pūblicū habebant, cum ad tribū Polliā ventū est, in qua M. Liuij, nomē erat, & ab eo cūctaretur citare ipsum Censorē; cita, inquit Nero, M. Liuiū, & siue ex residua, & uetere simultate, siue intēpestiua iactatione seueritatis instans, M. Liuiū, q̄a populi iudicio esset cōdēnatus, equum uendere iussit. Itā Liuius, cū ad tribum Narniensē, & nomen collegæ uentū est, uendere equū C. Claudiū iussit. Festus ut significare, post expletas etiam xxxv. tribus, censos esse eines Romanos in centurijs, ait. n. sic: Nequiscivit centuria est, quæ dē a Set. Tullio rege constituta, in qua liceret ei suffragiū ferre, qui nō tulisset in sua; ne quis ciuis suffragij iure priuaretur: nam, scisciscito, significat sententiā dicito, ac suffragiū ferro, unde scita plebis, sed ea centuria, neq; censetur quisquā, neque centuriæ præficitur, neq; centunalis pōt esse, quia nemo certus est eius cēturiæ. Est autem Nequiscivit, nisi qui sciuit. Pedianus etiam, cuiusque ciuis nomen in albo fuę cēturiæ scriptū fuisse tradit, indeq; exēptos, qui à censore ærarij fierent. Itaque hanc veterum quasi controuersiam ita dirimemus, vt nominatas quidem & recognitas in censu singulas tribus, nomina tamen ciuium in sua cuiusque centuria scripta esse dicemus. Et quoniā tria genera ciuium fuisse constat, Senatores, Equites, plebē; & plebi Equites, Equitib. Senatores dignitate præstitisse constat, ratio postulat, id quod ēt veterū exempla testātur, vt in censu primus ordinis Senatorij locus, Equitū secundus, plebis verò fuerit postremus. Primum igitur recitabantur omniū Senatorum nomina, erat aūt inter ipsos Senatores primū recitari honorificum, isque princeps Senatus vocabatur; id in arbitrio Censorum positum erat, è quibus tamen neminem, nisi de Consulibus, principem Senatus esse electū animaduertimus; eodē modo princeps Equestris ordinis dicebatur is, quem Censores primo loco scripsissent in ijs tabulis, quæ equitum nomina continebant.

CENSVS, o. f. 1. τιμήεις. significat eum, de cuius bonis factus est census. Cic. pro Arch. Eum qui sit census, ita se gessisse iā tum pro ciue.

CENTAVREA, æ, f. 1. siue Centaurium, rij, κεντάυριον. Dioscorides herba est, quæ a Chimme Centaureo nomen accepit, qui ea curatus dicitur, cū Herculis hospitis sui arma pertractanti, sagitta decidisset in pedem. Virg. Geor. Centaureum appellauit, p. p. cecropiumque thymum, & grauiolentia Centaurea. Vide Pli. li. 25. c. 9.

CENTAVRI, m. 2. [*Centauri*. G. Volcker. Thessalia, so die noch volck ersten gezeiniet vnd geerbet haben, Virg. 6. Aen. Thessalia populi, secus Pelistrum olim habitantes, qui primi equestri more, & ex ijs pugnare cæperint; quo factum est, vt a regionis populis primū cōspecti, membra partim humana, partim equina habuisse credderentur. Est etiā Centaurus nauis nomen apud Virg. 5. Aene. Centauro inde hic hitur magna.

CENTENVS, a, um, g. 1. 2. Plin. li. 33. c. 6. Nomen erat apud antiquos numeris ultra centum millia, atque & hoc modo multiplicantur hæc, vt decies centena millia dicantur. Virg. 10. Æn. Centenaque aborē flu ictum Verberat. Hoc est, centum ingentibus ictibus. Cic. in Partit.

CENTENARIVS, o. 1. 2. & similia in aliis denotant non multiplicationem sui, sed numerum aliarum rerum, quæ non nominantur; vt, Lapis centenarius, non qui centuplus sit, sed centum librarum. Centenarius humeris pregrum. Var. 3. de re rust. c. 5.

CENTENARIA CORNA, f. 1. dicebantur, in quibus lege Licinia non plus centussibus, hoc est, centum assibus impendebatur. Festus.

CENTESIMVS, a, um, o. 1. 2. post remus vel vnus ex centenario. Plaut. in Milite; Haud centesimam partem dixi. Interdū multiplicādi vim habet, & pro centuplo accipitur, vt cum dicimus, Centesimū fructum ager attulit, hoc est, centies tantum, quantum sementi acceperat. Centesima fruges. Plin. libr. 5. c. 4.

CENTESIMAS CALENDAS, Irrise. vocant centesimum mensem, vnde Centesimis Calendis aliquid dare, hoc est, intra annos octo, & menses quattuor, vt annotauit Alciatus in Pareng.

CENTESIMARE exercitum, a. 1. pro centesimum militem supplicio afficere. Solebant enim Imperatores, cum grauius quippiam milites deliquissent, eam modestationem adhibere, vt neque vniuersum exercitum delerent, neque facilitate veniæ alios ad similia inuitarent. Conuocatis itaque vniuersis, centesimum, aut si uideretur, decimum quemque sorte proditum secus percutiebant.

CENTESIMA, æ, f. 1. ἑκατοστή. genus usuræ, quæ centesimo mense explet sortem, vtpote cum centum librarum sors singulis mensibus libram vnam usuræ parit. Vide Budæum de Asse. Ci. Att. li. 1. A cæsio propinqui minore centesimis nummum mouere non possunt.

CENTICEPS, tis, o. 3. [*Di cento capi*. Germa. Hundert koepffig, das hundert heupter hatt. *Ga. Qui a cent testes. Hisp. cabeça que tiene ciento cabeças.*] qui centum habet capita. Hor. 2. Carm. Od. 13.

CENTIES. Cicer. in Pis. H. S. centies, & octogies Romæ reliquisti.

CENTIFOLIA, æ, f. 1. genus in Campania potissimum proueniens, a foliorum multitudine ita appellatum. Plin. lib. 21. c. 4.

CENTIGRANVM, n. 2. genus tritici, id ferat centum grana. Pl. l. 18. c. 10.

CENTIMANVS, o. 1. 2. [*Di cento mani*. G. Der hundert hend hatt. *Ga. Qui a cent mains. Hisp. El que tiene ciento manos.*] ἑκατόγχειρ. qui centū habet manus, qualē fuisse Briareū gigantem Virg. 6. Æn. refert.

*CENTINVM, n. 1. Vmbriæ oppidum. Ptol.

*CENTIPEDA, f. 1. *chelonæ*. vermis est pilosus, multis pedib⁹, arcuatim, repēs, ab aliquib. Multipoda, ab alijs Millepeda dictus. Pl. l. 29. c. 6.

CENTIPELLIO, onis, m. 3. Pli. li. 28. c. 9. de cenus: Saluariter dantur in vino ventres, qui centipelliones vocantur.

CENTIPES, m. 3. ἑκατόμπους. piscis alio nomine Scolopendra, a terrestri scolopendræ similitudine. Plin. lib. 9. c. 43.

CENTO, nis, m. 3. κεντρωνεύς. ciuili lanea, lanea, aut tormento confertū, qualibus olim in bello vti solebant ad machinas obtegēdas, ne tormētorū missilibus perfringerentur. Cæsar. Centonesque iniecerūt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa excatapultis lateritiū discurrerent. Sisen. li. 3. Hist. Acerto madefactis centonibus integuntur. Quidam Centonē capiunt pro stragulo genere, quod cubantibus insterni solet. Cato de re rust. c. 10. & 11. Gallicitras octo, instragula octo, cētones pueris sex. Similiter & Macrobius scropham sub centonibus latere scribit, rusticum stragulum esse declarat. Fieri aūt centones constat ex pānis diuersorū colorū, vel lanis ī vnū cōdēsatis, atq; cōsutis. Vñ ad earū similitudinē Cēmonē vocant carminis genus, ex diuersis carminū fragmentis hinc atq; illinc accersitis contextum, quasique consutum. Extāt adhuc Homerocentones, & Virgiliocentones a Proba Falconia consuti.

CENTRALIS, o. 3. adiect. Pli. lib. 2. Terra centralis interiacet.

CENTROSVS, a, um, o. 1. 2. vt, Centrosa scobs. i. limatura admodū dura, veluti centrum, quod in marmore, vel innipero inuenitur. Pli. lib. 37. c. 7. Gemmæ factitiæ centrosa scobe deprehenduntur.

CENTRVM, tri, n. 2. [*Il cētro*, מרכז xereb. Ger. Ein mittel pūct, *Le centre, le poinct, ou milieu d'vne chose ronde. H. cēro.*] κέντρον. pūctū sphæræ, aut orbis mediū. Apuleius in cosmographia, cardinē, inquit, mūdi (ficti n. dixerim cētrū) hēt tellus. Cic. 1. Tus. Persuadēt n. Mathematici terrā in medio mūdi sitā ad vniuersi cæli cōplexū quasi pūctū instar obtinere, q̄ centrum illi vocant. Centra ī arundine, sunt quidam veluti duriores nodi ad clauū similitudinē, animosa scilicet, qui in intima ēt lignorum parte inueniuntur. Pli. li. 16. c. 39. Est item Centron crystalli quoddam vitium durum & fragile, quod & Scalem appellant. Pli. lib. 37. c. 2.

CENTVM, [*Cento*, ἑκατόν] numerale, & indeclinabile. Cic. pro Mil. Hi centū dies proximi accusatorē cum fuissent. Accipitur aliquando centum indefinite pro pluribus, [*Multis.*] Sic centum gurgites

Hor.2.Car.Ode 16.Et centũ iuuenci,apud eundem li.Epod. Centum puer artium Carm.li.4. Ode 1.Hinc Centenus,a,um, vt,Centena milia.Sic Ducentenus,Trecentenus,Quadringentenus,Quingẽtenus,Sexcentenus,Septingentenus,Octingentenus,Noningẽtenus,Centuplus,Ducentuplus,Trecentuplus,& reliqua.Centesimus,Centuplus.Ducentuplus,Trecentuplus,& deinceps.Centies quoq; aduer.[*Cento volte*]Ducẽties,Trecenties,Quadringenties,Quingenties,Sexcenties,Septingenties,Octingenties,Noningenties.Centenarius, Ducentenarius,

CENTVMCAPITA,herba est ex aculeatarum genere. Plin.lib.22.c.18.

CENTVMPONDIVM,n.2.,pimmani pondere,etsi centũ pondo excedat. Plau.in Asi. Ad pedes qñ adiectum est aequum centumpondium. Cato c. 13. Centumpondium incertum vnum, & pondera certa.

CENTVMVIRI,m.2.[*Centro huomini.*Ger. Hundert richter vorzeiten zu Rom.*Gal.cent personnes,ou plus qui anciennement a Rome iugeoyent des causes ciuiles. Hisp.collegio era en Roma de ciento Varones.*]Iudices centum Romæ,qui res quasdam priuatas iudicabant: Nam decisecentum Romæ,qui res quasdam priuatas iudicabant: Nam cum essent Romæ triginta quinq; tribus, quę & curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus fuere electi ad iudicandum, & Centumviri appellati, qui licet quinque supra centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, centumuiri dicti sunt.Fest. Cicer.pro Cęc. Sextiolam dixisti causam apud centumuiros non tenuisse.

CENTVMVIRALIS,le.o.3.quod ad centumuiros pertinet,vt Iudicium centumuirale.Cice.1.de Orat.

CENTVNCVLVS,m.1.κεντρυγκάτιον.dim.a cento,pro vili,ac sordido stragulo.Senec.libr.12.epist.81.Diutũ accipitur,in centunculo dormiut.Accipitur & pro vilitori operimenti genere,quod ctitellis substerni solet.Liu.7.Multis stratu detrahi iubet,binis tantum centunculis relictis.Centunculus item,teste Dioscor.a Romanis vocatur herba,quam Graeci Gnaphalion,& Chamaezelum vocant. Ratio nominis tracta videtur a molli foliorũ lanugine,qua ad infercidos centones torquendi inopia supplere posset. Vide Dioscor.li.3.cap. 112.Plin.autem lib.24.cap.15.Auctor est,Centunculum Italis appellatum fuisse tertium clematidis genus,rostratis foliis,ad similitudinem capitis penularum iacens in arbus.

CENTVPLEX,icis,o.3.[*A cento doppi.*G.Hundertfeltig]κατατετραπλάσιον.Plau.in Persa;Centuplex munus rebus seruandis parum est.

CENTVPLICATIO,[*Radoppia,o cento volte.*Ge.Dopplet hũdertfeltig,] aduerb.Plin.lib.6.cap.23.Quę apud nos centuplicato veneunt.

CENTVPLVS,a,um,o.1.2.idem quod centuplex.

CENTVRIA,ra,riæ,f.1.[*Compagnia di cento huomini.* Germa.Ein rott von hundert Kriegsleuten.*Gal.centeine,bande de cent hommes.Hisp. compania de ciem hombres armados.*]κατοντάρχια.in re militari centũ continet homines,qui sub vno Centurione sunt,quorum centenarius iustus est numerus.Cicer.2.de Diu.Primum vide,ne in eũ dixerint,qui rogator centuriæ fuisset.Centuriæ in agris dicebantur ducenta iugera.Centuria a centum iugeribus vocabatur,sed mox duplicata nomen retinuit,inquit col.li.6.Sicut tribus dictæ primũ a partibus populi tripartito diuisi,quæ tamen nunc multiplicatæ,pristinum nomen possident.

P.M.Centuria,Vocabulum centurijs,vt ait Siculus Flaccus,ex eo datum est,cum antiqui Romani agrum ex hoste captum victori populo per bina iugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena iugera dederunt,& ex hoc facto,Centuria iustè appellata est.

CENTVRIATVS,us.m.4.dignitas,& officiũ Cẽturionis.cic. pro L.Man.

CENTVRIATIM,κατὰτάξεις.per centurias,sicut Tributim,per tribus Cic.pro Flac. Tribunum,& centuriatim descriptis ordinibus.

CENTVRIO,m.3.[*Centurione,capitano di cento soldati.*G.*centenier,ayant sous soy & en sa charge cent hommes.Hisp.Capitan di cient hombres armados.*G.Hauptmã vber hundert futirrecht,]ἑκατοντάρχης.dicitur,qui centũ peditibus praest.cic.pro Mar.Nihil sibi ex ista laude Cẽturio, nihil turma decerpit.Centurio aũt primæ cohortis dicebatur Primipilus,teste Pl.Veteres cũ viderent commisso prælio aciem facilè turbari, vt hoc incommodũ euitarent,cohortes in centurias diuisere,& singulis centurijs singulos Centuriones præfecerunt.Prima centuria primipilum vocabatur,quod circa signa grauis armaturę cõstituta erat.Centurio ipse primipili Centurio dicebatur,& primipilus.Hic non modo Aquilæ præerat,sed quatuor centurijs,hoc est, quadringentos milites in prima acie gubernabat, & tamquam princeps totius legionis merita consequebatur.

CENTVRIO,as,a.1.[*ordinare soldati a cento a cẽto.*שָׂרַר לְמֵאוֹת sar meoth ga.*Mettre par centaine,distribuer par bandes.Hisp.Ordenar los hombres armados de ciento en ciento.*Germ.Solche rotten ordnen deren ein iedes hundert personen haltet]κατατάττω.in centurias ordino. Cicer.ad Quir.post red. Egò cum homines Tribunali Aurelio palam conscribi,centuriarique vidissem.Ager centuriatus,qui in ducenta iugera definitus erat. Romulus enim centenis ciuibus ducenta iugera distribuit.Et milites centuriati,qui in ipsas centurias ordinabantur.Liu.lib.29.Scipio postquam in Siciliam traiecit,voluntarios milites ordinauit,cẽturiauitque.Centuriata comitia,vt Ascon.scribit,dicuntur,cum ab omni sexu, & ætate fertur suffragium,quod per centenas turmas diuisus erat pop.Rom.Hinc Succenturio,a quo Succenturiati dicuntur milites, non primæ,sed secundæ centuriæ,vbi ad insultandum maximè collocabantur Vri-

de Succenturiatus dicitur,quasi in insidijs positus.Tolen.in Phor. Ego in insidijs ero hic succenturiatus.Propriè autem Succenturiare significat,explendæ centuriæ gratia militum numerum supplere,vel in locum occisorum,vel exauthoratorũ militum alios substituere.Gell.elegãter ad cibos transtulit,cum in locum ciborum, qui auferuntur,alij statim substituuntur.

CENTVRIONVS,m.2.ab antiquis dicebatur,teste Festo,qui postea centurio appellatus est.

CENTVRIPE,es,siue Centuripæ,arum,κεντορυπίναι. Ptolemæi oppidũ est Siciliæ sub Aethna monte.Hinc Cẽturipini populi.Plin.li.3.c.8.

CENTVSSIS,m.3.pecuniæ genus fuit apud Romanos,centum asses valens Persius:Et centum Græcos curto centusse licetur.

CEPÆA,f.1.Plin.herba est similis portulacæ,nigriore radice.

†CEPHALALGIA,κεφαλαλγία.generale nomen est ad omnes capitis dolores,continetque sub se Hemicraniã Cephaleã,& similes.]

CEPHALAS,promontorium, maioris Syrtis initium Strab.

CEPHALEDIVM,n.2.oppidum Siciliæ.

CEPHALOTOMI,m.1.populi Colchicæ regionis.

CEPHALEA,f.1.κεφαλαία.dimanus,& inueteratus capitis dolor.Plin. lib.20.cap.13.& celsus.

CEPHALENE,[*Cefalonia*]κεφαλληνία,vel Cephalenia, insula Ionij maris,a Cephalo Amphytrionis socio,vel a Cephalo Deionei filio dicta.Strabo.10.Hinc populi Cephalenes.

CEPHALVS,m.a.κεφαλός.piscis est in metu caput occultans, totum se absconditum existimans: hic dictus a capitis magnitudine. Hinc Cephaleus,a,um.Luc.li.2.Sat. Thynnia venientibus prima Dabo, cephalcamq; carnem.Gel.lib.10.c.20.

CEPHENES,m.3.[*Galauroni*]recentes fœcundum fetus.Plin.li.11.c.16.Cepheues item fuerunt Asiæ populi,qui postea a Perse,Iouis,& Andromedes filio Perse appellati sunt.Herod.lib.7.

CEPHEVS,m.2.κηφεύς.teste Ouid.4.thiopum rex,Andromedæ pater, quam Perseus vxorem duxit. Hic postea cum vxore,& Andromeda filia,& genero Perseo,in cælum translatus dicitur. Ortus Cepheus in 15.parte Capricorni.Cepheius,a,um.Ouid.4.Met.

†CEPHISIA,κηφισία.Attica regio,sic dicta à Cephiso amne. Idem Cephisia tota est Atticæ.Plin.lib.6.c.7.]

CEPHISVS,m.2.p.p.κηφισός.fluuius per Bœotiam fluẽs.Cephisi aqua fœdicas dicit Luc.lib.3.ob Thiamidis oraculi vitium,a quo Deucalioni & Pyrrhæ ratio offensa est,qua genus humanum posset reparari.vnde Cephisi & Cephisia ora.apud Ouid.Pli.lib.4.c.7.

CEPHVS,m.2.animal est apud Aethiopes, pedes posteriores humanis pedibus,& priores hominis manibus similes habens.Plin.li.8.c.19.

CEPIONIDES,gemmæ crystallini nitoris.Plin.li.38.c.10.

CEPITES,f.3.siue Cepocapites,gemma candida est. Plin.li.37.c.10.

†CEPPHOS,auis ita leuis, vt quamcunq; in partem ventus flauerit, in eam auferat.Vnde Cepphicus,adiect.pro leui.Cic.ad Att.l.13.]

†CEPVRICA,κηπουρικά.Graeci appellãt,quæ nostri hortensia,nempe olera quæ in hortis seruntur.]

CERA,f.1.*Cera.*[*Wachs.*Ger.Vuachs.*Gal.cire.Hisp.cera.*]κηρός. Satis notæ significationis est, nempe illud,quod melle ex fauis expresso,remanet.Plin.l.21.c.14.Cera fit expressis fauis,sed ante purificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis ignibus,& in nouo fictili.Cera etiam veteres,ante inuentum papyri vsum,pugillares tuos obducere solebant;vnde etiam pro epistolis,& pugillaribus positum inuenitur. Iun.Nonne libet medio cera implere capaces Quadriuios?Hinc illæ loquẽdi formulæ:In prima cera,In secũda cera,Intra cera,& Extrema cera.Romani enim suum testamẽtum in tabulis ceratis perscribebant.Suet.in Cæs.Q.Pedium exquadrãte hæredẽ instituit,reliquos in intra cera;hoc est,in vltima parte testamenti.Inter ceras optima creditur Punica candidissima.

CERVLA,læ,f.1.dim.Cic.ad Att.lib.16.

CERACHATES,gemma ex achatę generibus.Plin.lib.37.c.10.

CERAMICVS,m.2.κεραμεικός.Cariæ sinus est,non longè ab Halicarnasso nobilissima vrbe. Pomp.li.1 & Pl.li.5.c.29.Ceramici nẽ duo fuerunt Athenis, de quib.Suid.scribit his verbis:Athenis Ceramici,loci duo erant,vnus in ciuitate,alter extra ciuitatem,in quo qui in bello cecidissent,publico sumptu sepeliebantur,funebriq; oratione ornabantur:qui vero in vrbe erat,locus erat,& certa,constituta; sedes meretricibus.Fuit præterea Ceramicus,Atticæ regionis locus præaltus,eodem Suida auctore,in quo lampadum certamina peragebantur;vnde prouerbium:Lampadẽ tibi cursu trado.

CERAMITES,gemma est testæ colorem habens,vnde & nomen accepit;nam κέραμος,testam sonat.Pl.lib.37.c.10.

CERARIVM,n.2.apud Cicer.5.Ver.Videtur accipi pro eo,quod cerę nomine penditur.

*CERASTÆ,f.2.insulę sunt in latere Arabiæ, inter Syenen, quę est in fine Aethiopię.

CERASTES,cerastæ,genus serpentis,quod teste Pl.li.8.c.23.quadrigemina cornua gerit,simillima arietum,vnde & nomen habet

CERASTIS,f.2.dicta Cyprus, quod procuruentibus promontorijs, velut in scitis cornibus assurgat. Steph.

CERASVS,si.pe.c.f.3.*cirerio arbore.*Ger.Ein kirsbaum.*Gal.cerisier. Hisp.cerese,arbol conocido.*]κερασός.arbor nota,a Cerasunte Ponti ciuitate

ritate ſic dicta, quàm cum Lucullus deleuiſſet, inde illam Roma tranſtulit, & a ciuitate Cerasũ appellauit. Sane arbor Cerasus dicitur, fructus verò Cerasum. Ouid. de Nuce: Audiat hæc cerasus, ſtipes inanis erit. Dicitur & Cerasum pro arbore. Colu. Cerasa, & Amygdalæ, quæ prime florent, poſſunt inſeri commodè.

CERASVS, ſuntis. κερασοῦς. vrbs Ponti, a Lucullo expugnata: vnde Cerasa primum in Italiam translata ſunt.

CERATHVS, m. 2. fluuius Cretæ, Gnoſſium vrbem preterlabens: a quo & Gnoſſus ipſa aliquãdo Cerathus vocata, teſte Strab. lib. 10. Hinc Ceratheus, a, um. Virg. in Cyri.

†CERATINAE. κερατίναι. apud Quint. vocantur argumentationes quædam ſophiſticæ inexplicabiles, quæ a Latinis etiam argumenta cornuta vocantur.]

CERATVM, n. 2. ſiue Cerotũ, [*Cerato*. Ger. Ein pflaſter von wachſſ gemacht. *Gal. cerot. Hiſp. Ciroto*,] κηρωτὸν. malagmatis genus, qđ vulneribus ſolet ſuperimponi. Dictum videtur a cera, quæ ferè omnibus ceratis additur ſolet. Plin. lib. 13. c. 22.

CERAVNIA, n. 2. ſiue Ceraunij. κεραύνια. mõtes ſunt Epiri, ĩ mare vſq. extẽſi, ἀπὸ τῶν κεραυνῶν. i. a fulminibus, quibus ſæpè impelluntur. Ouid. 2. de Pont. Ele. 6. Cum poteram recto tranſire Ceraunia velo. Pro iiſdem etiam Acroceraunia, vel Acroceraunios montes dicimus. Hor. lib. 1. Car. Ode 3. Infames ſcopulos Acroceraunia. Pli. in proem. lib. 4. Sunt & Ceraunij montes in Aſia, in Caſpium Pelagus obuerſi. Pomp. lib. 1. Quin & Taurus mons in vniuerſum Ceraunius appellatus, teſte Plin. lib. 5. c. 27.

CERBERVS, m. 2. p. c. [*Cerbero*] κέρβερος. a Poetis fingitur eſſe canis tricipes, inferorum cuſtos: quem ab Hercule catena ab inferis tractũ eſſe ijdem fabulantur. Mythologici tetram interpretãtur, dictũq; volunt cerberũ, quaſi κρεοβόρον, hoc eſt, carnem vorantẽ, q; terræ proprium eſt, quæ ſibi credita corpora omnia conſumit. Alij ſerpẽtem fuiſſe volunt in Tænaro Laconiæ promontorio, cuius veneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tænaro ad inferos dicitur eſſe aditus, Diis canẽ dixerũt, quem cũ Hercules trucidaſſet, fiata eſt fabula, canem tricipitem interemiſſe: quãquã hoc alij ad virtutem eius, & animi magnitudinem malint referre, qua omnes cupiditates, & cuncta vitia terrena contempſit, ac domuit. Cerberus etiam dictus eſt canis Alexãdri Epirotæ, leonibus cõgrediens.

*CERCASI, m. 2. Ægypti populi. Herod. lib. 2.

*CERCETAE, m. 1. populi ad Pontum Euxinum. Plin. l. 6. c. 5.

*CERCETI, m. 2. montes Theſſaliæ. Plin. lib. 4. c. 8.

*CERCINA, ſ. 1. inſula maris Libyci, & vrbs.

CERCVS, m. 2. qui & Circius dicitur, vẽtus eſt violentiſſimus, Galliæ Narbonenſi peculiaris. Gel. lib. 2. c. 22. & Pli. lib. 2. c. 47.

†CERCOPA, Græci appellant lucri vndique capiẽtem, quaſi κερδώνα, quem & nos Lucrionem vocamus.]

CERCOPITHECVS, m. 2. p. p. *Gatto mamone*. Ger. Koph. 6. Ein meerkatz. *G. Vn marmot, vne eſpece de ſinge ayant queue. Hiſ. Gattopano*,] κερκοπίθηκος. ex κέρκος, cauda, & πίθηκος. ſimia, quaſi ſimia caudata, q̃ *Mammonem* vulgo dicimus. Pl. li. 8. Cercopitheci nigri capitibus, pilo aſinino. Mart. lib. 13. Si mihi cauda foret cercopithecus eram.

CERCYRA, ſ. 1. κέρκυρα. inſula eſt maris Ionij, q̃ a Latinis littera vna immutata Corcyra dr, vulgo *Corfu*, Venetorum imperio ſubdita.

CERDONES m. 3. [*Artefici vili che ſolamẽte attẽdono al guadagno*, Ger. omen חרש charaſch. Ge. Der vnfletige hãdtwercк treibt vmb gewinns willen. *Gal. Cordonnier, ſauetier ou cuyoyer, artiſan. Hiſp. Oficial de alguna arte de ganancia*] κερδαλέοι. artifices ſordidi, & qui antes illiberales quæſtus gratia exercent, quales ſunt ſutores veterũ calceorũ, qui a Suet. Veteramentarij appellantur. Mar. l. 3. Vt velles corio ludere cerdo tuo. Cic. 1. de Nat. Deo. Ca tmẽ Pythagorei ferũt cuiuſdã fuiſſe cerdonis. Dicti aũt sũt Cerdones, a Græco κέρδος, quod lucrũ ſignificat: vnde & Lucriones a Latinis appellantur.

CEREALIS, le. o. 3. [*Ciò che ſ'appartiene a cerere*] quod ad Ceremem pertinet: vnde Cereales ædiles, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant. Cereales ludi, in honorẽ Cereris facti. Liu. lib. 30. Cænæ cerealis. Plau. Men. Cereale papauer. Virg. Geo. Vbi Serũ. Cereale papauer, vel quod eſt eſui, ſicut frumentum: vel quod eo Ceres vſa eſt ad obliuionem doloris.

CEREALIA, orum, [*Sacrificio di cerere*] ἡμέτερα. ſacra Cereris a Triptolemo inſtituta: quę tanta religione celebrabantur, vt feriæ poſſe putę crederentur, ſi quis eo tempore cum vxore concubuiſſet. Præterea in ſacrificijs Cereris vinum non adhibebatur. Vnde Plaut. in Aul. iocandi anſam ſumpſit. Megadorum Cereri nuptias eſſe fa turum, quod nihil vini ad nuptias eſſet allatum.

CEREBELLVM, n. 2. ἐγκέφαλον. Pl. lib. 29. c. 5. Morſus a cane rabido, ne rabioſi fiant, cerebello gallinaceo occurritur. Medici cerebelli nomine intelligunt poſteriorem cerebri partem.

CEREBRVM, n. 2. [*Cerucllo* מוח. muach. Ger. Das hirn. *Gal. cerueau, ou cerueille. Hiſp. Meollo de la cabeça*] ἐγκέφαλος. inquit Pl. eſt viſcerum excellentiſſimum, proximumq; cœlo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. Hic habet ſenſus arcem, hic culmen altiſſimum, hic mentis eſt regimen. Cic. 1. Tuſ. Alijs pars quædam cerebri viſa eſt animi principatum tenere; alijs nec cor ipſum placet, nec cerebri quamdam partem eſſe animum.

CEREBROSVS, o. 1. 2. [*Cerucllino, irãcõdo*, שפר חמה שפיון ראש ורוח רעשה kefeheli, horch. Ger. Blatterkopff zornig. *Gal. cerueliniex, fort cholere, euertueux, obſtiné; & rigoureux. Hiſp. Loco como ſin meollo*] κεφαλόβαρις, qui vitio cerebri præceps fertur in iram. Hor. li. 1. Ser. Cerebroſus proſilit vnus. Dicitur & de brutis. Col. lib. 2. Noxium eſt bobus, quos pabulo ſuo cerebroſos reddit.

CERES, ſ. 3. [*Cerere*. Ger. Die goettin des getreids,] δημήτηρ. Dea frugũ putabatur, a creando dicta. Saturni & Opis filia, quæ peculiari epitheto. Alma dicitur, quia nos alit; vel (vt Cic. lib. 4. de Natura Deor. ſcribit) dicta eſt, tanquam gerens, a gerendis frugibus, caſa prima littera immutata. Hæc quandoque Luna dicitur,] *Iuno*.] ſicut Liber pro Sole ponitur. Vir. lib. 1. Geor. Vos ô clariſſima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum; Liber & alma Ceres. Ponitur interdum ceres pro ipſo pane, [*Pane*] ſicut Liber pro vino. Teren. Eun. Sine Cerere & Bacchо friget Venus. Cereri ſacrificãt dici ſolitum, ſi quando in conuiuio deeſſet vinum, propterea quod in huius ſacris nefas eſſet inferre vinum. Plaut. in Aul.

CEREVS, a, um, o. 1. 2. [*De cera*. Ger. Vuachſin, das von wachs gemacht iſt. *Gal. De cire, fait de cire, ou de couleur de cire. Hiſ. coſa hecha de cera, o de color de cera*,] κήρινος, ex cera. Cic. 3. de Nat. Deor. Si omnis cera commutabilis eſſet, nihil eſſet cereum, quod commutari non poſſet. Sumitur quãdoq; pro molli, facili, & flexibili, [*Facile*] Horat. Cereus in vitium flecti. Item pro flauo, [*Giallo*.] Vir. 2. Ecl. Addam cerea pruna, a cerę videlicet colore. Inde ficedulę pingues ab Accio cereæ vocantur, translucente nimirum percutera, flaua pinguedine. Quandoq; pro vncto, [*Vnto*] Mart. Cerea ſi pendet lumbis, & trita lacerna.

CEREVS, m. 2. [*Cereo torzo*. Ge. Vuachſikertz. *Gal. Vn cierge, ou chãdelle de cire, torche. Hiſ. Sirio*,] κηρὸς. eſt funale, vel cãdela ex cera cõfecta. Mart. Hic tibi nocturnos præſtabit cereus ignes. Ci. Oſſi.

CERIA, æ. f. 1. potionis genus ex frugibus confectum. Pli. lib. 18. c. 15.

CERINTHE, es, vel Cerinthe, es. f. 1. κηρίνθη genus herbæ, mellis cum cera mixti ſaporem habens. Virg. 4. Georg. Cerinthæ ignobile gramen. Dicitur & Cerinthus, & à Diphe. Cerãthe, ab Ariſt. Erithace. Vulgo eam vocato ſolõt *Carbinam*, in Hetruria præſertim, & Liguria, quia flatu Africi naſci creditur, quem, vt inquit Vitruuius, carbam nautæ, vel Carbinum cognominant.

CERINVS, a, um. o. 1. 2. [*Simile alla cera*. Germ. Das dem wachs gleich iſt. *Gal. Reſemblant à cire, de couleur de cire. Hiſp. coſa ſemeiante alla cera*,] cerę ſimile: vt, Cerinus color. Plin. Laudatio cerina, atque purpurea. Cerini ſmaragdi, apud eũdem lib. 37. c. 5. Plaut. in Epidi. Plumatile, aut cerinum, ſubintellige veſtimentum.

CERION, vlceris genus, achoribus ſimile. Pli. lib. 20. ca. 2. Sanat vlcera concreta in modum faui, quem Cerion appellant. Idem lib. 23. c. 7.

CERITES, p. princípium gemma eſt cerei coloris. Pli. lib. 37. c. 10.

CERITVS, p. p. quaſi Ceretitus: nam in Cereris ſacris furore corripiebãtur. Hora. in Ser. Cerinus fuit, aut commotæ crimine mentis, id eſt, inſanus, & furioſus. Plau. in Amph. Tu certè laureatus es, aut Cerinus. Idem: Iube hanc pro Cerinacì circumferri.

CERNETANI, m. 2. qui & Mariani dicti, Italiæ populi iuxta Cafinum, & Bouillas: ita dicti a Cernoto oppido, cuius meminit Pli. li. 3. c. 5.

CERNO, is, creui, cretum. a. 3. [*Vedere*, ראה raah. Germ. Sehen, ſpiegen. *Gal. Voir, regarder. Hiſ. Mirar, ò ver con los ojos*] βλέπω. video. Virg. 3. Aene. Cernimus aſtantes nequicquam lumine torui Aetnæos fratres. Transfertur & ad ſenſus interiores, vt idẽ ſit, qđ animaduertere, ſiue conſiderare [*Conſiderare, accuggerſi*.] Cic. li. 3. epiſt. Cerno iam animo quanto, omnia vberiora futura ſint. Quandoque iudicare, ſtatuere, deliberare, [*Giudicare, deliberare*.] Cic. de Leg. Quotcunq; Senatus creuerit, populus iuſſerit, tot ſunto. Lucil. Poſtquàm præſidium caſtris educere creuit. Quandoq; diuidere, ſecernere, cribrare, [*Criuellare*] quod & Incernere dicitur, vnde & Incernicula, cribra. [*Criuello*] vocamus. Plin. lib. 18. c. 11. Rurſus quæ trãſiit; arctiore cernitur. Vnde & crines dicti ſunt, quod ſint diſcreti. Quãdoq; dimicare, [*Combattere*.] Plau. Pro patria Amphitryo dii cernit. Quandoq; adire; vnde cernere hæreditatem filij patentũ dicti. Cic. ad Dolabellam: A te peto, vt me hanc quaſi falſam hæreditatem aliena glorię ſinas cernere. Cretio, onis, ſolemnitas, quę adhibebatur in adeundis hæreditatibus. Cic. ad Att. li. 11. Gaſleonis hæreditatem creui: puto enim cretionem fuiſſe ſimplicem. Var. 5. de Lin. Lat. Faci to videant te hæredem: itaq; in cretione adhibere iubẽt teſtes. Theodoſius Imp. l. 6. Cũtu. de iure deli. cretionũ ſcrupuloſã ſolẽnitatẽ hac lege penitus amputare decreuimus.

CERNVVS, a, um, o. 1. 2. [*chino, inclinato*. Ge. Nider gebogen, Bogech tig. *Ga. Pẽchant, enclinè, vers la terre. Hiſ. El que mira de cabeça la tierra*] κατηκενός. propriè inclinatus, quaſi qui terram cernat. Virg. li. 10. Erectoq; incumbit cernuus arnis. Vbi Seruius, Cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem, quaſi in eam partem, qua cernimus.

CEROFERARIVM, n. 2. inſtrumentum, quo Cereus, hixus cõtinetur: vnde illud in Decr. diſtinctio. 23. Acolythus accipiat ceroferarium cum cereo.

CERO, as, a, um. 1. [*Incerare*. Ge. Verwechſen, mit wachs vberziehen. *Ga. cirer, encirer, enduire, ou couurir de cire. Hiſ. Encerar*,] κηρόω. cerã ob ducũ. Col. lib. 12. ca. 40. Sexta oliuitate dolia ceranda oportebit, anti

qui dixerunt. Hinc tabulæ ceratæ dicebantur, cera superinductæ.
† Vnde & ceratura, Ceratio, pro obductione ceræ, κήρωσις. Et compos. Inceruare. Iuuen. Genua incerate deorum.]

CEROMA, n. 2. κήρωμα. oleū, quo se athletæ perungere solent, adhibito quodam terræ genere. Cels. lib. 4. c. 26. vocat τερτον.

CEROSVS, a, um, o. 1. 2. [*che ha della cera mescolata*] κηρώδης. quod ceram admixtā habet; vnde Mel cerosum, nondum satis expurgatū. Pli.

CEROMATICVS, a, um. ceromate perunctum. Iuu. Sat. 3.

CEROSTROTVM, pe. p. n. 2. [*Tarsia, intarsiamento,*] a κῆρος, cornu, & στρωτὸς, stratus; picturæ genus, cum ex cornibus ramenta rumpūtur variis coloribus, deinde vermiculatim ligno inseruntur. Pli. lib. 1. Nunc tincta, nunc sublita, nunc quæ cerostrata, a picturæ genere dicuntur. Propriè tamen dicuntur Ceroſtrata, cornibus strata, vt lithoſtrota, lapidibus strata.

CERREVS, a, um, o. 1. 2. vt Cerrea glans. Pli. lib. 16. c. 6.

CERRINVS, a, um, o. 1. 2. vt Cerrinus calyx. Pli. lib 3. c. 10.

CERRVS, [*cerro,*] κῆρυς. Arboris glandiferæ species est, cuius glande suilla caro firmior redditur. Pli. lib. 16. c. 6.

CERTAMEN, n. 3. [*Battaglia, abbattimento, cõtrasto,* מלחמה milchamah. Ger. Streit, xampff. *Gal. Debat, cõbat, estrif. Hisp. Telea contẽcion, y porfia.*] ἀγών. conflictus qui fit inter duos aut plures. Quidtion, 10. Met. Ea lex certaminis esto. Interdum res ipsa, de qua certatur, scilicet vter columbā sagitta feriat, vter prior decurrat ad metas. Vir. 2. Geor. Velocis iaculi certamina ponit in Vimo Graia certamina celebratissima hæc fuerūt, Olympia, Pythia, Isthmia, & Nemea. Certamē significat etiam priuatam contentionem [*cõtesa,*] Sall. Diu magnum inter mortales certamen fuit. Certamen, prælium. Cic. 4. de Finib. Magnū, & difficile certamen. Plan. Cic. Ipse a certamine belli tam necessarij me remouissem.

CERTATIM, adu. [*A gara.* Ge. Mit streit, in kampff weis. *Gal. A l'envi l'vn de l'autre, a qui mieux mieux. Hisp. concentiosa y porfiadamẽte,* cum certamine, & æmulatione. Vir. li. 8. Tunc lecti iuuenes certatim, atque sacerdos Viscera tosta ferunt taurorum.

CERTATIO, onis, f. 3. *contesa,* מריבה meribah [מחלוקת] madhon. Ger. Das streitē oder xēpffen. διαφορὰ. actus, contentioq; certātiū. Cic. 2. de Leg. Quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat,

CERTATVS, us, ui, m. 4. [*contesa,*] nomen idem qd certamen. Stat. li. 2. Sil. Ridetque benigna Parthenope gentile, sacrum, nudosque virorum Certatus, & parua suæ limulachra coronæ.

CERTE, [*Certamente,* אמנם amnam. Ge. Vuarlich, ja, fur wahr, eigētlich. *Gal. Certainemẽt, assauremẽte, sans doute. Hisp. certamẽte,*] vt *diu*, aduer. affirmantis. Cic. 3. de Fin. Satis ne hoc conclusum videtur? certè. Interdum idem quod certò, clarè, & manifestè. [*Manifestamente.*] Cic. Q. Fr. certè enim scio, te fecisse cum causſa.

CERTO, [*Certamẽte,* בהחלט behemmah. Ge. Gewißlich, ohn alles fehlen,] σφόδρα. Ter. Eun. Hoc certò scio, Rhamnusium se esse aiebat.

CERTISSO, as, n. 1. certus sio. Pacuuius apud Non. Vocant cocus, vnde certissent.

† CERTITVDO, à Certus, ἀτρεσία. [*Certezza*] sine etiam Incertitudo, notæ significationis.]

CERTO, as, n. 1. [*Contendere, combattere,* נלחם rab mā] nitsah. G. Streiten, xempffen. *Gal. Debattre auec quelqu'vn, cõbattre. Hisp. contender y pelear,* ἀγωνίζεσθαι. aliquando rei bellicę conuenit, pro pugna, seu prælio. Tac. lib. 21. Missus in eos eques cum expeditis cohortibus ambigue certauit. Aliquando est omni re contendo; & tam in bonam partem, quàm in malam accipitur. Cum ablatiuo. Ter. Bene dictis si certasset, audisset bene. Cū ablatiuo & præpositione De, Liu. Antemni atque Ardeates de ambigua agro cum sæpè bello certassent. Cum præpositione Cum. Sall. Iaculari, cursu cū equitibus certare. Cum prepositione Inter. Cic. Reliquum est, vt cum istis certemus inter nos. Et cum aduerbijs mecum, tecum, secum. Pli. iun.

CERTVS, a, um, o. 1. 2. non dubius, non incertus, compertus, notus, exploratus, minimè dubius, definitus, ratus, nihil habēs dubitationis clarus, spicat*, apertus: à cerno, pro video, qa ea q̄ videmus, certa sunt, [*Certo, chiaro,* ברור iadhuach ונאמן neeman. G. Gewiß. *Gal. certain & asseure. Hisp. cierto ne dudoso claro,* σάφα. Pla. Mer. Iubet scire me ex hoc, vt sim certus meus. Interdum certus, qui non errauit, Mar. O quàm certa fuit librato dextera ferro? Interdum discretus, ἀφορισμένος. Hinc certos, [*Alcuni*] ferè plurali numero dicimus, pro eo qd est Quosdā, quasi a ceteris discretos. Ci. Iscum certis aliis ad Cæsarē missus, paulo ante discesserat. Sal. Apud Iuuen. certos locauit. Et certum dicimus deliberatum. [*Deliberato fermo.*] Vir. in Gallo: Certū est, in siluis inter spelæa ferarū Mollie pati. Hinc Certior, & certius cōparatiuo, pro exploratiore, & pertiore. Sen. in Hippol. Loquens de cupidine: Figit sagitta certior missa puer. Facere certiorē, est indicare, *Fare sapere, scriuere che.* Cic. 6. Ver. Certiorem te faciunt, Africanum Carthagine deleta, &c. Pla. in Casi. Fac me certiorem, quid meus vir me velit. Teren. in Phor. Quantum potes me certiorem face.

CERVARIVS, a, um, o. 1. 2. a cerno deductum: vnde Lupus ceruarius, dicta est fera lupi effigiē habēs, & panthera maculas, nomine, vepinor, a cerui na pernicitate imposito. Pli. li. 8. c. 22. Sunt in eo genere, qui ceruarij vocantur. Ceruarium venenum. Pli. li. 27. c. 4.

† CERVCHVS, p. p. [Cornuto] κερῶχος. Latinè dicitur cornulus, quasi κέρατα ἔχων. In nauibus Cerychi dicuntur rudentes antemnarum cornua firmantes. Flac. in Argon.]

CERVINVS, a, um, o. 1. 2. [*Di cerno.* Ge. Das zu den hirschen gehoert,] ἐλάφειος. ad cerui pertinet: vt Ceruinū cornu. Varr. 3. de re rust. Ceruinus color, qualis est pellis cerui, vel castaneæ. Palla. l. 4. c. 13.

CERVICALE, & cerucal, n. 3. [*Guanciale,* מראשות meraaſcoth. Ger. Ein hauptkussen. *Gal. Cheuet, ou trauersin coussin de lit, ou oreiller. Hisp. El almohada o cabezal para la cabeça,*] προσκεφάλαιον. id, quo dormientis caput, & ceruix innituntur. Iuu. conducit comites, sellam, cervical, amicas.

CERVICVLA, f, 1. Cic. 5. Verr. Tamen ne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum?

CERVISIA, f. 1. [*Cernoqua. G. Biet. Gal. cerue ze. Hi. cerueza.*] ζῦθος. potus ex aqua & frugibus confectus, & præcipuè ex hordeo maceſacto, & rursus clibanis siccato, addito lupi salictarij flore: quo pot' genere etiam hodie pleraque Galliæ, & Germaniæ loca, Britanniaq; vniuersa, vini inopiam supplent. Pli. li. 22. c. 25.

CERVIX, f. 3. [*Coppa. Gal. chignõ du col le col. Hisp. ceruiz del cuello.*] τράχηλος. posterior colli pars, quę ab occipitio incipit, & tēdit ad spinā. Antiqui (vt Quinct. ait) ceruices pluraliter dicebant, prim sq. Hortensius ceruice dixit. Cic. in Vat. Inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti. Cato: Si caput aut ceruices dolent, ea lotio calido lauato.

CERVSSA, p. p. f. 1. [*Biacca,* בדיל puch. Ger. Blewweiß. *Gal. De la cerusse fard. Hisp. El alvayalde.*] ψιμύθιον. plumbo in acuto aceto soluto cōparatur. Vitr. docet, quō fiat. Vide Gal. l. 9. Simpl. & Pl. li. 34. c. 8.

CERVSSATVS, a, um, [*Imbiaccare,*] vt, cerussata mulieres, quæ candoris comparandi gratia cerussa vtuntur. Mar. li. 2. cerussata turget Sebella Solem. Cerussata cutis, cerussatæ buccæ. Mar. li. 7. Cic. in Pis.

† CERVVS, ui. m. 2. [Cerui. Germ. Hirschen. *Gal. cerf. Hisp. ciervos.*] ἔλαφος. Animalia satis nota, ita dicta, quod magna cornua gerant, quasi gerui. Vel κέρατα κεράτων a cornibus. Plin. lib 8. c. 32. Cerui etiam dicantur furcæ, quæ ad calx sustentationem figuntur, ad similitudinem cornuum cervorum. Virg. Eclog. 2. Atq; humiles habitare casas, & fingere ceruos. Cerua, feminin.]

† CERVX, κῆρυξ. Latinè praco & caduceator. Senec. ad Seren.]

CESENA, f. 1. oppidum Picēni non procul a Cisterna. Pli. lib. 3. c. 15.

CESSATIO, nis, verbale, f. 3. [*Indugio,* שבת ichebeth משבית maſchbath. G. Aufhoerung, muessiggang. *Gal. Relasche, oyseuete, laschete. Hisp. Tardanza.*] διάλειψις. Cic. 1. de Nat. Deor. Epicurus nihil cessatione melius existimat.

CESSATOR, oris, m. 3. [*Indugiatore, ocioso.*] משבית meacher. G. Seumig müessig, der etwas zuthun aufgehoert hat,] διατριπτής. otiosus & cessator, & nihil agit. Cic. Pæto, l. 9. Non quod cessator esse soleterm.

CESSATVS, a, ū, part. sine verbi origine. o. 1. 2. vt Regnatus, & similia, nam regnor, aut cessor nō dicimus. Hic cessata arua, i. neglecta, & non culta. Ou. 4. Fast. Largaq; proueniat cessatis messis in annis.

CESSIM ire, [*Ritirarsi, tornar indietro,*] ἀναχωρῶ. significat regredi re cedere. Iust. lib. 2. Ite cessum, inhibete remos. Et apud legum cōsultos citu, ad l. Aquiliam, Incertum superius plaustrū cessim ire cæpit. Fit autem a cedo.

CESSIO, onis, f. 3. est iuris nostri in aliū trāsfusio. Ci. in Top. Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio nexu, aut in iure cessio.

CESSO, as. [*cessare, fermarsi,* חדל chadal שבת schachat בטל batal אחר echar. G. Aufhoerē, ablassen. *Gal. Cesser, estre tardif. Hisp. cessar, tardarse, o absteners,*] ἀργέω. ablatiuo, abscedere vado. Vir. 7. Ecl. Et si quid cessare potes, requiescere sub umbra. i. (quæ Seruius, si potes bene otium nihil cessandum. Dicimus autē cessare in re aliqua, & cessare a re, [*Lasciare e*] Ci. Nec; vir quam in suo studio, atq; opere cessauit. Liu. Nec ex quo castris castra cessata sunt, cessatum a letumbus præliis est. Item Cessare, *Tardare,* tardare, remorari, diutius immorati in re aliqua faciendā, & eam negligentius agere. Vir. 6. Aen. cessas in vota precesque videt, qui dictes in vota faciendā? Teren. in Eunu. Paululū si cessasset, Pythia, domum non offendisset. Ci. de Nat. Deor. Cū verò pro detinere, vel finem facere ponatur, habet aliam secū infinitiuum. Cic. ad Q. Fr. Si se immunes vexare cœperint, ne cessaris me certiorem facere, vt accurram. Ter. And. cessas alloqui. Et in Phor. Abi nunc, vbi tot simultias nunquam cessant hodie dicere. Hinc concello. Ian. a. Pan. Postquam arcera est, nunquam concellauimus lauarijsue fracari.

CESTICILLVS, m. 2. auctore Festo, circulus est, quem mulieres imponunt capiti, quo commodius onera ferant.

CESTREVS, duabus tantum syllabis, m. 2. κεστρεύς. piscis genus, qui & capitalus, & Mugil vocatur. Vide Cœl. Rhod. lib. 27. c. 4.

† CESTRVM, i. n. 2. κέστρον. Instrumentum quo cauamus ebur. Suidas putat esse genus teli. Perſico bello muenu. Latini uiriculum appellant. Iul. Pollux, pro stimulo seu stylo accepit.]

CETARIA, arum. f. 1. loca iuxta mare, ita genuntur lacus, in quibus thynni, & alij huiusmodi pisces capiuntur, & salsamentur. Pl. li. 27. c. 5.

CETARIVS, m. 2. κητοθήρας. qui cetos, hoc est, marinos pisces insectatus capit, aut vendit. Col. lib. 8. Salsamentarum omnium purgamenta, quæ cetariorum officinis euerruntur. Ci. 1 Off. cetarij, lanij, coqui.

CETRA, træ. f. 1. scutum breue lorisque vsus Afri, & Hispani. Vir. 7. Æn.

Aen. Latus cetra tegit. Liu. l. 1. Bel. Plin. Hispani cetris superpositis incubantes, flumen transiere. Hinc cetrati, dicti milites cetris muniti, quos peltastas vocant. Hircius Bel. Ciu. l. 1. Erat cetrate ulterioris Hispaniæ cohortes circiter octogita. Li. l. 1. Bel. Maced.

CETVS, m. 2. κῆτος. nomen maioribus omnibus ma nis piscib. commune, in præsertim, qui animal pariunt, non ouũ: cuiusmodi sunt balenę, orcę, ptiles, thynni, & similes. Vnde cetarii appellantur, testè Nonio quoq; maiores in thatti pisces capiunt. Pli. li. 32. c. 1. cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ inuasse tradit Iuba. Dicimus & cete, plurali tantũ numero, nulla casuum inflexione. Vir. 5. Aen. Immania cete. Cic. de Nat. Deor Properans subiungere cetis.

CEV, [*Comme, ou chem. G. Gleich, als, eben, wie. G. Bomme, quasi tout ainsi, que. Hisp. Assi, conzo,*] οἷον. tamquam, vel quasi: magisque est poetarum, quam oratorum, sed quo multi, & præsertim Plin. vtuntur. Virg. 1. Aen. Aduersi rupto ceu quodam turbine venti Confligunt. Pli. lib. 8. c. 16. Incremento terga, ceu quodam incitamento elegellantur.

CEVERE, est clunes mouere, vt in re veterea, & propriè de marib. dicitur; cuiusmodi verò de mulieribus. Persius: An Romule ceues?

CHANTEH

CHAA, f. 1. Peloponnesi vrbs, Lepræo proxima.

CHASSA, f. 1. vicus Aegypti, apud Strab.

CHABARENI, m. 2. populi Scythici.

CHABRIA, f. 1. vicus Aegypti, ea parte, quæ est Arabiæ confinis.

CHADISIA, fluuius, & oppidum Cappadociæ.

CHÆRONEA, æ, f. 1. χαιρώνεια, vicus Bœotię. Plutarchi patria. Pli. l. 4. c. 4.

CHÆROPHYLLON herba pastinacæ erraticæ, siue dauci folio, radicula candicante, subamara. Veteres Gingidion appellarunt: nam chęrophylli nomen recentius est, a comæ luxuria, & aspectus iucũditate impositum. Hodie vulgus herbariorum chærefolium appellant, Græci, & Latina voce in vnam coalescentibus.

CHALASIS, χάλασις. à Medicis appellatur laxatio articulorum, cũ scilicet ex nimio labore, lassitudine, aliaue causa euenit, vt laxatis vinculis membrum excidat.]

† CHALASSIS, Tunicæ genus, quod à Græcis χάλασσα vocatur, a laxitate. Vel, vt quidam volunt, nodus tunicę muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica submittitur.]

† CHALAZA, χάλαζα. [Natu] collectio sub cute & bubone, & fabę Aegyptiæ similis, dolorem tacta afferens. Latinis Grando dicitur.]

† CHALAZIAS, ου. χαλάζιας. Gemma, quę grandinum colorem habet, & figuram. Plin. l. 37. c. 11.]

† CHALAZION, χαλάζιον. Tuberculum est in oculorum palpebris, nõ dissimile illi quod à Græcis κριθὴ appellatur, diuersæ tamen figuræ, & mobile, si huc illuc pellatur. vide Galen. 14. Method.]

CHALCANTHVM, χάλκανθον. [Vitriole] Corpus est metallicũ, quod à Latinis atramentum sutorium dicitur. Vulgo à vitri similitudine vitriolum nominant.]

CHALCEDON, f. 3. χαλκηδὼν. vrbs Bithyniæ, iuxta Bosphorũ Thraciũ ex opposito Byzantij. Hanc Megarenses condidere, cęci iccirco appellati, quod non potiùs oppositum litus elegissent, in quo postea conditum est Byzantium, tantò feliciore modis omnibus sede.

CHALCIS, idis, f. 3. χαλκὶς. serpẽtis genus è genere lacertarũ, quasdã æstei coloris lineas in tergo habens: vnde & nomen habet. Pl. lib. 31. c. 3. Est & Chalcis Homero, auis nocturna, ex genere accipitrũ bellũ internecinum cum aquila gerens. Plin. lib. 10. ca. 8. Cymnidin vocat. Est & mhalcis piscis. Plin. lib. 12. c. 11.

CHALCIS, dis, f. 3. [*Negropõte*, χαλκὶς. Eubœæ vrbs ęquipara, ab Culide: Bœotiæ portu, exiguo euripo diuisa, vetus Atheniensium colonia, ita dicta, (si Steph. credimus) a Chalcidæ filia Cesopi: aut certè, quòd æraria fabricæ ibi primùm fuerint repertæ. Est & alia Chalcis, agri Corinthij oppidum. Tertia Ætoliæ, Archeloo fluuio irrigata. Quarta Syriæ, a Monico Arabe condita. Sũt & aliæ eiusdem nominis vrbes, quæ enumerantur a Steph. A Chalcis, chalcidicus, a, ũ. Vir. Aen. Thalcidicaque leuis tandem superstitit arce.

† CHALCITIS, χαλκῖτις. corpus metallicum, medię inter μίσυ & σῦριν substantiæ, illo crassior, hoc tenuior. Dicta Chalcitis, tum quod ad æris colorem accedat, tum quod ea æs augeatur.]

† CHALCVS. Exiguum pondus erat apud Atticos, quod decies sumptũ obolum conficiebat.

† CHALDÆA, æ. Regio ad orientem Iudææ, Arabię contermina, plana, fontium indiga, in qua est Babylon ciuitas magna.]

CHALDÆI, m. 2. a Cicerone nominantur, non vt natio significetur, sed vt omnes ex sideribus futura prædicentes, siue Chaldæi sint, siue ex alio quouis populo: id ob eam causam, quod astrologiam, astrologicamque diuinationem Chaldei primi deuerint. Exẽplum hîc de Fato, in Tusc. 1. li. 2. de Diu. & apud Valer. Inde χαλδαΐζειν, pro in arte diuinandi operam ponere.

CHALYBES, m. 3. pop. in Ponto, iuxta Thermodontem fluuium, qui & Alizones Homero dicti sunt, & postea Chaldæi, teste Str. li. 12. Hi ferrum nudi effodiunt, dicente Virg. At chalybes nudi ferrũ. Ponitur tamen quandoque Chalybs pro ipsa ferri materia. [*Ferro, acciaio.*] Vi. 8. Aen. Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit.

Est & chalybs fluuius in Hispania, in quo ferrum optime temperatur, iuxta quem & chalybas populos collocat Iust. l. 44. vlt.

CHAMÆCERASI, m. 2. ex cerasorũ genere humillimus. Pli. l. 15. c. 24.

† CHAMÆCYPARISSOS, χαμαικυπάρισσος. Herba, quę ex vino pota, ũtra venena serpentium & scorpionum pollet. Plin. lib. 24. c. 15.]

† CHAMÆCISSVS. χαμαίκισσον. genus hederę, quæ nunquam à solo humo attollit.]

† CHAMÆDAPHNE, χαμαιδάφνη. Herba in funiculi modum se porrigens, & vicina quæque vinciens, vnde etiam Vinca pernica appellatur. Plin. lib. 21. cap. 11.]

† CHAMÆDRYS, χαμαιδρύς. [Querciuola.] Herba, quæ Latinis Trissago dicitur vulgo Querciola, aut calamandrina, aut Scrimula. Plin. lib. 24. c. 15. Ruel. l. 3. c. 56.]

CHAMÆLÆA, f. 1. χαμαιλαία. herba, quæ similitudinem foliorũ oleę habet. Pli. lib. 25. c. 7. Multum infra hunc succum est, qui fit ex herba Chamælæa. Idem lib. 24. c. 15.

CHAMÆLEON, ontis, f. 3. χαμαιλέων. herba ex genere aculeatarum: ita dicta a varietate foliorum. Mutat enim cũ terra colorem, hic niger, illic viridis, alicubi cyaneus, alicubi croceus. Pli. li. 22. c. 23.

CHAMÆLEON, tis, m. 3. [*Camelcontre*] χαμαιλέων. quasi paruus leo, animal est diuersa varietate cõspersum, vt pardus, & ad colores quos videt conuersione facillima variatur. Nascitur in India, figura & magnitudine lacertæ, nisi quod crura habet recta, & excelsiora. Latera ventri iunguntur, vt piscibus, & spina simili modo. Eminet rostrum simile suillo, cauda prælonga in tenuitatem desinens, & implicans se viperinis orbibus, vngues adunci, motus tardior, vt in studini, asperum corpus, vt crocodilo, habet oculos corpori concolores, nunquam eos aperit, solus animalium, nec cibo, nec potu alitur, nec alio, quàm aeris ambiento: later hiemę, vt lacerta. Vide plura apud Plin. lib. 28. c. 8.

† CHAMÆLEVCE, χαμαιλεύκη. Herba, quæ Tussilago dicitur, nascitur circa fluuios. folio populi, sed ampliore. Plin. 24. c. 15. Vulgus vocat Vngulam caballinam, Barbari Populaginem, & Bechion.]

ANAMÆMELON, n. 2. [*Camemilla. G. Kamille. G. Herbe qu'on appelle camomille. Hisp. Manzanilla*] χαμαίμηλον. herba est vulgo nota, ab odore mali fic dicta, quæ alio nomine Anthemis appellatur. Medici recentiores chamomillam barbare vocant.

CHAMÆPEVCE, f. 3. χαμαιπεύκη. herba est folia habens laricis foliis similia, lumborum & spinæ doloribus propria. Plin. lib. 24. c. 15.

† CHAMÆPITYS, χαμαίπιτυς. Herba, quæ à Latinis Ajuga dicitur. Officinæ Iuam vocant.]

CHAMÆROPS, opis, f. 3. herba est myrteis circa caulem geminis foliis, capitulis Græculæ rosæ. Pl. li. 26. c. 8. Ruellius eandem esse existimat, quam a Mithridate inuentore Mithridation appellant.

HÆMVS, m. 2. αἷμος, (Suidæ) mōs eſt Theſſaliam à Thracia diuidēs, ſic dictus ab Hæmo Boreæ, & Orithyiæ filio. In hoc monte Martis domicilium conſtituerunt Poetæ. In eius montis radicibus ſut amœna illa loca, quæ Græci Tempe dicuntur. Lucan. Tunc linquitur Hæmus Thracius.

†HAEREDIPETA, æ. p. c. qui blanditijs & muneribus, uel alijs artibus captat gratiam ſenum, ut ab illis hæres inſtituatur.]

HÆREDITARIVS, a, um, o. 1. 2. [*Hereditario.* Germ. Erblich, das zu der erbſchafft gehoert. *Gal. Venant par ſucceſſion d'heritage. Hiſp. Perteneſciente a la herencia,*] κληρονομία, κληρονομικὸς, κατὰ κληρονομίαν πατῶν, quod ad hæreditatem pertinet. Cic. 6. Ver. Simul cum cęteris Chelidonis hæreditarijs ornamentis ponentur. Hinc bona hæreditaria, & Succeſſio hereditaria. Morbos etiam hereditarios vocamus, qui parentum vitio nobis obtingunt.

HÆRE-

gnificat aliud, vel ἀπὸ τοῦ ἀλύειν, quod eſt languere, vel obſtupẽ
scere, vt auctor eſt Cloatius Verrius apud Gell. li. 5. c. 12. Ciad Att.
10. Ego tamen ſuſpicor hunc, vt ſolet, hallucinari. Aſpiratur (vt in
quit Gell. lib. 5. cap. 3.) vt ſonus ſit mitior, & vegetior ſit.

Halo, las, n. 1. [*Spirare, mandar fuori odore,* כפר naphadh, תפח hip-
puch, German. Riechen, ein geſchmack geben, athmen. *Gal. Hale
ner, flairer, & rendre odeur. Hi. Echar de ſi babo,*] ἀτμίζω, ἐνωτίω, ſpi
ro, vel odorem emitto. Vir. 4. Geor. Inuitent croceis halantes flori-
bus horti. Huius compoſita ſunt. Adhalo, Exhalo, de quibus ſupra
Vide exhalatio, denorum ſpirituum euaporatio, q̃ a Cice. Halitus
tertæ appellatur. Inhalo. Lactan. de Ira Dei; Si ceræ inhalaueris.

* Halone, f. 1. inſula Propontidis, Ἁλόννη. Plin. lib. 3. cap. vlt.

* Halonesvs, f. 2. inſula maris Ægei, Ἁλόννησος, Strab. lib. 14.

* Halophanta, m. 1. hominum genus nequam. Nonius ex Plauto,
In Curc. Halophantam, an ſycophantam hunc magis dicam ne-
ſcio. Vbi tamen potius legendum, Holophantam.

† Halos. ἅλως. Ariſtoteli in Meteor. dicitur, quam Latini modo coro
nam, modo aream circa Lunam dicunt.

† Halosis, p. p. f. g. [*Preſa, aſpugnatione*] ἅλωσις. Latinè captio ſiue ex-
pugnatio. Sueton. in Nerone.]

Halter, halteris, m. 3. p. genitiui, ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι, hoc eſt, a ſalien-
do dictus eſt. Sunt aũt Halteres, ἁλτῆρες, pilæ plumbeæ, maſſulæve,
quibus vtraq. manu ſe librabant, qui ſaltu certabant, vt certius aſ-
ſilirent. Mart. in Apoph. Quid pereũt ſtulto fortes haltere lacerti?

* Halyattes, m. 3. rex Lydiæ, Croſi pater. Herod. lib. 4.

* Halys, m. 3. fluuius Cræſo fatalis. Cic. 2. de Diuin.

Hama, f. 1. inſtrumentum ad incendium compeſcendum. Pl. in epi.
Et alioqui nullus vſquam in publico ſipho, nulla hama.

† Hamadryades, ἁμαδρυάδες. Nymphæ ſyluarum, quas vetuſtas cre-
didit cum arboribus naſci & interire. Vide Dryades.

Hamatvs, a, um, o. 1, 2. [*Hamato, piena di hami.* Germa. Mit hacken
bewart, oder gekrumbt wie ein hacken oder ein angel. *Gal. Fait
en maniere d'hameſſon, graniã d'hameſſons.* H. *Coſa con anʒuelo.*] ἀγκι-
στρώδης, hamo inſtructum, & munitum ſignificat. Ci. 4. Aca. Hamatis,
vncinatiſque corpuſculis. Hamata munera, quæ ita dantur, vt
alia ſubinde dona ad ſe alliciant. Plin. in Epiſt. Hos ego viſcatis, ha
matiſque muneribus non ſua promere puto, ſed aliena corripere.
Sagittę hamatæ. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 10. Pars cadit hamatis miſere
confixa ſagittis. Vngues hamati. Ou. 12. Met.

† Hamaxa, [*Carro.* Germanic. Ein wagen] ἅμαξα, à Græcis dicitur,
quod nobis plauſtrum. Eſt inde etiam ſidus appellatum hoc no-
mine.]

Hamo, as, a. 1. [*Piegare, torcere à guiſa di hamo,* חבה chaphah. Germa.
krieẽme wie ein angel. *Gal. Plier, faire courbeure façon d'hameſſon.*
Hiſp. Hegar, cornar,] ἀγκιστρόω, curuo, a quo Hamatus. i. curuatus, de
quo ſupra. Hinc Adhamo, as, p. p. quod eſt obligo. Ci. li. 2. Aca. Qui
enim ſeriis honores adhamauerunt, vix admittuntur ad eos.

Hamvlvs, li, m. 2. dim. Hamulum Celſus vocat vncinum, quo chirur
gi pterygion ex oculo eximunt. Celſus, lib. 5.

Hamvs, m. 2. [*Hamo,* חכה chachah. Ger. Ein Ketten ring. Item, ein
ſeder Krumm eiſen, hackechtig wie ein angel. *Ga. Vn haim, vn'ha
meſſon croc, vn crochet. Hiſpa. Anʒuelo para peſcar, ò coſa ſemelantes*]
ἅγκιστρον, catenam ſignificat. Cic. de Senectute, eſcam malorũ volu-
tatem appellat, quod ea videlicet homines capiãtur, vt hamo pi-
ſces. Virg. lib. 3. An. Loricam conſectam hamis, auroq. trilicem, hoc
eſt, hamis aureis. Accipitur etiam hamus, pro vnco, ex quo piſca-
tores eſcam ſuſpendunt ad capiendos piſces. Ouid. de arte amand.
Caſus vbiq. valet. ſemper tibi pendeat hamus. Præterea ab huius
vnci ſimilitudine, hamus accipitur pro inſtrumẽto ferreo, quo diu
dum arcæ numatiæ obſeipiunt. Iuuenal. Sat. 14. Diſpoſitis prædiues
hamis vigilare coëtorem. Quo in loco hamus priorẽ corripit, quã
poetæ omnes producunt: aut certè dicendũ erit, m literã in dictio-
ne Prædiues cum præcedente vocali abſumi: in qua ſnia eſt Manet
ille. Hamus etiam aliud inſtrumentũ ferreũ ſignificat, quo li-
num pectimur. Pli. li. 19. c. 1. Et ipſa ſtroen pectitur ferreis hamis do
nec omnis membrana decorticetur. Hinc Hamatilis. Pla. in Rud.

* Hanno, punicum nomen, eius nominis tres illuſtres viri extitere.

† Hara, æ, [*ſtalla de porci.* Ger. Schweinſtalk.] Porcarum ſtabulum,
Cicã Piſ. Ex hara prõducte, non ex ſchola.]

Harigva, f. 1. apud aruſpices ſignificabat hoſtiam, quæ inde dicta e-
rat, quod eius adhærentia inſpicerentur. Auctor Feſtus. A Donato
autem ſtaruga vocatur hoſtia, ab hara, cui includitur.

Hariolatio, f. 3. μαντεία, actus ipſe hariolandi. Cic. de Diu.

Hariolorgaris, ari, d. 1. [*Profetare, indouinare,* נחש naſam. Ge. warſa
gen. *Ga. Deuiner. Hi Adeuinar,*] μαντεύομαι, diuino. Ci. 1. de Diu. Nec eos, qui quæſtus cauſſa hariolantur, agnoſco. Idẽ Att.
li. 8. προθεσπίζω, igitur, noſter Attice, non hariolans, vt illa, cui ne-
mo credidit, ſed coniectura perſpiciens.

Hariolvs, li, cũ accentu in antepen. [*Profeta, indouino,* נחש roſem
Ger. Ein warſager, weiſſager. *Gal. Deuin, deuineur. Hiſp. Adeuino,*]
μάντις, futurorum diuinator; dictus hariolus, quaſi fariolus, a faris
vel a fando, ſicut hanula, quaſi fanula, hoc eſt, parua ſana, aſpira-
tione, vt plerunque fieri ſolet, pro f, litera poſita. Ter. in Phor. In-
terdixit hariolus. Plt. in Caſt. hariolares, Cic. 2. de Diuin. Et quã ſæpe
re ſæpè hariolorum etiam, & vatum furibunde prædictione.

* Harmatopolitae, m. 1. populi Aſiæ, in ſinu Elaitico.

* Harmastis, f. 3. Iberiæ oppidum, ad Neetim amnem. Plin.

Harmodivs, m. 2. & Ariſtogiton, ciues Athenienſes fuerunt, qui cum reip. tyrannide liberaſſent, hoc honoris a ciuibus ſuis tribu-
tum eſt, vt nemo vnquam ipſorum nomine vocaretur. Hinc natũ
adagium. Harmodii Cantilena, ἁρμοδίου μέλος, de lugubribus, &
triſtibus dicebatur.

Harmonia, f. 1. pen. prod. [*Harmonia, concordanza, concento.* Germa.
Ein zuſammen ſtimmung, zuſammen richtung, wollautung. *Gal.
Harmonie, accord de ſons differens. Hiſpa. Conſonancia en la muſica.*]
ἁρμονία, Latinè compoſitio, concordia, conuenientia, concentus,
ἀπὸ τοῦ ἁρμόζειν, quod eſt congruere. Muſici harmoniam vocant
intentionem, concentumq. nerborum in integros modos ſine vlla
offenſione conſonantium. Ci. Tuſc. 1. Harmoniam aũt ex interual
lis ſonorum noſſe poſſumus quorũ varia compoſitio ẽt harmonias
efficit plures. Quinct. li. 1. c. 10. Nec illa mõ contenti diſſimiliũ cõ-
cordia, q̃ vocant harmoniam, ſonum quoq. his motibus dederunt.
Hæc etiam alio nomine dr Symphonia. Eſt etiam Harmonia mu-
lieris proprium, quo nomine Gelonis filia Themiſtij vxor, appel-
lata eſt, ab, ἁρμάζω, coapto. Eſt præterea Harmonia Martis, & Ve-
neris filia, Cadmi vxor, cui Vulcanus pulchrum, ſed exitiale mo-
nile dedit, eo quod ex coniugis adulterio fuiſſe prognata. Reliqua
vide ſupra in dictione Cadmus, & apud Ouid, lib. 4. Metam.

Harmonicvs, a, um, o. 1. 2. [*Armonico.* G. Des zu der zuſammẽſtim
mung oder dem wollauten gehoerig iſt,] ἁρμονικός, quod ad har-
moniam attinet. Pli. lib. 2. c. 109. Harmonica rõ, quæ cogit rerũ na-
turã ſibi ipſam congruere, addit huic menſuræ ſtadia ſeptẽ millia.

† Harpa, æ. Auis lari minoris ſpeciẽ, de qua Plin. libr. 10. cap. 74. Eſt
eſt vulturis ſpecies.]

Harpago, p. p. in genitiuo harpagonis, f. 3. [*Vncino cõ che ſi legano le
naui inſieme alla guerra.* Ger. Ein ſchiffhack. *Gal. Croc, hanet. Hiſp.
El cloque de la naue,*] ἅρπαγη, ἁρπάγων, inſtrumentum eſt ferreũ in
fine aduncum, quo in nauali bus prælijs apprehenduntur naues, &
tanquam in cõtinenti coguntur dimicare; ita dictum a verbo Gre-
co, ἁρπάζω, quod eſt rapio. Eſt & aliud inſtrumentum hoc nomi-
ne, quo ea quæ in puteum, vel fluuium deciderint, extrahunt. Cu-
ius inuentor traditur fuiſſe Anacharſius Philoſophus, teſte. Plin.
lib. 7. c. 56. Eſt etiam harpagõ inſtrumentum ferreum, quod a non-
nullis Canis vocatur, quo vaſa vinaria conſtringuntur, vt commo-
diùs inducantur Circi. Li. li. 10. Bell. Pun. vſus eſt accuſatiuo Græco
harpagonas: Aſſeres ferreo vnco pfixi (harpagonas vocant milites)

Harpago, gas, a. 1. p. p. [*Rapire, rampinare,* חרף taraph חתף chara-
ph. Ge. Zuhinhacken, zuhinziehen, grappen.] ἁρπάζω, rapio. Pla. in
Aul. Hei miſero mihi, aurum mihi intus harpagatum eſt.

* Harpaice, f. 1. pen. cor. mulier, Harpali Thracum regis filia. Vir.
1. Aeneid.

* Harpalvs, m. 2. prædonis nomen apud Cic. lib. 1. de Nat. Deor.

* Harpasa, orum, n. 2. oppidũ Aſiæ, oppoſitum fluuio harpaſo. Plin.

Harpastvm, n. 2. [*Palla del calcio.* Germ. Ein groſſe ballen mit deren
man kurtzweil treibt. *Gal. Vne balle, vne groſſe plette a iouer. Hiſp.*
[*Inſtrumento para arrebatar.*] δορκάς, genus eſt pilæ grãdioris, quã
pilã paganica, minoris tamen quàm follis: ita dictum ab ἁρπάζω,
verbo Græco, quod eſt rapio, eo quod plures proiectum harpaſtũ
conantur arripere, & extra ludi limites eijcere. Nam hoc pilæ ge-
nus non percutitur, ſed cum multi ludentes in duas partes diuiſi
ſunt quiſque annititur pilam arripere, & ad ſuos, qui poſt ſe ſunt
vicinores limitibus, tranſmittere, eiuſque partis victoria eſt, quæ
pilam extra limites aduerſarię partis eiecerit. Laboriоſum ludi ge-
nus eſt, grandioribuſque tantùm conueniens. Cum enim ſimul
pilam arripere conantur, in terram ſe inuicem proſternunt, pulue-
reque, & ſudore infecti ſtaneſcunt. Mart. li. 14. Seu lentum ceroma
teris, tepidumq. trigona. Siue harpaſta manu pulueulenta rapis.

Harpax, gis, vel gos, f. 3. ἅρπαξ, a Syris vocatum eſt electrum, eo qd
feſtucas, & paleas ad ſe rapiat, Plin. lib. 37. cap. 2.

Harpe, es, f. 1. enſis in ſummitate falcatus, quo Mercurius vſus fertur
in occidendo Argo, & Perſeus in amputando Medũæ capitæ. Ou.
5. Met. Vertit in hunc harpen, inadefactam cæde Meduſæ.

Harpocrates, m. 3. p. c. ἁρποκράτης, ſimulachrum in ſacris Iſidis, &
Serapidis erat, quod digito labijs impreſſo, admonere videbatur,
vt ſilentium fieret. Hic dicebatur ſilentij Deus. Reuera autem Gre-
cus philoſophus fuit Harpocrates, cuius eruditio ac præcepta in
id maximè tendebant, vt ſilentium præciperet, & omnibus rebus
anteponeret. Catul. in Gelliũ; Hoc ne ipſi accideret, patrui, perdã-
ſpuit ipſam Vxorem, & patruũ reddidit Harpocratẽ. Vbi redde-
re Harpocratem, prouerbialiter dictũ eſt, pro ſilentiũ imponere.

Harpygæ, [*Arpie,* ἅρπυιαι, monſtra fuerunt, qualia deſcribit Vir.
3. Æneid. Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris Inguuies,
vncæque manus, & pallida ſemper Ora fame. Vnde a Suida vo-
cantur, ἁρπακτικοὶ δαίμονες, hoc eſt, rapaces dæmones. Dicuntur
cantur, ἁρπακτικοὶ δαίμονες, hoc eſt, rapaces dæmones. Dicuntur
habitant, partem terrarum, partem aquaris tenentes, dictæ, ἀπὸ τοῦ
ἁρπά-

ἁρπάζων, id est, rapiẽdo. Volatiles, vultu virgineo, manibus vncis. Alij Neptuni filias faciunt, qui fere prodigiorum omnium patet est, nec immerito. Nam secundum Miletium Thaletem omnia ex humore procreantur: vnde est, Oceanumque patrem rerum. Hinc fit, vt quoties cumque desunt parentes, redeatur in generalitatem. Sic & peregrinos Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus parentes. Alij autem dicunt Harpyias, filias Thaumantis, & Electrę fuisse. Has Virgil. tres esse dicit, Aello, Ocypeten, Celæno, quarum postremam Homerus Podargen vocat, & ex ea Zephyrum ventum, Achillis equos, Balium videlicet, & Xanthum genuisse dicit. Hesiodus tantùm duas nominat, Aello videlicet, & Ocypeten. De Harpyis quoque supra nonnulla dicta sunt in dictione Calais, nonnulla etiam infra dicentur in dictionibus, Phineus & Zethes. Virgil. lib. 3. Aeneid.

HARVSPEX, icis, m. 3. [*Indouino, profeta,* נחש Kosen. Germanic. Ein vvarsager auss den eingevveyden der geopfferten thieren. G. Deuvin. Hi. *Adouino.*] ἱερόσκοπος, qui hostigis, id est, hostijs inspectis, futura prædicit μάντις, Terent. in Phorm. Haruspex venit ante brumam aliquid noui Negocij incipere. Hunc locum exponens Donatus, Haruspex, inquit, ab Haruga deriuatur, quæ est hostia, ab Hara in qua concluditur, & seruatur. Melius itaque cum aspiratione scribitur.

HARVSPICA, æ, f. 1. [*Indouinarriee,* מעונן Kosemeth. 6. Ein vvarsage rin auss den eingevve yden der geopfferten thieren. *Gal. Deuineresse. Hi. Adeuinadora.*] diuinatrix. Pl. in Mil. Da quod dem Q. in quatribus, præcantatrici, collectrici, hariolæ atque haruspicæ.

HARVSPICINA, f. 1. p. p. [*L'arte da indou nare,* כשף Kosem. Ger. Die Kunst des vvarsagens auss der geschlachen Thieren eingevveid. *Gal. L'art & science pour deuiner par la consideration des entrailles des bestes. Hisp. El arte de aquella deuinacion,* ἱερασκοπία, est ars diuinandi ex cęlarum hostiarum extis. Cic. 3. de Diu. Vt ordiar ab haruspicina, quam ego reipub. caussa communisque religionis colendam censeo. Vnde Haruspicinam facere, est exercere huiusmodi artem. Ci. ad Leptam: Neque enim erat ferendum, cum, qui hodie haruspicinam facerent, in senatu Romæ legerentur, &c.

HARVSPICVM, στηλαγχνοσκοπία, actus ipse diuinandi ex inspectione exterorum: Catullus tamen pro ipsa arte videtur posuisse, cum ait: Nascatur magus ex Gelli, matrisque nefando Coniugio, & discat Persicum haruspicium.

HARVSPICINVS, a, um, o. 1. 2. p. p. Vnde libri haruspicini dicuntur, qui de haruspicina, hoc est, haruspicum arte præcepta tradunt. Ci. 1. de Diu. Quod Hetruscorum declarant, & haruspicini, & fulgurales, rituales libri, nostri etiam augurales.

HASBYTHAE, m. 1. ἀσβύται, Africę interioris populi, post Nasamones, Macis finitimi. Plin. lib. 5. cap. 5.

HASTA, stæ, f. 1. [*Hasta, lancea,* חנית chanith רומח romach חנית Kosen. G. Ein spiess. *Gal. Lance, picque, sauueline. Hisp. Lancapica,*] λόγχη, δόρυ, est instrumentum illud ex ligno tereti, cuspide præferrata, qua milites in hello vtuntur. Ci. 2. de Fin. Euelli insit eam, qua transfixus erat hastam. hastam abijcere, est caussæ diffidere, & contentionẽ relinquere. Ci. pro Mur. Videsne tu illum tristem, demissum iacet dissidit, abiecit hastas. Hastæ subijcere bona alicuius, est ea publica auctione vendere, eiq. qui plurimum obtulerit, addicere. Solet. n. hasta figi in omnibus auctionibus; vnde factum est, vt hasta nonnũquam pro ipsa auctione ponatur, [*Incanto.*] Ci. Phi. 8. Itaq. hastam semper videre cupiunt ij, qui nostris bonis imminent. Sub hasta subire, est vendi. Pla. in Most. Vel isti, qui trium nummorum caussa subeunt sub hasta. Ab hasta fit diminutiuum Hastula, quod paruam hastam significat.

HASTARIVM, rij, n. 2. [*Vendita all'incanto.* Germanice Vet Kauffung. *Ga. Vente a l'encant. Hi. Almoneda,*] λαφυροπωλία, venditio auctionaria. Vnde Tertul. in Apologet. In hastario vectigales sumus.

HASTATI, m. 2. αἰχμηταί, dicti sunt, qui primi in acie cum hastis constitui solebant: hastatus vero primus dicebatur, qui duas cẽturias, idest, ducentos milites, ducebat in acie secunda, quẽ nunc Ducenariũ vocant, vt Vegetus denotat. Varro de ling. Lat. li. 4. Hastati milites dicebantur, qui primi hastis pugnabant. Vide dictione Antepilanus. Cic. de Diu. Euelli prima hastati signum non potuerit.

HASTILE, is, n, 3. p. p. [*Patto a guisa d'hasta.* Germa. Das wie ein spiess gemacht ist, oder ein spiesstang.] dicitur quod ad hastæ formam factum est, hoc est, lignum teres, oblongum cuiusmodi est hasta. Cice. pro Rab. Cum Q. Scæuola confectus senectute, præpeditus morbo, hastili innixus. Virg. 5. Æn. Præfixa hastilia ferro.

HAV, interiectio est mentis conturbatæ. Terent. in Eun. Hau, obsecro mea Pythia, quid istuc nammonstri fuit? Interdum etiam inuenitur geminata. Ter. Adel. Hau, hau, mi homo, tanus ne es?

HAVD, [*Non,* לו. Ger. Nicht. *Gal. Non, non pas. Hisp. No.*] adu. negandi, significat non. Ter. in And. Haud muto factum. Cice. pro Cu.

HAVDQVAQVAM, [*In niun modo,*] οὐδαμῶς, hoc est, nullo pacto, vel nullo modo. Liu. 10. Bel. Pun. Asdrubalem propediem affore cum manu haud quaquam contemnenda. Ci. de Ora. Haud quaquã eloquẽs.

HAVRIO, ris, hausi, haustũ, a. 4. [*Tirar fuori, attengere,* שאב schaab, דלה dalah. G. Schopffen. *Gal. Puiser & tirer. Hi. Sacar a fuera la li-*

quido,] ἀφύσσω, ἀντλέω, significat pro puto extrahe. humore educo ex profundo aliquo loco. Ci. 1. de Diu. Q. cũ vidisset flamma aquã de iugi puteo, terræmotus dixit in stare. Idem de Or. Si is potare velit, de dolio sibi hauriendũ putet, Idẽ de Di Aqua è puteo hausta. Haurire auribus, est audire. [*Vide e.*] Vir 3. Vocẽq. his auribus hausi. Haurire oculis, est adspicere *seuere* pro quo poetæ ẽt interdũ dicunt haurire, omisso ablatiuo. Oc Vir. 1. Æn. suspiciens hausit cælũ, mẽtemq. tecepit, Accipitur confodere, seu vulnerare, [*Impiagare*] Virgil. 10. Aen. Per tum squallentẽ auro latus haurit apertum. Item tenere, [*Tenere.*] Vi 4. Geo. Et medium sol igneus orbem Hauserat. Itẽ exequi, im re, [*Empire,*] διατελεῖν ἐκτελοῦντα, Luc. l. 30. vt citat Nonius: Qn rire animus Musarum, & fortia gestit. Item luere pœnam. Virg Aen. Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt Supp hausurum scopulis. Quo in loco Virgilij obseruato, Hausurum ei absq. t, pro hausturum. Item cõsumo, [*consumare,*] νέμομαι. li. 5. Tam longi temporis opus incendium hausit. Haurire cala tatem, Haurire dolorem, haurire gaudium. vide Bud. in anno in epi. Huius compositum est Exhaurio. Legitur ẽt nonnunq præteritum hauriui, & supinum hauritum. Varro ad Cicer. C idem quoq. haurierit. Apul. lib. 2. de Asino Lugena facilis hau

HAVSTO, stas, a. 1. freq. ab haurio, a quo fit compositum exhaustus, exhaustant, efferunt.

HAVSTVS, stus, m. 4. [*Sorbimẽto, sorbitione,* משאב mascheab. G. S epfung. G. *Puisement, vn trait a boire. H. Potaçe, o beuraçe, o cosa se beue, sacamiẽto a fuera de lo liquido*] ἄντλησις, sorbitio, & edu liquioris ex aliquo loco. Col. li. 1. Si deerit defluens vnda putei queratur in vicino aqua, q̃ non sit haustus profundi, i. quæ n profundo puteo hauriatur, & extrahatur. Cic. pro Cæc. Aquæ ctus, haustus. Ouid. 6. Metamor. Haustus aquæ mihi nectar ei ctus, haustus. Ouid. 6. Metamor. Haustus aquæ mihi nectar ei

HAVSTVS, sta, stum, o. 1. 2. [*Consumato, deuorato,* שאוב schaub. G. sumcken, verschluckt, vndergangen. Ga. *Puisé, tu è engloutí. H. sabeuida, guasta y trauada,*] ἀντλημένος, participium accipitur pr sumptus, deuoratus. Ci. de Fin. Omnia duxi hausta ex fonte N rre. Liu. li. 1. Nec ferro tm̃ periere, sed in paludes quidam con profundo limo cum ipsis equis hausti sunt. Idem 3. Bel. Mac.

HAVSTRVM, stri, n. 2. Ger. Ein rad mit welchem man wasser au cht, ein schoepffrad, ἄντλιον, teste Budæo est machinæ genus habens, qua calcata, aquam è puteis, vel fluminibus haurim & Tympanum vocatur. Lucr. lib. 5. Vt fluuios verrare rotas, a hausta videmus. Nonius tamen mauult haustra ipsos e hoc est, situlas in huiusmodi machinis, quibus aqua hauritur

H A N T E E

HEAVTONTIMORVMENOS, ἑαυτὸν τιμωρούμενος, nomen est com Terentianæ, quod nos se ipsum excruciantẽ interpretari possu τιμωροῦμαι, enim idem est, quod ſquio, punio, crucio, & ἑαυτ ipsum. Inducitur enim senex Menedemus seipsum exercia filium Cliniam duritia sua in militiam proficisci compulsi

HEBDOMAS, adis, f. 3. [*Settimana,* שבתון schabuũ. Germ. Ein we G. *Vne sepmaine, une septaine. Hisp. La semana,*] ἑβδομάς, & h mada, dę, dẽ numeros septenarius, sicut Ogdoas, numerus o rius, & Enneas nouenarius, Decas, denarius. Ci. Tyroni li. 16 Symphoniam Lysonis velim vitasses, ne in quartam hebdo incideres. Vbi per quartam hebdomadam intelligit idem mum octauum, qui numerus constat ex quatuor septenarius. mi autem quiq. dies in febribus Critici sunt, & periculosi. Nec solum de dieb. dr, sed etiam de annis, & quibuscũq. rebus, q ptenario numero comprehenduntur. Gel. Tum tibi addit, se tam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse, eum idem septuaginta quinque librorum hebdomadas scri

HEBE, f. 1. Ἥβη filia fuit Iunonis absq; patre, vt Latinorum poeta rũt. Apollo. n. cum Iunoni nouercæ conuiuium in patris su parasset, inter alia lactucas agrestes ei apposuit, quas cũ Iuno dẽ comedisset, illico, vsq; tunc sterilis, prægnans effecta est pe quæ Heben, q̃ postea Iupiter ob formæ elegantiam ad officia cernatus assumpsit, Deamq. iuuentutis effecit. Tandem cũ ip cum ceteris Dijs apud Aethiopes conuiuaturus iuisset, contu administrans eis Hebe pocula, perq. lubricũ minus cautè in cadderet, reuolutisq. vestibus, obscœna Superis manifestaret, obrẽ ab officio est amota, eiusq; loco Ganymedes subrogatus tremo Herculi in Deos relato, vxor data. Auctor Seruius. H rus aũt ex Ioue eam conceptam esse tradidit, neq. omnino a cio remotam, sed cæterorũ Deorũ pincernam fuisse; Ganym vero solius Iouis, Ouid. li. 9. Met. Hoc illi dederat Iunonia n Hebe, &c. Hæc Dea iuuentutis putabatur, ἥβη, enim (vt ait S florem ætatis, & primam pubem significat.

HEBENVS, ni, f. 2. & hoc hebenũ, ni. p. c. [*Hebeno,*] ἴβενος, Dio bor est in India, atq. Aethiopia nascẽs, cuius lignũ tã solidũ põderosum, vt in aqua subsidat: colorem fere est buxo ne milis, intus omnino niger. Sunt, qui sine aspiratione scribat pacto etiam scribitur apud Græcos. Vide supra Ebenus.

HEBEO, bes, n. 2. [*Essere ottuso, pigro,* אחל achalh. Germ. Stum

Hitvs,li,n.2. *Vnero della faua.* G. Das kleim ſchwartz fleckelein an dē bonē. *Gal. Le noir de la feue. Hiſp. El nero de la haua.*] parvum illud nigrum, quod in ſummitate fabæ adhæret, vnde & pro re exigua ſumitur, quæ parui, vel nullius precij eſt, quod Græci dicunt, οὐδέν, Cic. li. 2. Tuſc. Tum illud quod Siſyphus verſat ſaxum, ſudans nitendo, nec proficit hilum, ideſt, quicquam, tantillum, minimūque. Ab hoc nomine fit, Nihilum, quaſi ne hilum quidem, & per apocopem Nihil, & per ſyncopen Nil. Lucret. Ex nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti. Var. lib. 1. de Lingua Latina. Itaque vt cum, quem putamus eſſe, non hili, dicimus Nihili; ſic in quo putamus eſſe nequicquam, dicimus Nequam.

Himera, *f. ἡ ἡμέρα*, fluuius Siciliæ, qui in duas partes diuiditur, & in altera dulcem ſaporem, in altera ſalſum retinet. Eſt etiam vrbis nomen eiuſdem inſulæ. Cic. in Ver. Silius lib. 4. Qua mergitur Himera ponto. Vide Pli. lib. 3. cap. 8.

Hinc. Cic. de Fin. Via quæ eſt hinc in Indiam.

Hinnio, nis, niui, nitum, p. p. n. 4. *Annitrire,* צָהַל tſuhal. G. wihelē, ſchreyen wie ein roſſ. *Gal. Hennir, hennir. Hiſp. Relinchar el cauallo, χρεμετίζω*, proprium eſt vocis equorum. Quin. lib. 1. cap. 5.

Hinnitvs, tus, m. 4. [*Hinnitrire.* מְצִהֵל mitshalah. G. Das roſſ geſchrei. *Gal. Hennissement, ou hinnessement. Hiſ. A quel relinchido del cauallo,*] *χρεμετισμός*, Cic. 1. de Diu. Exaudiuit hinnitum, reſpexitque, & equum alacrem aſpexit.

Hinnvs, hinni, m. 2. dicitur animal, quod ex equo & afina naſcitur. Var. lib. 2. de re ruſt. c. 8. Multi & hinni bigeneri: Ex equa enim & aſino fit mulus contra ex equo & afina hinnus.

Hinnvlvs, li, p. c. m. 2. *ἔριφος*, ceruorum, caprearum, capreolorum, damarum, & ſimilium fœtura. Accipitur etiam pro paruo hinno, hoc eſt, pro fœtu ex equo & afina nato. Plin. lib. 8. cap. 14. Equo & afina genitos mares hinnulos antiqui vocabant.

Hio, hias, n. 1. [*Hiare, ſpirare cū la bocca aperta,* פַּעַר pahar peh פַּעַר pahach peh פַּרְחָפָה nibkah. G. Geinē, ſich auffthū oder von ein anderthun. *Gal. Baailler, s'entrouurir. Hiſ. Abrir la bocca, o hendirſe alguna coſa, abrirſe.*] *χαίνω*, propriè ore aperto ſpiritū emittere. Cic. in Orat. Poetæ, qui vt verſus facerent, ſæpe hiabant, vt Næuius. Pli. li. 8. c. 25. Inuitat ad hiandum ſui pabuli gratia. Accipitur etiam hiare pro ſponte, vel aliqua vi externa aperiri, ſiue ſcindi, vt lingua hiat ariditate, & tellus æſtu. Sal. li. 4. Hiauit humus multa, vaſta, & profunda. Hiare flores dicuntur, cum aperiuntur. Propert. lib. 4. Nec flos vllus hiet pratis. Hiare orationem dixit Quin. lib. 8. c. 6. Quæ malè coniuncta concinnataque eſt. Per translationē, ſignificat mirari, dubitare, ſtupere, [*Dubitare, ſtupire.*] Vir. li. 6.

Hippace, *ἱππάκη*, caſeus ex lacte equino coagulatus, Pli. lib. 28. ca. 9.

Hippaco, cas, p. p. n. 1. ſignificat animam celeriter duco (inquit Feſtus) ab equi haliru, qui eſt ſupra modum acutus.

Hippago, ginis, f. 3. genus nauigij conuehendis equis aptum, quod a Iulio Polluce *ἱππαγωγός*, dicitur: & à Liuio hippagoga, li. 4. Bell. Maced.

†Hipparchvs, Magiſter equitum. Item nomen celebris cuiuſdam Aſtrologi.]

Hippias, æ, m. 1. *ἱππίας*, philoſophus Eleus fuit, teſte Cic. lib. 3. de Or. Qui audiente pene tota Græcia gloriatus eſt, nihil eſſe vlla in arte rerum omnium, quod ipſe neſciret: nec ſolùm has artes, quibus liberales doctrinæ, atque ingenuæ continerentur, geometriā, muſicam, literarum cognitionem, & poetarum, atque illas, quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebus pub. diceremur, ſed & annulum quem haberet, pallium quo amictus, ſocos, quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe.

*Hippion, n. 2. Argos, oppidum a Diomede conditum, poſtea Argyrippa, & Arpi appellatum. Steph. & Plin.

*Hippo, oppidum Locrorum in Brutiis: quod poſtea Romani Viboneni Valentiam appellarunt.

Hippoboton, n. 2. pratum ſub Caſpijs portis ampliſſimum.

†Hippocampae, equi marini, in piſcium caudas deſinentes, ſic dicti à flexu caudarum.]

Hippocentavri, m. 2. monſtruoſum hominum genus in Theſſalia anteriore parte hominum, poſteriore equorum effigiem referens.

Hippocomi, m. 2. *ἱπποκόμοι*, Mägones ab equis curandis, colorem fuco, robur inani fagina (vt ait Quin.) mentientes.

Hippocrates, m. 3. pe. c. *ἱπποκράτης*, nomen medici excellentiſſimi patria Cos, cui tanta fuit artis peritia, vt vulgo crederetur Aeſculapio prognatus. Eius libri tamquam diuino emanauerint ore, vbique celebrantur. Exceſſit è vita annos natus 104. ſuſcepit filios Theſſalum, & Draconem. Hæc ex Suid.

Hippocrene, m. 1. *ἱπποκρήνη*, fons in Bœotia, nō procul ab Helicone monte, quem poetæ fabulantur factum eſſe vngula Pegaſi equi alati, cui fabulæ occaſionē videtur miniſtraſſe Cadmus, qui cū in Bœotia locum vrbi cōdendę quæreret, huc illuc obequitans, hūc fontem primus creditur inueniſſe: & quoniam Cadmus literarū inuentor creditur: factum eſt, vt hic fons Muſis ſacer habeatur. Perſius ad verbum reddens vocem Græcam Fontem Caballinū appellat. Nam *ἵππος*, nobis equum ſonat, *κρήνη*, fontem.

Hippodame, f. 1. p. c. *ἱπποδάμη*, & hippodamia, æ, p. p. *ἱπποδάμεια*,

filia Oenomai regis Elidis, & Piſatū, qui cū extorāculo ſe a genero interēptū iri didiciſſet, & illa tñ à multis precibus ob formæ p̄ eſtantiā expeteretur, curule certamen procis inſtituit cū ipſa. (habebat n. equos velociſſimos, qui ex ventorum flatu creati dicebantur) ea lege, vt qui vinceret, filiā haberet, victus ſubiret mortē. Trucidatis igitur victis, & occiſis, Pelops Tātali filius viſa puella, eius amore protinus exarſit: cuius nuptias vt aſſequeretur, Myrtilū, eius aurigā, pollicitis corrupit, ſic vt ille axes infirmos, & fragiles ſubiunxerit, vel, vt alij volunt, obicē axi non obiecerit, & ſic fracto, vel diſſoluto curru, Oenomaus excidit, moriēſq; Myrtilī caput devouit, obteſtans Pelopem, vt vicem ſuam vlciſceretur, quod & factum eſt. Cum. n. pactum ſibi pertidię p̄mium à Pelope poſceret, ab eodē in mare deiectus eſt atq; hoc modo Pelops puella, & regno potitus eſt. De hac Ouid. Venit vtī Phrygios Hippodamia ſinus. Virg. 3. Geor. Hippodameq; humeroque Pelops inſignis eburno.

Hippodromvs, m. 2. p. c. *Luogo dove corrono i caualli.* G. Ein rennplatz auff welchem man mit den roſſen rennet. *Ga. Vne lice, & lieu pour faire courir cheuaux, & leur bailler carriere. H. La corredera de cuallos,* ἱππόδρομος, equorum curriculum, hoc eſt, ampla planities, in qua de pernicitate certatur citra pugnæ ſimulachrum: nam ſtadium, in quo equites imaginario prælio concurrere ſolent, catadromus, *κατάδρομος*, dicebatur. Mart. lib. 12. Puſſuereumque ſitit Hippodromon vngula pulſat. Pla. in Ciſt. Quo pacto eam ab Hippodromo viderim herilem filiam noſtram ſuſtollere.

Hippolyte, *f. 1. Amazonum regina, quam Hercules prælio victam Theſeo dedit vxorem. Fuit etiam hoc nomine Acaſti Magneſię regis vxor, quę Peleum, quod libidini eius non paruiſſet apud virum accuſauit, tamquam ei vim inferre voluiſſet.

Hippolytvs, m. 2. pe. c. *ἱππόλυτος*, Theſei, & Hippolytę Amazonis filius fuit, qui cū celibem ducens vitā ſeſe venatu exerceret, & cōſtāti aio ſperneret mulieres, a Phædra nouerca, abſente patre, amatus eſt: cuius turpi deſiderio cum obtemperare noluiſſet, illa apud virū illum detulit, quod ſibi vim inferre voluiſſet. Quāobrem cū videret Hippolytus patrem dolo nouercæ perſuaſum, de nece ſua cogitare, conſenſo curru fugam arripuit: ſed dum Phocæ, quæ ti forte in littus exierant, equorū, & rotarū ſtrepitu perterritæ, magno impetu ſe in mare præcipitarent, exterriti equi, fruſtra obluctante Hippolyto, currum per ſcopulos, & ſaxa traxerunt, innenemq; infelicē, loris implicitū in partes diſcerpſerūt. Hunc poſtea Aeſculapius reuocauit ab īferis, & priſtinæ incolumitati reſtituit. Hippolytus vero relicta terra Attica, in Italiam venit ne patris iſtā rurſus experiretur, & ſe Virbium appellari iuſſit, q. bis vir fuiſſet. Oppidum non procul à Roma ædificauit, q. à nomine acceptę cōiugis, Ariciam appellauit. Sed hanc fabulam eſſe conſtat, vt inquit Plato in Cratylo. Hippolytum imitabor, *ἱππόλυτον μιμήσομαι*. Diogenianus in eos dici ait, qui ſtatuiſſent pure, caſteque viuere.

Hippomanes, p. c. n. 3. ſecundum Priſcianum *ἱπποµανές*, ab equarū rore nomen habet, quaſi *τοῦ ἵππου μανία*. Quid autem ſignificet non ſatis conuenit inter ſcriptores. Seruius ſcribit eſſe virus, ex equarū inguinibus defluens, quo tempore feruntur in amoris furorem, quod in humana viſcera deſcendens, furorem facit. Vir. li. 3. Georg. Hinc demum Hippomanes, vero quod nomine dicunt Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus. Sic Col. lib. 7. Curandū eſt, vt tam fœminis, quam admiſſarijs deſiderātibus, coeundi fiat poteſtas, quoniā id præcipuè armentū, ſi prohibeas, libidinis extimulatur furijs. Vnde etiam veneno inditum eſt nomē *ἱπποµανές*, ideſt, quod equinę cupidini ſimilem mortalibus amorem accendat. Pli. vero lib. 28. c. 11. & lib. 8. cap. 42 aſſerit eſſe caruncūlam in fronte pulli equini caricę magnitudine, colore nigro: quam ſtatim edito partu mater è fronte dentibus conuellit: quod ſi quis prius abſtulerit, pullum mater ad vbera non admittit. Vir. 4. Aen. Quæritur, & naſcentis equi de fronte reuulſus, Et matri præreptus amor. Hac caruncula mulieres medicamenta componentes vertere homines feruntur in furorem.

Hipponà, *f. 1. *ἱππώνη*, dea erat, quam ſtabularij maximè colebant, cuiuſque effigies in ſtabulis locabatur. Apul. li. 2. Met. In ipſo Meditullio Hipponę deę ſimulachrum reſidens ædiculæ, accurate corollis roſeis ornatum. Iuuen. Sat. 8.

Hipponax, m. 3. *ἱππώναξ*, Iamborum poeta, tanta deformitate, & ſeditate vultus, vt eius effigies a pictoribus quibuſdam publicè proposita fuerit deridenda, quamobrē indignatus Hipponax tā amaro in illos eſt inuectus, vt aliquos ex ijs credatur compuliſſe ad ſuē ſpēdiū. Hic creditur inuenille Scazontē carminis Iambici genus, quod ab eius nomine Hipponacticum vocamus, ſiue Hipponacteum. Cic. in Orat. Hipponacteos effingere vix poſſumus: magna enim parte ex iambis noſtra conſtat oratio. Vide Pli. l. 36. c. 5. Hipponacteum præconium, pro infami nota poſuit. Cic. ep. lib. 7.

Hippopera, *f. 1. p. p. [Bolge, valigie, b: faccie,* אַסְרְטָה emtachath. G. Ein bulgen oder waetſchger ſo man zu roſſ fuehret. *Ga. Bouges ou bon gettes de cuir, ou vne male qu'on porte a cheual. Hiſ. Eſcluuina, ou bon getes de cuir, ou vne male que ſe lleua a cauallo,*] *ἱππήρα*, dicūt ſacculi quibus equites neceſſaria itineri ſecum circumferunt. Sen. in epi. ad Lucil. M. Cato Cenſorius cantterio vehebatur, hippoperis quidem impoſitis, vt ſecum vtilia

por-

Plau.in Amph. Iouem facere histrioniam.

Histrionicvs, ca, cum, o. 1. 2. ὑποκριτικὸς, quod est histrioni, seu quod ad histrionem pertinet.

Hivlco, as, 2. 1. [*Aprire, fendere,* בקע baxah קרע karah. Ger. Spalten, anffihun, zu ginen machen,] χίζω, διαχίζω, aperio, findo, hiulcum facio. Catul. Aestus hiulcat agros.

Hivlce, aduer. Cic. de Ora. Ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, non vaste, non hiulce, sed presse, & aequaliter.

Hivlcvs, a, um, o. 1. 2. *Fessо, aperto,* חרה spatuch חרה niphtach בכק nibkah. Ger. Gespalten, ginend. *Gal. Entre ouuert, entrebaaillé. Hisp. Cosa que se hiende, o abre,* χασμώδης, fissus, fatiscēs. Vir. 2. Geo. Hoc vbi hiulca siti findit Canis æstifer arua. Per translationem etiam orationem dicimus hiulcam, quæ malè cohæret. Cic. de Ora. Nec, aspet verborum concursus sit, neve hiulcus. Diomedes Hiulcos versus appellat exiles, & quasi in media parte hiantes.

H A N T E O

* Hoarvs, m. 2. ὕαρος, Scythiæ fluuius.

Hoc, [*Questo,* ז hez. Ge. Das. *Gal. cestuy ci, Hisp. Aqueste,* τοῦτο, pronomen demonstratiuum neutri generis, cuius masculinum est Hic. Vir. 4. Aen. Hoc illud Germania fuit? Migrat interdum in ad verbium, idemque significat, quod Huc. Vir. 8. Aen. Hoc tunc ignipotens cælo descendit ab alto. Sic enim legit Prisc. Ci. epi. Hoc scribo parcius.

Hodie, [*Hoggi, hoggidi,* היום hajom. Ger. Heut. *Gal. Aujourd'huy, enhuy. Hi.* Hoy,] σήμερον, καὶ τήμερα ἐπιτατικῶς, hoc die. Cicero 3. Verr. Nonæ sunt hodie Sextiles, hora nona conuenire cœpimus. Accipitur item pro nunc, siue hoc tempore, siue hac ætate. Terent. in Eun. O populares, ecquis me viuit hodie fortunatior? Cic. pro Domo sua: hodieque Volaterrani fruuntur nobiscum simul hac ciuitate. Hinc.

Hodiernvs, a, um, o. 1. 2. [*Di hoggi,* היום hijom. G. Heutig. *Gal. Duiourd'huy. Hisp. Cosa oyen oste dia,*] vt hodiernus dies, ἡ τήμερον ἡμέρα. Cic. 3. in Cat.

Holocavstvm, n. 2. victima, quæ detractis extis, integra aræ imponebatur, עולה holah παρὰ τὸ ὅλον καίεσθαι, quod totū cremaretur.

Horophanta, qui ob consuenda mendacia vili conducitur mercede. Plau. Curc. Holophantam, an sycophantam hunc magis dicam, nescio.

Holoserica vestis, vel substantiuè Holosetica, otū, s. 1. n. 2. [*Vestido de seda,* G. Ein gantz seidin, oder summatio kleid, ὁλοσηρικὴ, genus vestis, quæ tota ex serico constabat, nulla alia materia admista, qua primus teste Lāpridio, vsus est Heliogabalus, Tacitus autem Imperator holosericę vestis vsum viris omnibus interdixit. Quam rarus autem fuerit apud veteres holoserici vsus, quantaq; eius caritas, docet Vopiscus in Aureliano his verbis; Vestem holosericam, neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri vtendam permisit. Et cum ab eo vxor sua peteret, vt vnico pallio blatteo serico vteretur, ille respondit, absit, vt auro fila pensentur. Libra, inquit, auri tunc libra serici fuit. Hactenus ille. Sericæ autem vestes a serinibus Indiæ populis sunt appellatæ, apud quos vermiculus, qui σὴρ appellatur, conficit molliorem illam lanam, quam Sericum appellamus, quod vermiculi genus, antea orbi nostro ignotum, à quoda chis quibusdam è Serinda, Indorum vrbe, ad Iustinianum Imperatorem allatum, hodie per omnem Europam sparsum est. De vermiculi huius natura, vide plura apud Baysium.

* Holvs, m. 2. herba quæ aristas educit è corpore. Plin.

* Holosteron, n. 2. herba, quæ mollē gramen dicitur, Plin.

* Homeridae, m. 1. familia illustris apud Chios Hellanicus.

Homeromastix, m. 3. ὁμηρομάστιξ, cognomē Zoili cuiusdam, qui eo solum nomine innotuit, quod præstantissimum poetarū omnium Homerū, libris aduersus eum editis, ausus fuerit inscitiæ arguere, quos libros cum Ptolomeo Aegypti regi obtulisset, rex tum quidem dissimulata indignatione, qui ex hominis impudentia cōceperat, post aliquot dies pecuniæ aliquid petenti quo inopiā subleuaret: Mirū, inquit, te inopia premi, qui multo Homero es doctior, cū ille, qui ante annos mille fato functus est, ēt hodie tot hoīum millia pascat. Tādē patricidij accusatus, iussu regis in crucē sublatus est. Dictus Homeromastix, quasi Homeri flagellū, μάστιξ. Græcis idem est, quod nobis flagellū. Vnde & Comici verberones, h. e. verberibus dignos mastigas identidē appellant. Extēditur & latiùs Homeromastigos appellatio, vt oīb. planè detractoribus accōmodetur, qui insatiabili reprehendendi libidine optima quæque lacerant. Plin. Proem. operis. Vt obiter, cancā istos Homeromastigas. Sic Virgilio mastix, Virgilij reprehēsor, & Ciceromastix, quo nomine Licinius eā librum inscripsit, quem in Ciceronem edidit, teste Gellio l. 17. c. 1.

Homervs, ri, m. 1 pe. pr. ὅμηρος, nomen poetæ Græci excellentissimi, qui fuit ante Romā conditā annis circiter centū sexaginta, vt Cornelius Nepos in libris Chronicorū tradit. Hic fuit cæcus, & ob id Homeri nomen sortitus est, cū prius Meleligenes diceretur, qd ad Meletem fluuium natus esset. Cumæi namq. & Ionęs captos oculis ὅμηρους, appellant, qd homeris, i. itineris ducib. egeant. Hinc Cæcutiens Mæonius nuncupatur a Martiano li. 1. de Nu. Philologiæ. Petrarcha in Bucol. Carmq. senem, sed multa videntem. De patria eius nihil certi traditur. Fert. n. nominis eius claritas, vt quę vetustate rebusq. omnib. egentē, nemo agnouerit, nunc multæ Græciæ vrbes certatim sibi vendicent, adeo vt quibus potissimum credere debeamus, non facilè sit discernere. Quod etiam testatur. Ci. pro Archia. Homerum (inquit) Colophonij ciuem dicūt esse suum, Chij suum vendicant; Salaminij repetunt: Smyrnæi vero suum esse cōfirmant; multi præterea pugnant inter se, atque contendunt. Extat ea de re distichon Græcum apud Gel. lib. 3. c. 11.

Ἑπτὰ πόλεις διαμάχονται περὶ ζώης Ὁμήρου·
Κύμη Σμύρνα. Χίος Κολοφών. Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Reliquam eius vitam breuitatis caussa hic prætermittimus, quam qui latius nosse cupit, Herodotum adeat, & Plutarchum.

Homicida, æ, p. p. m. 1. [*Homicida, micidiale,* רצח rotsech. Ge. Ein todtschlager, der ein menschen vmb das leben bringt. *Gal. Homicide, tueur de gent, meurtrier. Hisp. Homizziano, que mata hombre.*] ἀνδροφόνος, qui hominem necat. Cic. 2. Phil. Fateor eos plus quam latrones, plus, quā homicidas, plus quam parricidas esse. Interdum cū laude dicitur, pro viro forti, [*Forte,*] qui multos in bello occiderit. vnde Horatius Homicidam Hectorem dixit.

Homicidivm, dij, n. 2. [*Homicidio,* רצח retsach. G. Todtschlag. G. *Homicide, meurtre. Hi. Homicidio, o muerte de hombre,*] ἀνδροφονία, quæ alio, nois necatio. Qu. l. 5. c. 9. & Val. Max. li. 1. c. 5. & Pl. li. 18. c. 3.

Homilia, æ, f. 1. דברה dabberah, ὁμιλία, Græcis colloquiū, & cœtus significat, vnde concionem, siue orationem, quæ in cœtu habetur, scriptores Ecclesiastici Homiliam vocant.

Homileaticvs, deduxit Hieronymus ad Heraclium.

Homo, inis, m. 3. [*Huomo,* אדם adam אנוש enosch. G. Ein mensch. *Gal. Homme, on femme. Hisp. El varon, o la muger,*] ἄνθρωπος, ab humo dictus, vt Varroni placet. Ci. de Legibus Animal hoc prouidū sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & consilij, quē vocamus hominem, præclara quadam cōditione generatum est a supremo Deo. Idem 3. Offi. homo rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia, & caussas rerū videt. Idē 2. de Nat. Deo. Homo ortus est ad mundum contemplandū, & mirandum. Et paulo post. Deus homines humo excitatos, celsos, & erectos cōstituit, vt Deorum cognitionem cœlum intuentes capere possent. Ou. 1. Met. 2. Pronaq. cum spectent animalia cætera terram. Os homini sublime dedit, cœlumq. tueri Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus. Homo autem vtrumq, sexum complectitur, tam virum quam fœminam. Pla. in Cist. Merus vtrobiq. me agitat illos hominis miseras miseteq. Sulpitius ad Cic. Epi. Famil. lib. 4. Quæ si hoc tempore non suum diem obijisset, paucis post annis tamen erat ei moriendum, quoniam homo nata fuerat. Homo homini Lupus, ἄνθρωπος ἀνθρώπου λύκος, quo monemur, ne quid fidamus homini ignoto, sed perinde, atque a lupo cauēamus.

Homoeomeria, ὁμοιομέρεια, similitudo partiū. Luc. li. 1. Hinc & Anaxagoræ sectantur homœomeriā. Seruius super illud. Virgil. 4. Aen. Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor. Secūdum, inquit, Anaxagoram, qui dicit homœomeriam. i. omnium membrorum similitudinem esse in rebus creandis. ex ossibus, ex sanguine, ex medullis: nam omnia pro parte sui transeunt in procreationem. Homœomeria item appellatur, cum partes eandem rationem, atq. idem nomen cum toto obtinent, sic terram, vel aquam, ὁμοιομερῆ, esse dicimus, quod quāuis exiguam terræ aquæve partem, terram aut aquam appellemus. Sic etiam a Medicis in corpore animalis partes illę minimę ὁμοιομερεῖς, appellantur, quas hos similares nominamus: quales sunt caro, os, cartilago, & eiusmodi.

Homonymon, n. 2. p. c. eiusdem nois propriè. n. homonyma dīr res diuersæ eodē appellatæ noie: vt Taurus Asiæ mons, & bos masculus, eodem appellantur nomine, cum sint res diuersissimæ. Homonyma itaque dici possunt, quæ a Dialecticis vocantur æquiuoca.

Honestas, atis, f. 3. [*Honestà,* הדר hadhar נאוה chabodh יקר iekar. G. Ehrsamkeit, ehrlich Keit, achtbarkeit. G. *Honestete. Hisp. La honestidad,*] τὸ καλὸν, dignitas, decus, laus virtute comparata. Cicer. in Off. In officio colendo sita est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. Idem pro Mur. Nolite eum ante patris honestatibus atq. omni dignitate priuare.

Honestes, adu. [*Honestamēte, honoreuolmente.* G. Ehrlich, ehrbarlich. *Gal. Honestement, vertueusement, honorablement. Hisp. Honestamente, honorosamente, y sin reprehension,*] καλῶς, cum honore, & dignitate, Ter. in Eun. Honeste quomodo hinc abeā, nescio. Ci. de Am. Quāuis honeste id facerent, ius tamen amicitiæ deserere arguerentur.

Honestissimvs, a, um, o. 1. 2. ἐνδοξότατος, honore pleniissimus, Cic. Leuis dies nobis honestissimus fuit in senatu.

Honesto, stas, a. 1. [*Fare honore, honorare,* הדר hadhar כבד kebedh. G. Ehren, ehr anthun. G. *Honnorer, faire honneur. Hi. Honrar. hazer honor a otro,* τιμάω, decoro, honore afficio. Pla. Ca. Ne me secus honore honestes, quā ego te, cum seruiebas mihi. Ci. 1. Offi. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Sal. in Cat. Indignos homines honore honestatos videbam. Cohonesto, cum alijs honesto. Ci. Brut. Quos cohonestaris, si resp. municipium ve tuo studio, & diligentia bene administrata erit. Dehonesto, contrarium suo simplici.

Hone-

HONESTVM,sti,n.2.[*Ciò che è honesto,virtù,honestà*] נִכְבָּר nachon נִכְבָּד nichbadh הָדַר nehdhar.G.Ehrſamkeit,ehrbarkeit,τὸ καλὸν,virtutem prohibitatemq. ſignificat,quo cauetur,ne quid indecore,libidinoſe,turpiterque fiat,cogitetuve.Qu.lib.2.c.4.Iuſtum,pium, religioſum, cæteraque his ſimilia honeſto complectimur.

HONESTVS,a,um,o.1.2.*Honoreuole,laudabile,honeſto,* נִכְבָּד nichbadh טוֹב tob נָכוֹן machon הָדוּר dadhur יָקָר jakar יָקִיר jakkir.G.Ehrlich,ehrbar,chtſam,ehrenhafft.G.*Honeſte,louable,& de vertu dé bonne reputation.*Hi.*Coſa honeſta,hermoſa,honrada,y que pareſce bien,*] honore,& dignitate præſtans.Sall.in Iugurt. Quibus omnia honeſta,atque inhoneſta vendere mos erat.Item pulcher,[*Bello.*] Ter. in Eunu.Ita me Dij amẽt,honeſtus eſt.Sic etiam Inhoneſtus,mõ turpis,i.honoris expers,Cic. pro domo,Attilium hominem turpiſſimum,atque inhoneſtiſſimum iudicares:Modo deformis. Tere. in Eun.Illumine,obſecro,inhoneſtum ſenem,& mulierem ?

HONOR,oris,& Honos,m.3.[*Honore,ornamẽto,* הָדָר hadhar יְקָר jekar כָּבוֹד chabod.G.Ehr. *Gal.Honneur,dignité.* Hiſ.*Honra,hermoſura,*] τιμὴ,reuerentia,q̃ alicui exhibemus in virtutis teſtimonium.Cic. pro Cælio.Nomini vmquam præſenti Puteolani maiores honores habuerũt.Accipitur,& pro magiſtratu,[*Magiſtrato*] Idẽ de Clar. Ora. Honos eſt præmium virtutis,iudicio ſtudioq. ciuium delatũ ad aliquem,Aliquando pro forma,[*Belleʒza*]Vir.l.1.Aen.Et letos oculis afflarat honores.Aliqñ pro obſeruantia,[*Riuerenza*] Idem lib.8.Semper honore meo,ſemper celebrabere donis.Inuenitur, & pro ipſis ſacrificijs,vel odoribus,quos veteres Dijs ſuis accendebant.Virg.1.Aen.Aut ſtipplex aris imponat honores? Aliquãdo p̃ præmio,[*Premio,*] vt apud eundem. Ipſis præcipuè ductoribus addit honores.Mortis honos.i.ſepultura,vt,Cernit ibi mœſtos,& mortis honore carentes.Aliquando pro amore,[*Amare,*] Idẽ 11. Aen.Si quis amatæ.Tangit honos animum, HONOREM præfari dicimur,cum rem aliquam turpem dicturi,paucula verba præmittimus,quibus turpitudinis veniam a preſentibus precamur. Cicer. Pæto: Si dicimus,ille patrem ſtrangulauit, honorem non præfamus:ſin de Aurelia aliquid,honos præfandus eſt. Pro eodem dicimus.Habere honorem auribus,Curtius,li.5.ad vltimum opus (honos auribus ſit habitus)ima corporis velamenta proijciunt.

HONORABILIS,le,o. 3.[*Degno d'honore,* נִכְבָּל nichbadh יָקָל jakar יָקִיר jakkir.G.Egrwirdig.*Gal.Honorable,digne d'eſtre honnore.*Hi. *Digno de ſer honorado,*] ἄξιος τιμῆς,honore dignus. Liu. 4. ab vrbe, verendum magis quàm honorabilem faciebant.

HONORARIVM,rij,n.2. תְּשׁוּרָה teſchurah,γέρας,donum erat,te ſte Budæo,q̃ conſulib.olim in prouincias aduenientib.honoris loco dabatur,qualia hodie principibus ſuas primum vrbes ingreſſis porrigi,veluti bene ominandi gratia,ſolent.Honorarium ob id dictum quod honoris cauſſa dabatur, nõ tamquam debitum exigebatur. Ci.in Piſ.Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi? qui honorarij? ſiquidem poteſt vi,& metu extortum, honorarium nominari.Eſt etiam Honorarium apud Iuriſconſultos munus, quod patronis dabatur a clientib.olim enim patroni non exigebant officij ſui mercedem:clientes tamẽ, ne accepti beneficij inmemores viderentur,patronis pro ſuo cenſu,atq.arbitrio munus aliquod offerebant,quod honorarium vocant; eo quod magis ad honorandum patronum, quam ad mercedis ſatisfactionem ſoleret offerri.

HONORARIVS,a,um,o.1.2. יָקָר jakar,γερούσιος,quod ad honorem pertinet;vt Ius honorarium,id eſt,Prætorium,ab honore Prætorum. HONORARIVS arbiter dicitur, quem honoris cauſſa vtraq. pars ſummum facit ſuæ cauſſæ,& controuerſiæ iudicem.Cic.5.Tuſc.Quorum controuerſiam ſolebat tamquam honorarius arbiter iudicare Carneades.Ludi honorarij,quos Liberalia dicebant antiqui,vt inquit Feſt.dicti honorarij,ab honore videlicet eorum,qui munera ea populo edebant.Hinc.

HONORARIVS,TVMVLVS,m.2.[*Per honore,*] κενοτάφιον, qui honoris cauſſa erigitur.Suet.in Claud. Cæſ.

HONORATE,[*Honoratamente,* Germa.Mit ehren.*Gal.Honorablement.* Hiſpa.*Honoroſamente,*]dum honore, & dignitate,Ci.11.Phil. Quã honorate,quam grauiter ſæpè in ſenatu prædicauerunt? Tac.libr. 10. Filium eius honorate cuſtodierunt.

HONORIFICE,[*Honoratamẽte.*G.Ehrlich,mit ehr beweiſung.]honorate.Ci.6.Ter.In curiam venimus,honorifice ſane conſurgit.Idẽ ad Cælũ: Numquam niſi honorificentiſſime, Pompeiũ appellat.

HONORIFICO,as,a.1.[*Honorare,* כָּבַד chibbedh הָדַר hadhar.Ger.Ehr anthun,ehr erbieten,ehr beweiſen.*Gal.Honorer,faire honneur.*Hiſ. *Honrar,hazer honra a otro,*] honore afficio.Lact. li.7. Vt honorificent regem magnum.

HONORIFICVS,a,um,o.1.2.[*Ciò che fa honore,* יָקִיר jakkir חָדַר jakar G.Das ehr bringt oder ehrlich machet.*Ga.Qui fait honneur,honorable,* Hiſp.*Coſa que honra,*] τίμιος,quod honorem confert.Ci.Cœlio,Honorificus in me conſul fuit. Honorifica mentio alicuius apud eumdem ad Qu. Fr.

HONORO,tas,a.1,p.p.*Honorare,* נִכְבַּד chibbedh הָדַר hadhar.Ge.Ehrẽ, ehr beweiſen,in ehren halten.*Ga.Honorer.*H.*Honrar,*ἀγω ἐντιμῶ, honore afficio.Ci.de Diu.Amphiaraum ſic honorauit fama Græcia,Deus vt haberetur.HONORARE aliàs à Cicer.dr,honorẽ habere aliqui,honeſtare,honorẽ debitum alicui præſtare,honore augere. honore ampliſſimo ornare,[*Honorare*]Vnde HONORATVS, qui in honore habetur,[*Honorato.*]Cic.li.1.Off.Dicendum eſt,qualem hõis honorati,& principis domum placeat eſſe.Idem de Sen. Manent in claris,& honoratis viris.Inhonoro.contrarium ſuo ſimplici.

HONORVS,a,um,o.1.2.*Honoreuole,* נִכְבָּד nichbadh יָקָר jakar יָקִיר jakkir.G.Ehrlich.*Gal,Honorable,faiſant honneur.* Hiſp. *Honrado.que haʒe honra*]τίμιος,decorus,honorificus.Tac.l.3.Quæ in Druſum, patrẽ Germanici,honora,& magnifica Auguſtus feciſſet.Honora oratio,apud eũdẽ li.3.Vnde Inhonorus,ſine honore.Pli.li.5.c.30.

HOPLOMACHVS, m. 2. is, qui ſcuto, reliquiſque armis inſtructus, in arenam deſcendit. Nam ὅπλον,apud Græcos modò ſcutum, modò omnia generaliter arma denotat, quę pugnantibus vſui ſunt. Mar.lib.8.Hoplomachus nunc es:fueras ophthalmicus ante.

Pvrpvra,æ,f.1.[*Porpora,*ארגמן arghamàn.G.Ein meerſchneck,auſſ des ſchweiſſ oder blut iſt purpurfarbt.G.*Pourpre,ſoit le poiſſon,ou la teinture qu'on en tire. Hiſ. La concha de carmeſi color ,o el meſme color de carmeſi,*] πορφύρα. piſcis ex conchatum genere,in faucib. habens liquorem tingendis lanis maximè expetitum. Plin. li.9.c. 36.Purpuræ viuunt annis plurimum ſeptenis.Congregantur verno tempore, mutuoq; attritu lentorẽ cuiuſdã ceræ faluant.Purpuræ florem illum tingendis expetitũ veſtib. in medijs hñt faucib. Hinc Purpureus,a,um[*Di porpora.*]Vir.11. Aen. purpureus quondam color ora relinquit.Purpureæ veſtes, aliàs Tyriæ dictę, à loco vbi purpura optimè tingebatur. Pli.lib. 11.c.37. Ceſari,quo die primum veſte purpurea proceſſit,atq; in ſella aurea ſedit, ſacrificanti bis in extis defuit cor.Quandoq,tamen purpureum pro cæruleo poſitum legimus, preſertim cum de mari dicitur ex nimia altitudine nigreſcente,[*Verdiccio.*]Vir.li.4.Geor.In mare purpureum violentior influit amnis.Ci.3,Acad.Mare illud, quod nunc Fauonio naſcente purpureum videtur,idem huic noſtro videbatur.Vitr.auctor eſt,purpuras pro ſua proprietate alium atque aliũ habere colorem, & apud Tyron quidem rubrum, circa Africam autem puniceum ſuccum emittere,quo & purpura tingitur,quàm violaceam appellant. Cor. Nepos : Me iuuene violacea purpura vigebat.Primum autem tingenda purpuræ initium ad Herculem referunt Phœnices, teſte Iulio Polluce,qui cum Tyro puella conutatus,iuxta maris litus iter faceret,accidit,vt canis purpuram è mari eiectam nactus, carnem eius depaſceretur : cuius rictum cũ Tyro grauiſſimo colore infectum videret, negauit ſibi cum Hercule deinde quippiam futurum, niſi ille coloris eiuſmodi veſtem ſibi attuliſſet:Cui morem gerens Hercules,primus cruorem purpuris collegit, lanaque eo infecta, amicæ quam petierat veſtem attulit. Accipitur quandoque purpureus pro pulchro. [*Biondo.*] Virg.1.Georg. Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.Purpura antiquitus erat inſigne Romanorum magiſtratuum,quod Manilis affirmat, cum ait, Diuiſit noſtras purpurea veſtra togas; Vnde aliquando ponitur pro ipſis magiſtratibus. [*Magiſtrato.*] Idem; Purpura te felix,te colit omnis honos.

Pvrpvrarivs,ria,rium,o.1.2.πορφυρικός.vt Officina purpuraria,in qua purpura tingitur.Pli.lib.35.c.6.

Pvrpvrasco,is,re,n.3.πορφυρίζω. in purpuram vergere. Cicero 1. Acad.

Pvrpvratvs,ta, tum, o.1.2. [*Veſtito di porpora,*מחלץ methullàh. Ger. Mit purpur bekleidet. *Gal. Veſtu de couleur de pourpre. Hiſ. Veſtido de carmeſi.*] πορφυρίδι περιβεβλημένος. purpura ornatus. Cicero libro 1. Tuſc Iſta horribilia minitare purpuratis tuis. Liu. 1.Bell.pun.Cum Athenagora vno ex purpuratis Gabinius. Cicer. 4. Cat.

Pvrpvrevs.ea.eum,o.1.2.[*Porporino.* Ger. purpur farb.*Gal.de pourpre. Hiſ Coſa de carmeſi,*] πορφύρεος, quod purpurę colorẽ refert. Pli.lib. 10.c.32.Purpureis & candidis admiſtis pennis.Aer purpureus. Oui.6.Met.Amictus purpureus, Vir.3. Aenei. Aurora purpurea,Oui.3.Met.Labella purpurea, Idem 1.Am.Ele.13.Ver purpureum,Vir.9.Ecl.Inuenitur etiam purpureus pro purpurato(*Veſtito di porpora.*]Hor.lib.1. Car.Et purpurei metuunt tyranni.

Pvrpvrisso,sas,n.1.πορφυρίζω χρίω.purpura inficio. Plau. in Truc. Iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes.

Pvrpvrissvm,si,n.2.πορφυρίσσον,Ariſt. & Polluci coloris genus ex creta argentaria purpurę ſucco inebriata, quo & pictores vtuntur, & mulierculæ purpureum genarum colorem ſibi conciliant. Pli. lib.35.cap.6.

Pvrpvro,as,n.1.πορφυρίζω.in purpuram vergo. Col.lib.10.

Pvrvlentvs,ta,tum,o.1.2.[*Marcio.*מדי teri.Her. Eiterechtig,vol eiter.*Gal.Plein de boue,& d'ordure d'apoſtume.Hiſ. Coſa podrida,*] πυώδης.quod purè,ſiue ſanie plenum eſt.Plin.lib.22.c.11. Auribus purulentis medetur. Idem li. 20.c.2. purulenta expuentibus auxiliatur.Hinc purulentè. Plin. in Procem. lib. 23.Oſſibus purulentè limoſis plurimum confert.† Purulentia, æ. *ipſa puris* plenitudo.]

Pvrvs,a,um,o.1.2.caſtus,nitidus.)(impurus, contaminatus, [*Puro, netto,ſemplice.*נקי naki, תהור tahòr.G.Rein,ſauber. G.*Pur,net, clair.Hiſ.Puro,y no mezolado,limpio,*]καθαρὸς ἀγνός. mundus,ſine ſorde.Ci.pro Cęc.Quicquid inde haurias, purũ liquidumq; te haurire ſentias.Hor.3.Car. Ode 16.Puræ riuus aquæ.Cic.2.de Na. Deo.Acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolant eas,in quibus aer ſit purus ac tenuis,quàm illorum, qui vtantur craſſo cęlo,atq; concreto. Hinc Pura veſtimenta aucterib.dicebantur, quę ſacerdotes ad ſacrificium ſumebant.i.non ficata,non maculam habentia;& purum aurum, rectè expurgatum,coctumque.Purus locus,id eſt,liber a religione. *Vlp.in l.* locum,de relig & ſump.fun.purum locum eſſe definit,qui nec ſanctus,nec ſacer,nec religioſus eſt.Sic pura oratio, a Ter.in Heau. prologo dicitur,quæ nihil fęcis barbaræ habeat admiſtũ.Pura hoſta,a Virg.6.Aen.appellatur,quæ eſt ſine ferro;quæ præmium fuit apud antiquos militum,eorum, qui ex memorabili aliquo prelio victores euaſiſſent.Purá vaſa,a Paulo in l. ſi in rem, de rei uendi. dicuntur,quę ſunt ſine emblemate,ſine cælatura & incruſtatione. Purum iudicium,a Cic.2.de Inu.pro ſimplici & abſoluto ab omni exceptione. Hinc Purè,[*Puramente.*]aduerbium. Cicer. 1. de Nat.Deo.Hæc enim omnia purè ac caſtè tribuenda Deorum numini.Idem de Sen.Quietè,purè, & elegantèr acta ætas. Loqui purè & emendatè. Ci. de ōpt.gen.ora. Legitur & puriter,apud Cat. de re ruſt.cap. 23.† Hinc Puritas,munditia,caſtitas.]

Pvs,puris,n.3.[*Marcia.* Ger. Eiter.*Ga.La boue & ordure qui ſort d'vn clou apoſtume,ou ſemblables.Hiſ.La putrefattione, ò podre,*] πύον. ſanies coacta,& ex maturitate craſſa iã effecta & albida. Pl. li.28.c. 11. Si grauitas ſit audiendis, fel bubulum cum vrina capræ prodeſt,vel ſi pus ſit.Pus à ſanie diſtinguit Celſus lib.5.cap.6. his verbis: Sanguis oĩbus notus : Sanies eſt tenuior hoc,varie craſſa, & glutinoſa,& colorata: Pus craſſiſſimum, albidiſſimumq;glutinoſius & ſanguine & ſanie. Exit autem ſanguis ex vulnere recenti, aut iam ſeneſcente:ſanies eſt inter vtrumq; tempus: pus ex vlcere iam ad ſanitatem ſpectante. Mouere pus,eſt pus euocare,& euocare. Celſ.

Pvsa,f.1.[*Putta, fanciulla,*] παιδίον κόριον. pro puella apud antiquos accipiebatur. Feſtus.

Pvsillvs,a,um,o.1.2.[*Vecciolino,*חקטין haccatàn מעט mehàt. Geklein.*Gal.Petit.Hi.Pequenno,ò pequito.*]τυθρός.paruulus,exiguus. dim.a Puſus,quo veteres pro puerulo vtebantur. A quo rurſus aliud dim.Puſillulus.Mar.li.1.Cotta,puſillus homo eſt. Trebonius ad Ci.li.12.Nactus in nauigatione noſtra puſillũ laxamenti. Hor. 1.Ser.Sat.4.Dij bene fecerunt,inopis me,quodq; puſilli Finxerũt animi. Cic.ad Brutum;Puſillam epiſt.Iuu.Sat.5. Terra malos homines

Putrefactio videtur esse pulvis. Vere pulvis Mos. 3. Sic. Sap. Terra es, & in terram ibis. Quæ componuntur Pulvis immo, Sap. 15. Quæ ex terra sunt, in terram ibunt. Ein Kürtzer Bericht Ecclesiast. Das Fleisch verfaulet. Hæc omnia sic se prædicant, Levitic. 11. Quæ putrescunt, sunt Cic. Quæ corpore subtilissimo & tenuissimo, & non longo spatio putrescunt, hos Soles Nonnus ex Ovidio Metam. 15. Quæ putrescunt, sunt Ovid. Quæ putrescunt, sunt Virgil. Quæ putrescunt, sunt Plin. Quæ putrescunt, sunt Ovid

legitur coniunctum cum adiectiuo purus: vnde Argentum purū putum dicitur, quod ita excoctum est, itaque purgatum, vt nihil alterius materiæ habeat admistum. Gel. lib. 6. cap. 5. Cautum fuisse vt Carthaginenses quotannis pop. Ro. darent certum pondus argenti puri puti. Pla. Pseu. ad hominem transtulit, cum ait; Polymachæroplacides putus est ipsus. Quasi dicat, ipse omnino est, & non alius prorsus. Fest. Putum antiqui pro puro dicebant: vnde putum aurum, putatum dici solet, i. expurgatum. Orationes putissimę. Cic. Att. lib. 2.

P A N T E Y

Pycta, pyctæ, vel pyctes, m. 1. πύκτης. Latine pugil. Lampridius in Heliog. Gladiatores ante conuiuium pugnantes sibi, & pyctas frequenter exhibuit. Hinc Col. lib. 8. c. 2. Gallinaceum in certaminibus gallorum pugnacem pycten vocat. Plin. lib. 7. c. 47. Euthymus pycta semper Olympiæ victor.

Pyctacivm, cij, n. 2. πυκτάκιον. apud Lampridium in Alexandri vita, dicitur album, hoc est, tabella dealbata, in qua nomina iudicū selectorum describebantur.

Pydna, f. 1. oppidum Macedoniæ ad Sinum Thermaicum. Plin. lib. 4. cap. 10.

Pygargvs, m. 2. πύγαργος. caprea siluestris, non dissimilis stamis. Pl. lib. 8. cap. 53. Sunt & damæ, & pygargi. Iuu. Sat. 11. Sumine cum magno lepus, atque aper, atque pygargus. Est item pygargus auis ex genere aquilarum. Plin. 10. c. 3.

*Pygela, f. 1. Vrbs Ioniæ, non procul ab Epheso. Theopompus.

*Pygmalion, m. 3. Beli Tyrionum regis filius, frater Didonis.

Pygmaei, m. 2. [*Pigmei vrani* גמדים ghammadim. G. Kleiner erdmenlin, nur eines einbogens hoch, wohnhafft in den eusseristen bergen Indię,] πυγμαῖοι. vt lib. 7. scribit Pli. cap. 2. Populi in extrema parte montium Indiæ habitantes, salubri cœlo, semperque vernante, qui ternos dodrantes non excedunt: vnde Pygmęi dicti sunt, quasi πυγμαῖοι, hoc est, cubitales, πυγὼν enim cubitum significat. Horum mulieres quinto anno pariunt, senescūt octauo. Ari. in cauernis viuere pygmæos tradit. Pli. quoque lib. 4. c. 11. in Thracia Pygmęos fuisse scribit, Vrbemque Geraneam tenuisse, donec a gruibus fugati nouas sibi sedes quęrere sunt coacti, ad quod etiā spectare videtur illud Iuuen. ex Sat. 13.

Ad subitas Thracum volucres, cubemque sonoram.
Pygmeus paruis currit bellator in armis.

Pylades, dæ, vel dis, p. c. m. 1. & 3. πυλάδης. Strophij Phocensis filius indissolubili amicitiæ vinculo cū Oreste cōiūctus: nā cū Clytemnestra ab Ægysthо adultero adiuta, Agamennonem occidisset, Strophius Orestem adhuc puerum certissimæ neci subduxit, & in regno suo vna cum Pylade educauit. Postea cum Orestes, gratia vindicandę paternæ mortis, matrem peremisset, eamq; ob rem in furorem conuersus esset, Pyladem perpetuum omnium suarum profectionum comitem habuit & socium periculorum: tantaque sese mutui amoris vehementia sunt prosecuti, vt alter pro altero mori non recusaret. Cic. de Amic.

*Pylene, f. 1. πυλήνη. oppidum Aetoliæ. Hom. in Catologo.

†Pylorvs, ri. p. p. πυλωρός. a medicis appellatur os inferius ventriculi, per quod primæ coctionis excrementa emittuntur in aluum, & inde in secessum. Latine dicitur Ianitor, ab officio.]

*Pylvs, f. 2. πύλος. oppidum agri Messenaici, in tractu occidentali Peloponnesi: inde Pylius Nestor.

Pyra, f. 1. [*Monte di leene,* מדורה medhurah. G. Ein holtzbeigen, scheiterhaig. G. *Vn monceau de bois, por mettre au feu.* Hi. *Hoguera,*] πυρά. lignorum congeries, cuiusmodi olim cremandorū corporum causa extrui solebant. Vir. 4. Aen. At regina pyra penetrali in sede sub aras Erecta ingenti. Idem 11. Aen.

†Pyralis, πυραλίς. animalculum pennatum, magnitudine muscę, ex igne proueniens alijs Pyrausta vocatur. Plin. lib. 12. cap. 36.]

Pyramis, dis, p. c. f. 3. *Piramide.* G. Ein viereckechtig gebew vndē set breit, das sich in die hoeche zeucht, vnd ie leger ie mehr miss in ein spitz verleurt,] πυραμίς. moles maxima quadrata, ita cōstructa, vt è lato in acutum tendat in formam flammæ, quæ ima sui parte latior, in acuminatum desinit fastigium. Maximæ huius generis in Ægypto fuisse memorantur circa Memphim structuræ, ex quadratis laditibus admirandæ, fastigiatæ vltra omnem excelsitatem, quæ manu fieri posset (vt scribit Soli.) sub quibus sepeliebantur reges. Excogitatæ primum a regibus Ægypti, ne plebs esset otiosa, vel ne pecuniam successoribus relinquerent. Plin. lib. 36. cap. 12. Hinc Pyramidatus, a, um. in formam pyramidis factum. Ci. 1. de Nat. Deor. Pyramidata, curuata quædam & quasi aduncа.

Pyramvs, p. c. m. 2. [*Piramo.* Ger. Ein Babylonischer Iungling, welcher vmb die Thisbe gebulet, vnd sich selbst entleibet hatt.] πύραμος. adolescens Babylonius, qui Thisbes vicinæ puellæ mutuo amore captus, amicæ persuasit, vt deceptis custodibus, in solitudinem quandam extra vrbem ad se conueniret, quo cum puella prior venisset, conspecto leone, trepida profugit ad syluas, relicta præ festinatione amiculo, quod inuentū leo dilacerauit: veniens deinde in locum constitutum pyramus, cum Thisbes amiculum à fera dilaceratum agnouisset, arbitratus ipsam a Leone esse deuoratam, doloris impatientia, quo accinctus erat gladio seipsum interemit. Thisbe quoque cum posito timore, ex silua redijsset, Pyramumque ex vulnere adhuc palpitantem agnouisset, exempto ex vulnere gladio, sibi etiam mortem conscisiuit. Hoc nomine etiam dictus est fluuius Asiæ, Nili modo limum deferens, qui magnam Cilicię partem adiecit. Strab. lib. 1.

Pyrene, p. p. f. 3. [*Pirene,*] πυρήνη. nomen puellę Bebryeis filiæ, in Pyrenæo monte ab Hercule compressæ, atq; à feris laniatæ, & ibi sepultæ: qui mons quoque a poetis Pyrene nuncupatur. Silius lib. 3. Pyrene celsa nymbosi verticis arces Diuisos Celtis latè prospectat Iberos & Tibul. lib. 1. Non sine me est tibi partus honos, tua bella Pyrene Testis, & Oceani litora Santonici. Hic mons Galliam ab Hispania diuidit, ab exortu & æquinoctiali in occasum brumalē porrectus, ita dictus ἀπὸ τοῦ πυρός, ab igne, siue quod crebris fulminum ignibus feriatur, siue quod Pyrenęi montis siluæ (vt auctor est Diod. li. 6.) iniecto a pastoribus igne, olim vniuersæ conflagrauerint. Silius a Pyrene puella Pyrenęum saltum dici autumat. Dicitur autem mons ipse Pyrene, & Pyrenæus mons. Pirene autem per i, nostrum, siue pyrene, (πυρήνη. Suidæ) est fontis nomen (vt inquit Probus) in Helicone Musis consecrati. Strabo autem Pirenem fontem sub Acrocorintho monte nominauit, cuius meminit & Persius, & Plau. in Aul. Stat. lib. 1. Sil. In posteriore hac significatione prima syllabam semper producit: quia apud Grecos scribitur per ι diphthongum, in priore eandem habet indifferentem, vt facilè est videre ex testimonijs Catulli, & Silij, paulo antè citatis.

Pyrethrvm, n. 2. *Pirethro.* G. Bertram oder speichel wurtz] herba quam Romani Salinarem appellant. Folia & caulem emittit dauco siluestri & fęniculo similem. Oui. 2. de Arte; Tritaque in anniso flaua pyrethra mero. Pli. li. 28. c. 6. Dioscor. lib. 3. c. 84.

Pyrgoteles, p. c. m. 3. gemmarum sculptor nobilissimus. Pl. l. 37. c. 1.

*Pyrgi, orum, m. 2. oppidum in ora Tuscię, Ptolemæo.

Pyrgvs, m. 2. [*Torre,* מגדל mighdal. Ge. Ein thurn. G. *Vne tour. Hi. Torre.*] πύργος. Latinè turris, quod fulgureis ignibus ferri turres consueuerunt. A cuius similitudine pyrgus et vasis genus dicunt cauitate sessili, quo coniecti tali agitantur, anteqnam in aleoolum emittantur. Hor. 2. Ser. Sat. 7. Mittere in pyrgum talos. Mar. Turriculam, Latino vocabulo appellauit. Persius Orcam dixit; Angustæ collo non fallier Orcę. Porphyrio pyrgum idem esse docet cū fritillo, vasculum scilicet, in quo coniectę tesserę, agitateq. mittuntur. Iuu. Paruoq. eadem monet arma fritillo. Quibus verbis clarum fit, Fritillum turriculam esse, non tabulam lusoriam, quæ lata & spatiosa esse consueuit, & quæ alueus siue aleoolus, siue latruncularia tabula dicitur.

Pyrites, p. p. m. 1. πυρίτης. silicis genus, quod in metallis & fluminibus quibusdam inuenitur. Plin. lib. 36. c. 19. Dictus pyrites, quod egerrima quidem ignem accipiat, semel tamen acceptum diutissimè conseruet: vide Georgium Ag. de re metal. qui multo plura enumerat pyritarum genera. Pyrites, [*Pietra focaia,*] item dicitur silex ille, qui ferro illisus ignem emittit. Pli. li. 36. c. 19.

†Pyroboli, p. c. πυροβόλοι. tela sunt ignita & ardentia, quę cum flamma mittuntur.]

†Pyromantia, πυρομαντεία. genus diuinationis quę fit per ignem. Vide in dictione Magnic.

Pyropvs, pi, p. p. m. 2. quoddam metalli genus, flammæ colorem referens, vnde & nomen habet. Ouid. 2. Met. Flammas imitante pyropo.

Pyrrha, f. 2. πύρρα. Deucalionis vxor, quæ post diluuium vna cum marito iactis post terga lapidibus humanum genus fertur reparasse. Ouid. 1. Met. Est & Cariæ ciuitas. Plin. lib. 5. ca. 29. Est & oppidum in Lycia. Idem lib. 5. cap. 27. Item aliud in Eubœa insula. lib. 4. cap. 12. Aliud prętera in Magnesia. Idem lib. 4. cap. 9. Idem aliud ad Pontum Euxinum, non procul a Męotide, maris imperu haustum, lib. 2. cap. 92. Aliud in Lesbo insula. Prol. lib. 5. c. 2. & Pl. li. 5. c. 31. Est item Pyrrha, siue Pyrrho, insula Cariæ adiacens, in sinu Ceramico. Idem lib. 5. c. 31.

Pyrrhicha, siue Pyrrhiche, es, f. 1. πυρρίχη. genus fuit saltationis enopliæ, hoc est, quam armati peragebant, quæ Lacedæmoniorū iuuentuti loco bellici progymnasmatis erat, teste Aristoxeno, apud quos a quinto statim ætatis anno pueri incipiebant πυρρίχιζειν, accinente interim aliquo carmen hyporchematicum, ad cuius numeros motus componebant. Pl. lib. 7. cap. 57. a Pyrrho quodam Cretensi primum institutam tradit in Creta. Aristoxenus originem eius ad Pyrrhichum quendam Laconem refert. Aristoteles contra ad Pyrrhum Achillis filium, quem primum omnium Pyrrhicham ait saltasse ad Patrocli rogum. Suet. in Cæs. Pyrrhichen saltauerunt Asię principum liberti.

Pyrrhicharii, m. 2. πυρριχίδαι. siue Pyrrhicharij, (vt scribebant veteres nullam peregrinam litteram recipientes) qui pyrrhichan saltabant armati. Vlp. l. aut damnum ff. de pœnis.

Pyrrhichivs, m. 2. πυρρίχιος. pes metricus, constans ex duabus syllabis breuibus: dictus a Pyrrho, qui primus victoria potitus, frequentibus pyrrhichijs est laudatus.

PVTEANVS, vulgò Puteanus Erycius, primò pater, deinde Bibliothecarius Principis Mauritij Nassouij Parthenij Belgarum principis, cuius nomine ad Ferdinandum imperatorem Nicolaum Burgundium legatus est, & in quamplurimis Germaniæ, Galliæ, & Italiæ urbibus quater plus quàm triennium, magna laude versatus, anno 1646. Lovanij mortuus est.

PYTHAGORAS, Pythagoræ Archij filius, ex Pythonica Pythagoræ matre natus, Samius, Philosophorum facile Sec. Nic. Sybio Pythagoræ Mnesarchi filio, Samio

Pieria quadrans tibi nullus in arca Oſtendatur. Quadrans operę, apud Col.lib.2.c.4.Eſt quarta pars operæ.Eſt etiam Quadrans,cũ de menſuris loquimur,quarta pars Romani ſextarij,hoc eſt, cyathi,vel vnciæ tres. Quadrans pedis,τετράπους.de menſura quattuor digitorum,quam etiam Palmum minorem vocamus.Hinc Quadrantalis,& hoc quadrantale.Pli.lib.15.ca.13. Quattuor pedum, & ſemipedis per medium ambitum, craſſitudine quadrantali, id eſt,pedis quartæ partis.

QVADRANTAL,n.t.κύβος.figura eſt omni ex parte quadrata, quales ſunt cubi, & teſſerę, quibus in alueolo luditur. In quamcunque enim partem incubuerint, immotam habent ſtabilitatem. Eſt etiam Quadrantal,ἀμφορεύς.menſuræ genus,pedem qua quauersũ quadratum habens, continens ſextarios quadraginta octo,vſitatiore nomine Amphoram appellamus. Plaut. in Curc.Capit quadrantal.†Hinc.Quadrantalis,le.[*di quatro deta*]Plin.lib.15.c.13.]

QVADRANTARIVS,a,um o.1.2.τετραπημοριαῖος.à quadrante,vt quadrantaria permutatio,ideſt,permutatio quadrantum.Ci.pro Cæl. Niſi fortaſſe mulier potens quadrantaria illa permutatione facta familiaris erat balneatori. Alludit enim ad id, quod ait Plut. in Ci.P.Clodij ſororem ab amatore deceptam: vnde mulieri nomẽ inditum,quadrans.Accipitur pro vili,& contemnendo:vnde quadrantaria meretrix dicitur viliſſimum ſcortum, quod vix paucis quadrantibus noctes ſuas poſſet locare.Huc etiam reſpexiſſe videtur Cæcil.apud Quin. Cum Clytemneſtram Quadrantariam vocat, impudicitiam nimirum illius notans: ſolet enim proſtibulis aliquot quadrantium merces eſſe conſtituta.

QVADRARIVS,o.1.2. adiectiuum, τετράγωνος. idem quod quadratus,aut certè quadrangulus; vt Vas quadrarium. Cato de re ruſt. capit.18.

QVADRARII,m.2.dicuntur marmotarij, qui marmora ad amuſſim quadrant.Qua voce vſus eſt Sidonius Apollinaris.

QVADRATVRA,ſ. 1. τετραγωνισμὸς. ipſa quadratio.i.alterius figurę ad quadratam reductio. Vnde Archimedes ſcripſit de quadratura circuli.Vitruuius autem, Quadrationem vocat.† Hinc quadratarius.]

QVADRATVS,a,um,o.1.2.*Quadrato.* רבוע rabuangh, מרובה merubbah.G.Geuieret,uierſchrotig,viereckecht.*Gal. Quarré,eſquarré. Hiſp.Quadrado,del todo,*]τετράγωνος. quod habet quattuor angulos rectos æquales.Liu.lib.6.Capitolij quoq, ſaxo quadrato ſubſtructum eſt.Plin.ep.254.Manent adhuc pauciſſimi arcus:poſſunt, & erigi quidam lapide quadratum agmen. Ci.2.Phil. Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur ſcutati milites. Liu. lib. 2. Valerius quadrato agmine peditem ducit. Turres quadratę,i.quadrilaterę, apud Luct.lib.4.Dimenſio quadrati.Cic.4.Tuſ.Mutare quadrata rotundis. Hõrat.1.epiſt.1. Quadratum corpus.i. mediocre, quod neq; nimis procerum eſt,neq; nimium humile,ſed medio quodã temperamento decorum,Celſus medicinæ lib.2. Corpus habiliſſimum quadratum eſt,neq; gracile; neq; obeſum.Col. de canib. probatur, inquit, quadratus potius, quàm longus, aut breuis.Sic Suet.Veſpaſianum ſcribit quadrata fuiſſe ſtatura. Quadrata compoſitio.i.æqualiter fuſa. Quin.lib.2.cap.5. Quæ leuis & quadrata, ſed virilis tamen compoſitio.

QVADRIDENS,o.3.quattuor habens dentes. Cato cap.10.Paſtros quadridentes duos.

QVADRIENNIVM,nij,n. 2. τετραετία. ſpatium quattuor annorum. Ci.5.Ver.Cum quadriennio poſt in Siciliam veniſſem, &c.

QVADRIFARIAM,[*In quattro parti.*Ger.In vier theil.*Gal. En quatre parts,en quatre ſortes.*H.*En quattro maneras*] τετραχῶς.quadripartito,in quattuor partes.Liu.4.quadrifariam diuiſo exercito,Idem li.1.Quadrifariam vrbe diuiſa.Suet.in Vitellio: Epulas trifariam ſemper,interdum quadrifariam diſpertiebat.

QVADRIFIDVS,a,um,o.1.2.τετράσχιστος.quod in quattuor partes findi poteſt.Vir.2.Geor.Quadrifidaſq; ſudes,& acuto robore vallos. Trabs quadrifida.Val.1.Argon.Labor quadrifidus.Cla.Panegy.5.

QVADRIFORIS,& hoc re,o.3.quod quattuor fores,ſiue foramina habet.Plin.lib.11.cap.21.Veſpę nidos faciunt ferè quadrifores.

QVADRIGA,drigæ,f.1.[*Caretta da quatro caualli,* מכבה merchabah. Germ.Ein wagen,vor dem vier roſſ eingeſpannen ſeind.*Gal. Char ou chariot a quatre cheuaux,attelez en vn'harnois.Hiſp.La caretta, o carro de quatro cauallos*] τέτριππος. currus quattuor equis iunctus,quaſi quadriaga.Gel.lib.19.cap.8. Quadrigas Cęſar pluralj numero ſemper dicendas putat.Hor.2. Car. Ode.16. Tibi tollit hinnitum Apris quadrigis equa.Cic.de Clar.Ora.Nec enim quadrigis eam ſecundum numerauerim,aut tertium.Idem 3.de Nat. Deor. Mineruam quadrigarum inuentricem ferunt. Aliquando quadrigarum nomine intelliguntur equi, qui quadrigas agunt. Col.lib.2. ca.9. Sacrorum certaminum ſtudioſi perniciſſimarum quadrigarum ſemina diligenti obſeruatione cuſtodiunt. Plau. in Aſi. Nunquam indipiſcet quadrigis albis poſtea: Vbi quadrigas albas vocat equos Veneris,qui albi erant. Vir.8.Aen. Haud procul inde citę Metium in diuerſa quadrigæ Diſtulerant.Hinc Quadrigula.Cic. de Cato. Philippus in capulo quadrigulas vitare monebatur.Quadrigarum inuentorem, Virg.nominat Erichthonium: Primus Erichthonius currus, & quattuor auſus iungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor.

QVADRIGARIVS,rij, m. 2. qui quadrigas in Circenſibus agebat,inquit Aſc. Var.2.de re ruſt. cap.7. Quadrigarius, & deſultor.Fuit præterea cognomen Quint. Claudij ſcriptoris veteriſſimi, noſ ſemel à Gell. citati.

QVADRIIVGI,ſiue Quadrijuges, m. 2. & 3. τετράζυγες,τετράσυ. equi quaterni ad vnum iugum alligati:vt Bijugi, Trijugi, & Seiugi, cum duo vel tres, vel ſex equi ad vnum iugum adhibentur. Ouid.2.Meta. Tritumque relinquunt Quadrijuges ſpatium. Virg. 10.Æne.Quadrijugi,idem quod quadriga. Vir.3.Geor.Quadrijugo vehitur curru.

QVADRIGATVS,m.2.numus erat argenteus,quadrigę imaginem habens impreſſum.Pli.lib.3.cap. 33. Notæ argenti fuere bigæ, aut quadrigæ,& inde Bigati,& Quadrigati.Liu,2.bel.Pun.Pacti,vt arma atque equos traderent in capita Romana tricenis numis quadrigatis.

QVADRIGEMINVS, o. 1. 2. Pl.lib.8.cap.23.Cornicula quadrigemina.

QVADRILIBRIS,& hoc bre,o.3.quattuor librarum.Plau.in Aul.

QVADRIMATVS,us,m.4.ætas quattuor ann.Plin.lib.8. cap.47.Col. lib.7.cap.9.

QVADRIMVLVS,o.1.2.Plau.in Pen.Altera quadrimula.

QVADRIMVS,o.1.2.quatuor annorum. Plaut. in Cap.Petdidi filium puerum quadrimum.Pl.lib.8.cap.44.Neque quadrimis minores, neque decennibus maiores.

QVADRINGENTI,o.1. 2.[*Quattrocento,* ארבעמאות arbach meoth. Ge.Vierhundert]τετρακόσιοι. quater centum.Cic. in Piſo.Annos tenueramus quadringentos iudicium, rationemque cenſoriam.

QVADRINGENTIES.Ci.pro Rab.Seſtertium bis millies quadringenties.Quadringenteſimus,a,um, poſtremus ex quadringintis. Plin. lib.8.cap.6.

QVADRIGENVS,a,um, o. 1. 2. & vt nonnulli legunt Quadringenus, vel quadricenus.Liu.8.Vectigal eis Campanus populus ruſtus pẽdere denarios numos quadrigenos quinquagenos.

†QVADRINVS,a.um.p.p.pro quatuor dicitur.Plin.lib.11.ca.36.Trinis,aut quadrinis diebus.]

QVADRIPERTIOR, iris,d.4.[*Diuider in quattro parti,* רבע ribbeah. Ge.Viertheilen,]in quatuor partes diuido: vnde Quadripertitũ. Plin.lib.15.cap.22. Nucleorum quadripertita diſtinctio. Cic. 3. Ver. Quadripertita diſtributio totius accuſationis.

QVADRIPARTITO,τετραχῶς.quadrupliciter,in quattuor partes.

QVADRIREMIS,mis,f.3. τετρήρης. nauis quattuor remorum ordines habens.Liu.4.bel.Pun. Præmiſſa quadriremis capitur.

QVADRIVIVM,n.2.τετράοδος. locus publicus, vbi quattuor viæ concurrunt.Catul.ad Cælium,de Lesbia;Nunc in quadriuijs,& angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes.Iuuen.Sat.1.

QVADRO,das,n.1.in quadrum redigo.[*Quadrare,* רבע ribbeah.Ge. Geuiert machen,In die vierung bringen.*Gal. Eſquarir.Hiſ.Quadrar con eſquadra.*]τετραγωνίζω.Horat.libro 1.epiſt.6.Et quę pars quadret aceruum.Col.li.11.c.2.Abies, atque populus ad vnguem quadrantur. Per translationem pro conſentire, & ex omni parte conuenire.[*Eſſer proportionato.* Tractum a lapidibus quadris, qui omnium laterum æquali proportione inter ſe optimè conueniunt. Virg.2.Georg.Secto via limite quadret.Cic.3.de Orat. Eam coniunctionem numeroſè cadere & quadrare volumus. Idem de Clar.Orat.Tibi quadrat,omnia in illis fuiſſe paria.Cic.ad Att.lib. 4.Viſum eſt hoc mihi ad multa quadrare.Cic.pro Cælio. Omnia cum turpitudine aliqua dicta, in iſtam quadrare aptè videntur.

QVADRVM,dri,n.2.τετράγωνον. quattuor æquales lineas, quattuorque angulos rectos habens.Col.li.8.c.3. Pericæ dolantur in quadrum, In quadrum ſententias redigere, eſt ſuo numero ſeruato æqualiter diſponere.Cic.in Orat.

QVADRVPEDO,as,n.1.[*Andare in quattro piedi.*Ger.Mit vier fueſſen gehn]τετραποδίζω.quattuor pedib.gradior:vnde Quadrupedantia animalia,quadrupedia dñr. Vir. 2.Æn. de equis.Perfractaque quadrupedantum Pectora pectorib.rumpunt. Quadrupedans ſonitus. Virg. 8. Aen. Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum.

QVADRVPES,pedis,o.3.[*Che hà quattro piedi.*G.Vierfueſſig.*Gal.Qui a quatro pieds.H. Coſa de quatro pies,*] τετράπους.quattuor habens pedes.Ter.in And.Quadrupedem cõſtringito.Ouid.15.Met.Mox quadrupes rituq; tulit ſua membra ferarum. Sæpe accipitur ſubſtantiuè:idq; modo in maſculino genere. Virg.11.Æn.Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat.Modo in fem. g. Quin.li.1.c. 10.Diſtentæ quadrupedes viridi pabulo.Plin.lib.10.c.33.Vt nulla quadrupes poſſit accedere. Aliquando etiam in neutro. Col. lib. 11.cap.2.Maiora quadrupedia charactere ſignari debent. Idem l. 2.cap.24.Quadrupedia tempus idoneum eſt caſtrandi.

QVADRVPLATORES, m.3. *ἁρπάγματα,σύμματα.*à Quadruplor,aris,dicuntur delatores, quod quartam partem bonorum damnati adipiſcebantur. Cice. 5. Ver. Næuius Turpio,homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus.Liu.3. Quadruplatoris & interceptoris litis alienæ perſonã laturum Aſc.Quadruplatores,delatores

torès erant criminum publicorum, in quia tertiam partem e proscriptorum bonis,quos detulerant,consequebantur.

QVADRVPLEX,plicis,o.3. quatuor modorum, specierum,ordinum. Liu.10.bel. Pun.Oneratiarum quadruplicem ordinem pro muro aduersus hostem opposuit. Cic. 1. Att. Præter quadruplices stellas in fronte locatas.Interdum multiplicatiui numeri vim habet, idē significans,quod quadruplus.Plau.Cur pecuniam quadruplicem ibi te auferam? Plin.lib.12.cap.11.Arbor floret,albæ violæ specie, sed magnitudine quadruplici.

QVADRVPLICO,as,a.1. τετραπλασιάζω. in quadruplum augeo. Pla. Sucho,qui lucris quadruplicauit rē meam.Quadruplicato,aduerbium. Pl.lib.4.cap.4.Emptis quadruplicato viueis. Idem li.2.c.17.

QVADRVPLOR,aris,d.1.delator fio, & damnati quartam partem accipio. Plau.in Pet. Neque quadruplari me volo.

QVADRVPLVS,a,um.1.2.quater tantundem. Pli.lib.7.cap.48.Cornici nouem nostras attribuit ætates,quadruplum eius ceruis. Plaut. in Truc. Inte manum iniiciam quadruplus, ideſt, ego quartus,seu a tribus adiutus. Quin.lib.6.cap.5.Cum duo fures pecuniam abstulerunt,quadruplum quisq; an duplum debeat.Cato in Præf.operis de re rust. Maiores nostri sic habuere, furem dupli condemnari, fenératorem quadrupli. Quadruplo,aduerb. Pl.lib.11.c.17.

QVÆRITO,as,n.1.[*Cercare*, בקש chippes. G. Suchen eines suchens, offt suchen.]ἐπιζητέω.freq.instanter quæro. Teren.in And. Te ipsum quæritat;propriè tamen quęritare [*Cercar elemosina.*] dicuntur,qui quotidie inquirendo, vix victum inueniunt,vt inquit Do tus in illud Teren.in And.Lana,ac tela victum quæritans.Plau. Inops & sordidus quæritando alit familiam,ideſt,oftiatim.

QVÆRO,is,quæsiui,quæsitum,& quęstum,per syncopen.a.3.[*Cercare*] בקש birkesch, דרש darasch, חפש chaphas, חקר chakar. Ger.Suchen.G.*Chercher,enquerir.*Hi. *Boscar,*] ζητέω. inuestigo. Terent.in Eunuch.Vbi queram? vbi inuestigem? quem perconter? Donatus,Non reperitur,nisi quod queritur:non quæritur, nisi quod præsto non sit. Virg. 9. Æn. Lustrat equo muros, aditumque per auia quærit.Item lucrari, & acquirere.[*Acquistare, guadagnare.*]Plau.Trin. Quibus ærumnis deluctaui, filio dum diuitias quæro. Cice.pro Quint.Nec mirum si is,qui vocem venalem habuerat,ea,quę voce quęsierat,magno sibi quæstui fore putabat. Aliqñ pro peroratari,scisciatari,interrogare[*Domandare,interrogare.*]Pla.in Amph.Ne qui essem,familiares quererent. Pro disputare,consulere.Pli.lib.31.c.3.[*Disputare.*] Quæritur inter medicos, cuius generis aquæ sint vtilissimę.Cice.pro Mil. Quid ergo tulit? nempe vt quereretur. Quærens,tis.Cic.1.de Ora.Mihi percontanti,aut aliquid quærenti, nunquam defuisti. Quærendus. Sen. in Herc. Oetæo; Quoties genitor quærendus erat. Quęsitus,a, um. Virg.3.Georg.Quęsitęq; nocent artes.Ouid.13.Met.Vixque fuga quæsita salus. Tac.lib.3.Adulatio quæsitior fuit,ideſt, exquisitior. Idem lib.2.Excepere Græci quæsitissimis honoribus i. exquisitissimis.Quæsitum, ti, [*Robba.*] Ouid. 7. Metamorph. Parcum genus est, patiensque laborum, Quæsitique tenax. Cicero. in Para. Cui quæsito opus sit,quis vnquam hunc verè dixerit diuitem? Quæsitum,pro rogatum,siue interrogatum.[*Quesito.*] Ouid. 4. Metam. Accipe quęsiti causam.

QVÆSTOR,oris,m.3.[*Giudice criminale,* דרש doresch, עון noghesich.G.Ein richter vber die mislethat.*Gal.Enquesteur,juge en matiere criminelle.*H.*pesquisidor del maleficio*]ὁ ἀναχρίνων. iudex capitali quæstioni præfectus.Cic.pro Fon.Quid mihi opus est sapiente iudice?quid æquo quæsitore? Virg.6.Æn. Quæsitor Minos vrnam mouet.

QVÆSO,[*Di grația,* התפלל hithpallel, עתר ghathar, חלה chillah, בקש na.G.Ich bitt,Ey lieber,*Ga.Ie prie,ruus prions.*H.*Rogar*]δέομαι. primam personam indicatiui tantum habet in vtroque num. in fine.Quæso,in plu.quęsumus,cętera exoleuerunt:est autem idem quod rogo,[*Pregare.*]Cic.2.Ver.Quid est quæso iudicium corrūpere,si hoc non est? Plaut Am.Num insanis quæso,cum id me interrogas? Ter,And.Deos quęso id hæc prohibeāt. Cice.pro Arch. Quæso a vobis,vt in hac causa mihi detis hanc veniam.Brut.Cic. lib.13.Deos quæsumus,consilia tua reip.salutaria fiāt. Antiqui declinabant,quæso, quæsis, quęsi, quæsum; vel secundum Probum, quæsiui,quæsitum. Lucr.lib.1.Ni diuum pacem votis adit,& prece quæsit.Sall.quoque li.1.Hist.Curionem, inquit, quæsiuit,vti adolescentior,& à populi suffragijs integer, ætati concederet Mamerci.

QVÆSTICVLVS,li,m.2.dimin. à quęstus, idem quod lucellum. Cice. lib.2.de Diuin.

QVÆSTIO,onis,f.3.cā,dubitatio, controuersia,[*Inuestigatione vera.* חקר cheker,Ger.Ein suchung,das suechen.*Gal. Cerchement* H. *Obra de baſcar,*]ζήτημα.inuestigatio,à supino quæsitum.Pla. Cist. Iube domi opperiri,Ne quæstioni mihi sit,si quid eum velim.i. ne cogar eum quærere. Qñq; significat dubitationem. [*Dubio.*] Plin. lib.7. cap. 18. Fortitudo in quo maximè extiterit, immensæ quæstionis est.[*Questione disputa.*]Cic.2. de Nat. Deor.Diuidunt nostri totam vtiam de Dijs immortalibus quæstionem in partes quatuor.Apud Rhetores item quæstio appellatur,circa quam cau

sę totius cardo vertitur,quæq; gignit controuersiam.Qñq; est tortura corporis, eruendæ veritatis causa facta. [*Corda.*] Cicer. pro Cluen. Sassia habere quæstionem de viri morte constituit. Idem pro Rosc. Am. Aliquoties duos seruos paternos in quæstionem Sex.Rosc.postulauit.Iudex quæstionis dicitur,qui iudicio capitali exercendo præest.[*Giudice criminale.*]Cice.ibidem; Cum huic quæstioni iudex præesses. Exercere quæstionem. Idem de Fin. Cum prætor quęstionem inter sicarios exercuisset.Quęstiuncula, parua dubitatio. Cic. 1. de Nat.

QVÆSTOR,oris,m.3.[*Questore,camerlēgho,theſoriero,* גזבר ghezbar. G. Ein seckelmeister, ein meister vber ein gemeine schatzkammer.*Ga.Vntbreſorier.*H.*Contador mayor,*]ταμίας,ταμίας.præpositus pecunię publicę,qui curam ærarij habet Cice.lib.2.de Inuent.Rhodij quosdam legarunt Athenas,legatis Quæstores sumptū,quē oportebat dari,non dederunt.Quęstorū aūt officium primū bellorum cā inuentum est:mittebantur.n. cū Consulibus, & Prætoribus in militiā ad administrandā rem pecuniariā,& prædā ac manubias in rationes publicas referendas.Cic.de Sen.Non me ijs esse viribus quibus aut miles Punico bello,aut quæstor in eodē bello fuerim.Huiusmodi quæstores hodie Thesaurarios bellicos vocamus.Quęstores vibani,inquit Budæus,ęrariū curabant, eius pecunias expensas & acceptas referre in tabulas publicas cōsueuerant. Pro ijs nunc Præfectus ratiociniorū habemus, quos Magistros cōputorū vocamus.Pecunia publica Romæ in templo Saturni cōdita erat,quod ærarium dicebatur,quā tribuni ærarij,cum opus erat,promebāt.quæstores ærarios hodie vocare possumus eos, quos mulctarum, & vt vulgus loquitur, Emendarum receptores vocant. Quæstor item dicitur qui præest iudicijs exercendis,& maleficijs puniendis, ὁ ἀνακρίνων. quem maleficiorum iudicem appellare solemus,[*Giudice del maleficio*,] Vsitatiùs tamen hunc Quęsitorem vocamus. Cic. pro Fon. Quid mihi opus est sapiente iudice,quid æquo quæsitore? Idem in Vatin.Quæro ex te,Vatini, num quis reus in tribunal sui quæsitoris ascenderit,eumque vi deturbarit,subsellia dissiparit,vrnas deleuerit.Ad hanc autem similitudinem inquit Asc.Virg.lib.6.Minoem iudicem apud inferos, tanquam prętor sit rerum capitalium,Quæsitorem appellat.Quæstor autem dictus a quærendo,quod componeret publicas pecunias,& maleficia.

P.M. Quæstor distinguendus est à Prętore,iudicum .n. quæstionis duo video fuisse genera,vnum eorum,qui cū Prętores essent,quęstionis ēt iudices appellabantur; alterum eorum, qui cum prętores non essent, capitali tñ de crimine quærebant: de iudice quæstionis Prætore,patet ex oratione pro Cluentio, in qua ita scriptū est;Iubet lex iudicem quęstionis,hoc est,Q.Voconium,eosq; qui illi iudices obuenerint,quęrere de veneno.Voconium aūt Prætorē fuisse duobus argumentis conijcio; primum, quod in eo loco paulo ante Ci.dixit;Quid sibi illi scribæ?quid lictores? quid cæteri,quos apparere huic quæstioni video, volunt? lictores .n. qui magistratum non gererent, non habebant, iudicem aūt quęstionis magistratus nomen fuisse, certè nemo dixerit.Alterum argumentum est, quod ibidem Cic. subiungit de aliis Prætoribus * ē vnoquoq; quæstionem exercente.Hæc,inquit,quæstio sola ita gubernatur; quid M.Prętorij, & C. Flaminij inter sicarios:quid C. Orchinij peculatus:quid mea de pecunijs repetundis; quid C. Aquilij de ambitu;quid reliquæ quæstiones? Quib. ex verbis Prętorem fuisse Voconium, qui iudex quęstionis appellatur, quis non intelligit?nam etsi Prætores non nominat,satis tñ constat de Prætoribus intelligi,a quibus.n.& tot quæstiones,nisi a Prętoribus,& tam graues exercerentur,inter sicarios,de repetundis, de ambitu, peculatus? Præterea si quæsisse de repetundis in eo loco Cic.dicit, quod ab eo factum in Prætura,Valerius & Plutarchus confirmat vt omittam, quod Quęstorem Aquilium nominat, cuius annum fuisse legitimum, eundem, qui Ciceroni ad petendum Consulatum; prima docet ad Att.epist.ex quo, fuisse collegas in Prætura licet existimare, quod etiam lib. primo de Officijs manifestum est,collegam enim suum Ci appellat. Rursus iudicem quæstionis Iunium,qui Prętor non erat,quęsisse de veneno in Oppianici causa,docet Pedianus his verbis: Iunius quæsitor fuit in Cluētij causa, Verre Prætore,in qua Oppianicus damnatus est: & alio loco Damnato Oppianico,res inuidia fuit, quod pecunia reus videretur oppressus,& princeps illorum iudicum damnatus est C. Iunius,quod diceretur alios suppositisse qui reum damnarent, non eos, quos Prætor Verres fuerat subsortitus, neque hic eum Pedianus neque supra Prętorem nominauit, Cicero autem in oratione pro Cluentio:Condemnatus est inquit,C.Iunius, qui ea quæstioni prefuerat.Adde etiam illud,si placet,tum est condemnatus, cum esset iudex quęstionis.Et alio loco:Quintius Tribunus pleb. conuicium C.Iunio iudici quęstionis maximum fecit, non fuisse autem Prætorem,apertè,sic,inquam,apertè vt clarius esse nihil possit; idem demonstrat in eadem his verbis; In hanc flammam recentem C.Iunium,qui illi quęstioni præfuerat,iniectum esse memini, & illum hominem Aedilicium iam Prętorem opinionibus hominum constitutum,de ciuitate esse sublatum, ecce non Prætorium,

torium,ſed Prętorem opinionibus hominum conſtitutum dicit, quod eũ Prætorem ſine dubio futurũ homines opinarentur; Prætor autem ſi fuiſſet, non eum Aedilicium, ſed Prætorium vocaſſet laudabant,n.veteres, vbi ornare aliquem vellent,ab eo magiſtratu,quem poſtremum geſſiſſet. Itaque homo Aedilicius,Prætorius Conſularis,dicebant, Preterea,cum Prætores in leges non iuraverint,neq, ſententias tulerint, quod & Cic.& Pedianus docent.à iudicio autem iudice quæſtionis ideo multa petita ſunt, vt in oratione pro Cluentio legimus,quia in legem non iuraſſet, erat.n illi iurandum ideo,quod iudicibus lege oĩno ſe eſſe in ferenda ſentẽtia ſeruaturum, ſatis conſtat, Iunium,cum de Oppianico quęſiuit Prętorem non fuiſſe. Quod ſi quis dixerit, non tam Iunium iudicem quęſtionis,quàm Verrẽ Prętorem,in illa Oppianici cauſſa quęſiſſe,quia Pedianus ita dicat, Iunius quęſitor fuit in Cluentij cauſſa, Verre prętore,& quia idẽ alio loco ſortitionẽ,& ſubſortitionem à Verre Prętore factã tradiderit;huic im reſpõderi poterit ſortitionem, & ſubſortitionem, non illius modo iudicij, verum etiã alio rum ideo pertinuiſſe ad C. Verrẽ,quia prætor Vrb.erat,quod ipſe declarat Ci.in Orat.pro Cluẽtio.Prętor ãt Vrbanus de criminib. quærebat;quare nec vnquam quæſitor dicebatur, ſed ius tantum dicebat,hoc eſt, iudices,& formam iudicii dabat,idemq; iudices quib.alij prætores ad cognoſcẽdas capitales cauſſas vterentur,ſortiebatur,& ſubſortiebatur,q̃ ex Pediano,& ex ipſo ẽt Ci.ſatis liquet. Accedit locus ex lib.1.accuſationis in Verrẽ, quo in loco Q. Curtiũ iudicem quęſtionis appellat Cicero, in cauſſa Verris Repetundarũ: de qua Prætor M.Acilius Glabrio cognoſcebat, eum que Curtium,ait Pedianus,à Cicerone eſſe reiectum. Illud addo, cum iã docuerim,iudicem quæſtionis,& Prætorem,& non prętorem,de crimine capitali cognouiſſe? Tertium genus iudicum quęſtionis interdum fuiſſe,quorum ius cognoſcendi non eſſet,ſed tãtummodo ſortiendi, quod locus de Q. Curtio proximus, iam oſtendit, quem cognouiſſe de repetundis abſurdum eſt credere, cum in ea cauſſa Prætorem quæſiſſe Glabrionem, ex Cicerone,& Pediano ſatis conſtet: itaq; tertium hoc genus quęſitores dici nõ poterant,duo illa ſuperiora genera, q̃m quidem quærerent, quęſitores & erant,& proprię dicebantur. Ex libro noſtro de legibus Romanis.

QVAESTOR. Creatos regnãte Romulo Quæſtores, Vlpianus prodidit.a Iunio Gracchano traditum in ijs libris,quos de poteſtatibus inſcripſit.Idem tamen hęc ſubiungit: Sicut dubium eſt,an ne Romulo, & Numa regnantibus Quæſtor fuerit:ita Tullo Hoſtilio Rege Quæſtores fuiſſe certum eſt, & ſanè crebrior opinio eſt, Tullum Hoſtilium primum in Remp. Quæſtores induxiſſe.Fuit autem Quęſtura patricius magiſtratus, nec a principio, multoſq. deinde per annos,niſi ſolis patricijs datus eſt,poſtea non tam quęſturam, quam reliquos omnes magiſtratus plebi communicatos animaduertito.Ex libro de legibus Romanis.

QVAESTORIVM,rij,ſub.n.2. ταμεῖον. Quæſtoris erat tabernaculum. Liu.lib.10. Captum quæſtorium, quęſtorque occiſus. Cicero pro Plan.]Theſſalonicam me in quęſtorium perduxit.

QVAESTORIVS,a,um,o.1.2 Ci.Caninio,lib.12.Officio quęſtorio adductum. Idem 3.Verr. Legatus quęſtorius. Perſona quæſtoria, pro Plancio. Quęſtorius,quæſtura perfundus. Cice.13. Phil. Qui Tribunitij? qui Quæſtorij? Idẽ de Clar. Ora. Quęſtorius mortuus eſt.

† QVAESTVARIVS, χρηματιστικὸς. qui quęſtus gratia artem [aliquam exẽrcet 'Quęſtuariæ artes', quæ lucri cauſa exercentur.]

QVAESTVOSVS,a,um,o.1.2.[*Da guadagno,vtile.* Ge. Gewinteich,das viel gewins bringt,auff gewin gerichtet. G. *Qui gaigne beaucoup. Hiſ. El que haze mucha ganancia*,] ἐπιφόρος. qui lucri quęſtuſque auidior vndiq;lucellum capiat. Ars quęſtuoſa,quæ plurimum quęſtum affert. Pla. in Mil. Dummodo eam des, quæ ſit quęſtuoſa, quę alat corpus corpore.Cic.4.Ver.Quam illa res calamitoſa Heraclio, quęſtuoſa Verri, miſeranda omnibus videbatur. Cato de re ruſt. c. 1. Scito quamuis ager quęſtuoſus ſit, ſi ſumptuoſus erit, relinqui non multum.Col.lib.6 Ratio paſcendi pecoris quæſtuoſiſſima. Quæſtuoſus cum genitiuo.Cic.2.Philip.Domus quęſtuoſiſſima eſt falſorum commentariorum. Cum ablatiuo. Cur.lib.4. Naſamones gens Syrtica, naufragiorum ſpolijs quæſtuoſa.

QVAESTVRA,ę,f.1. ταμιεῖα, ἐξουσία, quęſtoris dignitas,Ci.2.Ver. Quęſtura primus gradus honoris.

QVAESTVS,m.4.[*Guadagno.* בִּיצָב etſach.Ger.]Gewin.*Gal.Gain,profit.Hiſ.Ganancia*,] πόρος, κέρδος. lucrum nũmarium,datiuum, & ablatiuum plurales facit, Quęſtibus. Plau,Poen. Quęſtui habeant malè loqui melioribus.Cice.5. Verr. Tantum de quęſtu, ac lucro dicam vnius agri.Ter.in Eun. Is quæſtus nunc eſt multò vberrimus.Antiqui declinabant Quæſtus quæſti, vt Ornatus, ũ, & alia apud Comicos paſſim obuia. Plau. in Aul. Nihil eſt aliud quæſti ſtutib. Interdum pro actione, atque artificio lucrandę pecuniæ. Cice.1.]Offic. De artificijs,& quęſtibus,qui liberales habendi,qui ſordidi.

QVALIS,& hoc quale,o.3.[*Quale.*Ge.wie,welcherlei. *Gal.quel.Hiſ. Taſqual*,ποῖος.relatiuũ qualitatis alicuius rei naturã declarans.Ci. de Am. Vt eruditi ſolent appellare ſapientem,qualẽ in Grecia ne minem.Ponitur & interrogatiuè.Cic.4.Acad. Qualis eſt iſtorũ oratio.Interdum infinitè,[*Che.*]Ter.in Eun.Hoc metuo,qualem tu me eſſe hominem exiſtimes.Cice.1.de Leg. Nulla gens eſt,quę non,etiamſi ignoret qualem habere Deum deceat,tñ habendum cenſeat.Vir.4.Georg.Qualis populea mœrens Philomela ſub vmbra. Ouid.3. Met. Falcata nouiſſima cauda eſt,qualia dimidiæ nuantur cornua lunæ.Qualisqualis,geminatum;Qualiſcunq;Iuriſc.in l.reſcriptum,ff. de diſtract.pigno. Qualiquali obligatione interpoſita.

QVALITAS,tis,f.3.[*Qualità.* G. Die geſtalt oder gattũg eines dings von welcher man ſaget,wie oder welcherley iſt es? *Gal.qualità,ſorte,maniera.Hiſ.qualidad,manera*,] ποιότης.eſt ſecundum quã quales dicimur:vt Albedo,Nigredo.Ci.1. Acad.Qualitates appellauit,quas ποιότητας Græci vocant.Col.lib. 8.c.17. Qualitatem lectoris noſtri contemplemur.

QVALITER,[*Si come.* Ger. Gemach vvie, vvelcher geſtalt.*Gal.quelle ment,comment,comme.Hiſ.Equal manera*,] οἷον. quemadmodum. Pli.lib.8.cap.48.Antiquis torus è ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape.Qualitercunq.vtcumque,quomodocunq. [*In qualunque modo.*]Col.lib.2.c.10.Qualitercunq. obruas,ſuſtinet coloni negligentiam.

QVALIBET,ſiue Qualubet,p.c.[*Per qualunque luogo.*G.vva mã will, durch ein iedes orts.*Gal.Par ou tu voudras.Hiſ.Do quierra que*,]p quemcunq; locum.Qu.li.5.c.13. Si vel maximè flumina *in* riuos deducantur, qualibet tranſitum præbent.

QVALVS,li.m.2.[*Ceſto.* סַל חָחִים chorim סַל סַלָּה ſal ſillah. Ge. Ein ſechtẽ oder ſeych xorb,durch vvelchen der wein ab dẽ trotbett in die buttẽ laufft. *Ga.Vn panier d'oſier.Hiſ.Canaſto,o ceſto*,] καλαθος. genus vaſis viminei, per quod vinum guttatim defluit cum calcatur vua,reliqua verò materia exire prohibetur.Virg.2 Ceorg.Spiſſo vimine qualos.Ponitur & pro ciſtula,in qua mulieres ponebant penſa lanæ.Hora.lib.3.Car. Tibi qualum Cytherea puerales. Eſt & Qualus,in qua gallinæ oua edunt,apud Col.lib.8. cap.3.Legitur & Qualum,neut.gen.Cato.cap.11.de re ruſt.Quala ſlataria ſeptem.

QVAM,[*Che.*Germa.Dan,vveder.*Gal.que,quant,de combien.Hiſ qua elatiuo de mas*]ũ coniunctio diſcretiua.Ci.libro 10.epiſt.Tum ille, nihil ſibi fuiſſe longius,quàm vt me videret.Aliquando pro poſtquam.[*poiche.*]Liu.lib.6.Dij hęc dederunt, vt T. Quintus Dictator oppida nouem caperet die vigeſimo, quam creatus erat. *Aliquando* pro antequam. [*Auanti che.*] Suet.in Cæſar. Pridie quam occideretur in ſermonem ato,quiſnam eſſet finis vitæ commodiſſimus,repentinum,inopinatumque præculerat.Pro quantũ,[*Quanto.*]& tam poſitiuo, quam comparatiuo, & ſuperlatiuo iunguntur. Cice.Quam moroſi ſint,qui amant,ex hoc potes intelligere.Quintil.lib.1.Quam in his libris erunt omnia compoſitiora,ideſt,quanto.Varr.2.de re ruſtic.de canib.loquens; Quam pauciſſimos relinquens,tam optimi in alendo fient,id eſt, quantò pauciores,tantò meliores.Cato de re ruſt.c.65. Quam acerbiſſima olea,erit,dũ oleũ faies, tam oleum optimum erit. Aliquando intẽſiua particula eſt, ſuperlatiuum exigens.Cicero Cum quo ſemper quam familiariſſimè vixerat.Iungitur etiam in hac ſignificatione his dictionibus Per. Terent. Perpol quam paucos reperias meretricibus fideles amatores,quod ſic reſoluitur.Pol per quam paucos.Ci.Quod Pompeio Caninius a ſe ſanè quam reſtixit.Oppido.Idem;Oppido quã libens audiui. Aliquando comparatiuè ponitur poſt poſitiuum. Plau. in Rud.Tacita bona eſt mulier ſemper, quam loquãs,ideſt, melior eſt tacita quam loquens.

QVAMLIBET,& Quantumuis,Quantumlibet. [*Qualunque,quantunque,*] ὁποσοῦν.Idem.Pla. Impudica mulier quamlibet audax facinus audet.Cic.de Amic. Quantumuis licet excellas.

QVAM MOX,[*Subito,ſubito,*]quam cito. Pla. Rud. Quam mox coctũ eſt prandium? Cic.pro Q.R. Quid expectas;quam mox ego eos dicam eſſe ordine ſenatores ętate grandes.

QVAMOBREM,quare,quid ita,cur,quo[*Per la qual coſa.*G.*Pour quoy. Hiſ.Porende por la qual cauſa*,] cum ponitur cauſatiuè,tam plurali reſpõdet,quam ſingulari,ſignificatque Quapropter.Singulari ſic, [*Per la'quale*]Vnum eſt,quamobrem te amandum putent, ideſt, propter quod vnum.Plurali ſic, Quattuor ſunt,quamobrem Imperator maximè laudetur.i. propter quattuor.Cic.Appio; Multa mihi veniebant in mentem,quamobrem iſtum laborem tibi honori putarem fore.Aliquando interrogantis.Cic.1.de Finib. quamobrem tamdẽ non ſatisfacit? dicimus etiam, Quas ob res.Ci.3.Phil.

QVAMPRIDEM,interrogantis particula,quanto tempore antè, Cice. pro Rab.Quampridem nomen Fannij in aduerſaria retuliſti.

QVAMPRIMVM[*Subitamente* כִּפְתְאֹם bephetĥah pitheom. G. Alßbald,von ſtundan,eins wegs.G.*Soudain,tout incontinent.Hiſp. Luego*,]αὐτίκα.valde cito.Ter.in Adel. Hominem iſtum impurissimum quamprimum abſolutote.

QVAMVIS,& Quamquam,[*Benche,quantunque,*] בִּי chi.Ger. Vvievol *Gal. Iacoſtque,combien que. Hiſp. Adunque*,] κἂν.idem ſignificat quod tametſi.Hoc animaduertendum, quamquam indicatiuo, quamuis ſubiunctiuo potiſſimum gaudere. Vir.2.Aen. Quanquã

animus meminiſſe horret. Cicc. 8. Phil. Quamuis intentus animus tuus ſit ad fortiſſimum virum liberandum. Interdum quamuis ponitur, pro quantumuis. Plaut. in Trin. Quamuis malam rem quæras, illic reperias.

QVANDIV, [*Quanto tempo,* עַר מָתַי nghadh mathai. Ger. Vvie lang. *Ga. Combien longuement, combien long temps, iuſques a quand tandis. Hiſp. De mientraſque,*] μέχρις ἄν. quanto tempore. Cic. 7. Ver. Quam diu vixit, tota Sicilia clarus. Cum Tamdiu. Cic. Att. Ego tamdiu requieſco, quamdiu ad ■ ſcribo. Idem lib. 14. Epiſt. Qui ſe oppido tã diu tenuit, quamdiu in prouincia Parthi fuerunt. Interrogatiuè: Plau. in Capt. Quamdiu id factum eſt? Cic. in Catil. Quamdiu nos iſte furor tuus eludet?

QVANDO, [*Quando,* מָתַי mathai. Germ. Vvan, zu vvelcher zeit. *Gal. Quand, puis que. Hiſ. Quando,*] πότε. aduerbium temporis, quo tempore: ponitur modo interrogatiuè. Ter. in Heau. Quãdo illud erit? modo relatiuè. Cic. 2. Offic. Vtinam tunc natus eſſem, quando Romani dona cæpiſſent. Pla. in Amp. Ita ſe verſipellem facit quando libet. Nonnumquam & indefinitè. Cicer. de Sen. Non intelligitur quando obrepat ſenectus. Pro aliquando, [*Alcuna volta,*] præſertim cum præcedit, Num: vt, Num quando me audiuiſti. Interdum pro ſiquidem, quando quidem. [*Poiche.*] Virgil. 1. Aeneid. Quando hæc te cura remordet. Terent. in Adel. Quando conſcia ſum, a me culpam hanc eſſe procul. Quando gentium, ideſt, quando abſolute ea forma, qua nuſquam gentium. Plau. in Amp. Qui me rogat? quando gentium?

QVANDOQVE, [*Alle volte, alcuna volta.* Ge. Vnderweillen, zuzeiten, Iemal. *Gal. Quelques fois, aucunes fois. Hiſp. Alguna vez,*] aliquãdo. Hor. Quandoque bonus dormitat Homerus.

QVANDOQVIDEM, [*Poiche,*] כִּי chi. German. Dieweil, ſintemal. *Gal. Puis que. Hiſp. Pues que,*] ſiquidem. Virgil. 3. Eclog. Dicite, quando quidem in molli conſedimus herba. Colum. libr. 7. Quandoquidẽ paſtoris officium celſiſſimam oculorum veluti ſpeculam deſiderat.

QVAMDVDVM, interrogatiua particula, de modico quẽ tempore. Plau. Quamdudum è foro aduenisti domum? P. Non ita dudum.

QVANTISPER, quanto tempore: vt Tantiſper, tanto tempore.

QVANTITAS, tis. p. c. ποσότης. in quo quantum quid eſſe dicitur, aut indicatur. Pli. lib 17. c. 24.]

QVANTOPERE, [*quanto.* Germ. wie hefftig. *Gal. combien grandement. Hiſp. quanto grandemente,*] ὑλίκον. Cicc. de Orat Neque tantopere deſiderabam, quantoque delector. Accipitur & indefinitè. Idem lib. 13. epi. fam Quantoque opere eius municipij cauſa laborarem.

QVANTVLVS, & Quantillus, diminu. a quantus, o. 1. 2. & ſignificant, quàm exiguus. Cicc. 4. Acad. Quantulus nobis videtur? de Sole loquitur de Orat. Nihil plus aſſequi cupimus, quàm quantulum tu in dicendo aſſecutus es. Pl. in Capt. Quantillum argenti apud trapezitam fiet.

SARCINO,as,a.1.[*Ripe,Zare.*]ῥαπτίζω.Sarcinas cõficio.Interdũ Sarcinare capitur pro suere.[*Cuſcire.*]Hinc Sarcinator,qui suit,& vestes reficit.Luc.Sarcinatorem esse summum,fuere centonem optimè.Pla.in Aul.Petunt fullones,sarcinatores petunt.Pau.in l.fullo. ff.de fur.Fullo,vel Sarcinator qui polienda,& sarcienda vestimenta accepit, ex contrectatione eorũ furtum facit.Sarcinatus,adiect. sarcinis onustus.Pla.in Pœn.Viden'homines sarcinatos consequi? Huius compositum est,Consarcino,quod est sarcinas colligo.Gel. li.1.Versus hi sunt Cæcilij trunca quædam ex Menandro dicentis, Sarcinantis verba tragici tumoris.

SARCINARIVS,a,um,o.1,2.adiect.quod ad sarcinas pertinet,vt Sarcinarium iumentum,quo sarcinæ vehuntur.Cæs.1.Bel.Ciu.Illi & inopia pabuli adducti,& quo essent ad id expediriores,omnia sarcinaria iumenta interfici iubent.

SARCIO,cis,farsi,fartũ,a.4.[*Cuſcire veſti* תפר taphar בדק badhar. Ge.Zusammen flicken oder butzen,*Gal.Raccouſtrer,refaire,reparer.Hiſpa.Coſer,o Zarzir,*]ῥάπτω.vestes consuo. Vnde Sartores dicti,qui vestes sarciunt,vel resarciunt. Accipiur & pro restituere, instaurare.[*Rinouare.*]Vnde sarta tecta opera publica, quæ locantur,vt integra præstentur.Dicimus autem Exigere sarta tecta,Locare sarta tecta,Conducere sarta tecta,Tradere sarta tecta, Habere sarta tecta, Præstare sarta tecta, Locabant sarta tecta Censores, exigebant ipsi quoq.Censores,interdum Ædiles,aliqñ etiam Prætores,nec nisi cum senatus decreuerat,tradebant, habebant, præstabant;conducebant sarta tecta redemptores.Dicimus interdum cum coniunctione sarta,tectaque; & sartum, & tectum.Vtuntur antiqui hac locutione per translationem.Ci.ad Attitum,li.13.ep. Hoc mihi da atq. largire,vt M.Curium sartum,& tectum,vt aiũt ab omni incommodo,detrimento,molestia sincerum,integrumq. conserues.Pla,in Trin.Sarta tecta tua præcepta vsq.habui mea modestia hoc est,exacta & constanti vndiq.obediẽtia,præceptis tuis parui.Per translationem ponitur pro damnum soluere, reparare, [*Diſendere,riparare.*]Pacu. Tu damni nostri causa fuisti,tu nobis sarcito,vt debes.Col.l.9.c.15.Quæ cum fuci aliq̃ partem cibariorum absumunt;sarciendo damna fiunt agiliores. Dicimus quoq. Sarcire detrimentum,pro reparare.[*Riparare.*]Cæs.1.Bel.Ciu.Dũ

sarcire acceptũ detrimentũ volunt, tenuitè in secuti fugiunt,in locũ iniquũ progrediunt.Sarcire infamiã.Cæs 3.Bell.Ciu. Exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor,tanti fuit studium infamiæ sarciendæ,vt nemo, aut Tribuni, aut Centurionis imperiũ desideraret.Generis lapsi sarcire ruinas.Vir.4.Georg. de Apib.Quo magis exhaustæ fuerint, hoc acrius oẽs Incumbent generis lapsi sarcire ruinas. Sartus,a,um,part.Hor.1.epi.3.An malè sarta Gratia nequicquã coit.& rescinditur. Hinc componitur Resarcio,pro instauro,& quasi nouam formã induco.[*Rinouare.*]

† SARCOCOLLA, σαρκοκόλλα. Lacryma arboris in Perside nascentis, similis thuris pollini:ita dicta à glutinandis vulneribus.Vide Pli. lib.24.cap 14.]

SARCOPHAGVS,p.c.m.2.σαρκοφάγος.lapidis,siue marmoris genꝰ,qđ circa Assum Troadis exscinditur,in quo corpora defunctorum condita, absumi intra quadragesimum diem constat,exceptis dentib. vt tradit Pli.l.36.c.17.Vnde & nomen habet a carne edenda σάρξ, σαρκὸς,enim caro est,φάγω;comedo.Vnde conueniẽter pro sepulchro poni consueuit.Iuu.Sat.10.Sarcophago contemtus erit. Aug. li.18.de Ciuit.Quia enim arca,in qua mortuus ponitur,quod omnes iam sarcophagum vocant,σορὸς,Græcè dicitur.

ARCVLO,las,a.1.*Arare,& Zappare.*German.Ietzt n,abschneiden. *Gal.Sarcler.Hiſpan.Eſcardar los panes.*]σκαλίζω.sarculo abscindo. Col.li.5.Primo plantæ sarculari debent,ita vt simplex stylus altitudinem maximè scrobis excedat.Sarculatio,sarculationis,verbale. idem quod sartitio. Pli.li.18.c.1.Sarculatio induratam hiberno rigore soli tristitiam laxat temporibus vernis.

SARCVLVM,li,n.2.[*Zappa,ἀρφὸν,sarchiello,* מעדר mãder.G.Ein iae trechen.G.*Sarcloir ou ſarclet.Hiſpa.Eſcardello para eſcardar,*]σκάλης.genus rastri,hoc est,cratis illa dẽtata,qua segeres herbis purgãtur,a sarriẽdo,vt inqt Var.Cat.c.10.Sarcula octo,palas quattuor. Alii putãt esse ligonẽ,aut simile aliqd instrm ferratũ,quo terra fodit.Hor.li.1.Car.Gaudentem patrios findere sarculo Agros.Ou.1. Fast.Sarcula cessabant,versiq.in pila ligones.Pli.lib.18.c.19.Certè sine hoc animali(bouem intelligit) montana gentes sarculis arãt.

SARDANAPALVS,p.p.m.2.σαρδανάπαλος.vltimus Assyriorũ Rex,& tricesimus a Nino,oĩ libidinis mollitiæq.genere effœminatissimus adeo vt non erubuerit inter scortorũ greges nere,& muliebri habitu feminas oẽs lasciuia anteire.Quãobrem indignati Assyrii tali fœminæ parere,duce Arbace defciscentes bellum Sardanapalo intulerunt.Qui victus in regiam se recepit,& extructa pyra,se,atq. diuitias in incendium misit.Oui.in Ibin:Inq.pyram tecum charissima corpora mittas,Quã finem vitæ Sardanapalus habet.Eius epitaphium refert.Ci.li.5.Tusc.quæst.Hæc habeo,quæ edi,quæq exaturata libido Hausit:at illa iacent multa,& præclara relicta.Quid aliud,inqt Aris.in bouis,non in regis sepulchro inscriberes? Hæc hãc se mortuum dicit,quæ ne viuus q̃dẽ diutius habebat,q̃ fruebat.Suidas refert,in Nino,monumentum habuisse,cui fuerint inscripta,Sardanapalus Anacynda raxi filius, Anchialon & Tarson vno die extruxit. Tu autem,ô hospes,ede,bibe,lude,cum quib.reliqua mortalium oĩa nõ sunt conferenda.Vide plura de hoc apud Iustinum lib.6.& Diodorum Siculum Bibliothecæ lib 8.

SARDI,orum,m.2.σάρδοι,σαρδῶοι.Sardiniæ incolæ,qui ob insignem vilitatem,nequitiamque in prouerbium abierunt.Ci.li.4.epi.Habes Sardos venales,alterum alio nequiorem.

SARDIANAE balani.βάλανοι σαρδιανοί,à Græcis dictæ sunt castaneæ quod circa Sardis primum fuerint inuentæ.Vide Plin.libr.15.capit.23.

SARDINIA,f.1.[*Sardeyna.*G.Eĩ grosse vnd berũẽmpte insel im mittelmeer,heisst jetz Sardigna,]σαρδώ.est insula,teste Sal.in mari Libyco,ita dicta à Sardo Herculis filio)sicut Strab.& Solin.scribũt) q̃ è Libya veniens,cũ multitudine colonorũ insulã occupauit: cuius antea Sandali otis appellatæ ab effigie soleæ,q̃ Græci,σανδάλιον vocant,& Ichinusa,a similitudine vestigij qđ Græcè ἴχνος. Huius latitudo est milliũ passuũ nonaginta octo,longitudo ducentorũ viginti,q̃q̃ alii stadia multa adijciant.Hẽt a Septentrione montes editissimos,qui prohibẽt,quò minus a Borea possit perflari,quæ fit,vt aeris pestilẽtiæ maximè sit obnoxia.Quo noĩe ẽt olim,tã malè audiuit,vt M.Cic.Q.Fr.moneat ẽt tũ,cũ optimè valeret,memnisse eũ debere,in Sardinia ipsum esse: & alibi,Tigellium quẽdam Sardum hoĩem esse ait patria sua pestilentiorem.Mar.quoq Sardiniam Tyburi,tamq̃ salubertimo loco pestilentissimũ opponit;Nullo(inquit) fata loco possis excludere cum mors Venerit, in medio Tybure Sardinia est.Mirum in ea insula neq.lupũ gigni,neq.serpentem reperiri.Hẽt ciuitates multas,sed oĩum pclarissima Calaris est, vbi coralliorum piscatio est.In qua D.Aug.ossa tamdiu coquieuere,quoad ab Helidrando rege Papiam translata fuere.Hæciuitas Iole a priscis appellabat,ab Iole illa,q̃ Hercules pdilissime amauit.Insulam Pœni occupauere,sed a Romanis expulsi primo bello Pun.eamdem amisere.A Sardinia Sardus,Sardous & Sardiensis adiectiua fiunt.Est & Sardinia piscis genus ad cõdimentũ & salituras vtilis,apud Italos plurimus.Col.li.8.c.17.Tabentes Iodeculas,& salibus exesam chalcidem,putremque Sardiniam.

SARDO,as,a.1.[*Intendere,*]ἐπίημι.verbum est obsoletum,quo antiqui vt

v. durior pro intelligente. Nantius apud Fulvium, Quod heri nec quicquam respondit.

SARDONYCHA, vel SARDONYX, Sardonychis genus. Ma. Sardonyx, Sardonychis genus fordidum Plinio manus.

SARDONYCHIZO, v. Sardo pollicitum a Sedicia Ovidii. e. Fu-sardonychizo, Sardonychizo, Sardonychizare, vide Sardare. Vir. Sed hos ego Sardon videre tibi manet herbas.

SARDONYCHUS, genus fordidi generis mancipii, indice duranimum ferat ejus diminutivo vide Philib. 115. 23.

SARDUS, Ital. Sardo, Sardonicus. Ein Junger frech/ und verwegener Bub/ ein Mutwilliger/ Muthwillen in beilo vultuare. Li. lib. 7. Bell. Sardi, Sardonici, Sardonicum bellum vultuare. Alan. Gen. Ein Sardus eft/ der nicht nur vom Barbara Macedonica ingenio, sondern auch von Sardonischer Art und Natur ist/ sonsten Sardonicus, ein Sardonischer Mensch/ ein Mensch/ der nur sich selbst gelehrt/ ein Eigensinniger/ Eigenwilliger/ Eigenbrödler/ Eigenbrötler/ Eigenbrödelischer Mensch.

SARMATARIUS, v. sequens. Sed populi Scythia intra Danubium Sarmatarii. Ma. Sarmatarii, Sarmatarium, Sarmatarius. Ab. pag. 1. eorum Sarmata eft. Pl. 4. Sarmatarum genus Scytharum Gens Europæa, quæ Sarmatia eft. Ortel. Dolle Sarmaten/ Sarmatische Leute. Ist Sarmatia, was Scythia intra Danubium eft, Nomine diversa

in conuiuio, niſi rex ſacrificulus, haud quiſquam alius accumbit. Liu.li.6. Vulgo Pontifices, augures, ſacrificuli reges creantur.

SACRIFICVS,[*Sacerdote.* חהן kehohen כמר chamar.G. Ein Opfferer.] ſubſtan. ἱερουργός qui ſacra facit. Oui.6.Fa. Martia ſacrificō deſtinatum nomen ab Anco. Sacrificus verò adiectiuum, quod ad ſacra attinet; vt, Sacrifice tibiæ, quibus vtebantur in ſacrificijs. Plin.lib. 16.c.36. Dies ſacrifici. Oui.13.Met. Ritus ſacrifici. Idem 15. Met. Veſtis ſacrificæ. Silius lib.3.

SACRIFICIVM,n.2.[*Sacrificio,* זבח zibcheh קרבן Korban.G.Ein opffer. *Gal.Sacrifice.uſ: ſacrificio.*] θυσία. ſacrum, ſeu res diuina. Ci.de Aruſp. De illo ſacrificio, quod fit pro ſalute populi Ro. Liu. lib.4. Decad.5. Sacrificio rite perpetrato.

SACRILEGIVM,n.2.[*Furto delle coſe ſacre.*G. Ein kirchendiebſtal, ein dieb ſtal heiliger dingen. *G. Sacrilege, larcin des choſes ſacrez. Hiſ. Hurto de lo ſagrado, ſacrilegio.*] ἱεροσυλία. ſacrarum rerum furtum. Quin.li.5 ca.10. Si quis ſacrilegium faciet, faciet & furtum. Ci.in Rull. Abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani. Reum eſſe ſacrilegij. Qu.li.4.c.2. Admittere ſacrilegium. Quin.li.4.cap.2.

SACRILEGVS, gi, m.2.[*Sacrilego.*G. Ein kirchendieb, der auß heiligē berteren etwas ſtilt. *G. Sacrilege, larron de choſes ſainctes. Hiſ. El que hurta lo ſagrado, ſacrilego,*] ἱερόσυλος. qui rem ſacrā, aut profanam de loco ſacro legit, id eſt, furatur. Tere.in Adel. Vbi eſt ille ſacrile gus? Ci.2.de Leg. Sacrilego pœna eſt, neque ei ſoli, qui è ſacro abſtulerit, ſed etiam qui ſacro commendatum.

SACRILEGVS, a, um, o.1.2. [*Scommunicato, ſcelerato,* Jadie. vt Ars ſacrilega. Manus ſacrilegæ. Oui.1.de arte: Sacrilegas meretricū vt perlega. Quæ artes. Ci.7. Ver. Deorum templis, & regionibus iſte bellum ſacrilegum ſemper, impiumq; habuit indictū. Ignes ſacrilegos ad monere templis. Tibul.lib.3. Eleg.5.

SACRIMA (inquit Feſt.) antiqui appellabant muſtum, quod Libero patri ſacrificabant, pro vinea, & uaſis, & vino conſeruandis.

SACRO, as, a.1 cōſecro, dedico, [*Sacrare,* קדש ziddeſch] בן vchama ich G. weihen, heiligen, einem heiligen brauch zueignen. *Gal. Sacrer, cōſacrer, dedier a Dieu. Hiſ. Conſagrar,* ἱερόω, καθιερόω. Deo dedico, & ſacratum facio. Plin.lib.36. Quē poſt cæcitatē, viſū reduxit, ſoli ſacrauit. Sacrare votum Dijs, eſt voto ſeſe aſtringere, [*Fare voto.*] Vir.8. Ane. Dijs Italis votum immortale ſacrabat. Aliquando pro deuouere, & ita morti addicere, vt impune occidi, & violari poſſit. Liu.li.2. Legem tulit ſacrando cum bonis capite eius, qui regni occupandi conſilia iniſſet. Sacror, ſacraris paſſiuū. Oui.1. Faſt. Perpetuis olim ſacrabor in aris. Sacratus, a, um, vt Caput ſacratū. Vir.3. Aen. Vittaſque reſoluit Sacrati capitis. Idem 2. Aeneid. Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura. Opus alicui ſacratū. Ouid. 4. Priſt. Sacratior, ſacratus, ſacratiſſimus. Plin.li.16.c.44. Nihil habent Druidæ viſco, & arbore, in qua gignatur, ſacratius. Idem lib. 33. cap.4. Numine illis gentibus ſacratiſſimo.

SACROSANCTVM,n.2. ἐκτέθυσιασμένον, quod iureiurando interpoſito erat inſtitutum, vt qui violaſſet, morte pœnas penderet. Ci.pro Balbo; Quid fuit in ea rogatione ſacroſanctum? Idem ibidem; Sacro ſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod per populum plebemve ſanctum videretur, Sacroſanctus trib. pleb. dicebatur, qui ſine capitali piaculo attingi violenter non poterat: ideo principes Romanos legimus tribuniciam poteſtatem aſſumere ſibi ſolitos, vt auguſtio rem extat. Tranqu. n. Aug. Tribuniciam poteſtatem perpetuam recepit. Tac.li.12. Decernitur Othoni Tribunicia poteſtas, & nomen Auguſti. Hinc Sacroſanctæ Eccleſiæ, è quibus quempiam per vim extrahi nefas putatur.

SACRVM, ſacri, ſubſt.n.3.[*Sacramēto, ſacro, ſacrificio,* חג chag קרבן korbā זבח zebach, זבחה zibchah. G. Ein Gottesdiēſt, opffer, heiligwerck, θυσία. ſacrificium. Ci.de Leg. Sacra priuata perpetuo manento. Vir.3. Aen. Sacra Dionææ matri, diuiſque ferebā. Nonnūquam idem quod tēplum [*Tempio.*] Paul. Iurecouſ. Sacrilegi, qui publica ſacra cōpilarint: at qui priuata ſacra, vel ædiculas ſuffoderint, tentauerint, amplius quā fures, minus quàm ſacrilegi merētur. Inter ſacrū & ſaxū, prouerbialis locutio eſt, qua vtimur, quoties nos in ſummo diſcrimine conſtitutos volumus ſignificare.

SACRVM Promontorium, n.2. ἱερὸν ἄκρωτήριον. a Ptol. appellatur extremum Lauſoniæ promontorium, inter Anam, & Chalyben fluuios, quod nunc appellat: Caput Sancti Vincentij.

SAEPE,[*Speſſe, ſouuent.* פעמים pehamim. G. Offt, offter maelen *Gal. Souuent, ſouuentes fois, pluſieurs fois. Hiſ. Muchas veȝes,* πολλάκις. frequenter. Ter.in Heau. Nō licet hōminem eſſe ſæpe ita vt vult, ſi res non ſinit. Aliquando ornatus cauſ. iungitur nomen Numero, & fit vna dictio Sapenumero. [*Speſſo.*] Ci.ad Tyronem l. 17 ep.1. Sum totos dies cum eo, noctesque ſapenumero partem.

SAEPVSCVLE, dimin. a Sæpus. Apul. Lachrimæ ſæpuſculè de gaudio produtū, Plin. Caſ. Sepuſculè peccat. [Sic Sæpicule à Sæpe.]

SAEPINVM, p.p.n.2 σαίφατον. Prol. oppidum Samnitum, incolæ Sæpinates, quos Plin. collocat in quarta regione Italiæ.

SAEVIO, is, ſaui, ſitum, n.4. [*Inſeuire.* Ge. wueten vnd ſich vnſinnig geſtellen, grimmiglich etwar mit vmbgehn. *Gal. Eſtre enragé, eſtre de cruauté. Hiſ. Enfurecerſe.*] κατάγειν. ſæuiliter in aliquem agere. Pacuuius, Quid commeritus? Quid in me ſatis pater? Liu.7. In Tarquinienſes acerbè ſæuitum. Idem alibi; Cum poſt victoriam in hoſtem ſæuiret: Aliquando eſt fortiter, & ſtrenuè ſeſe gerere. Mar. Belliger inuictis quod Mars tibi ſæuit in armis. Sæuire animis, pro vehementer iraſci. [*Irarſi fieramente.*] Vir. 5. Aen. Procedere longius iras, Et ſæuire animis Entellum haud paſſus acerbis. Et lib. 6. Ne ſæui magna ſacerdos.

SAEVITER, [*Crudelmente.* Ger. Mit grimme, ſchentlichen, grauſamlich. *Gal. Cruellement. Hiſ. Cruelmente.*] Plau. in Pſeu. Cogito ſæuiter, blandiloquæ ne aliquæ.

SAEVITIA, f.1. [*Crudelta.* אכזריות achzerijuth פרך perech. Germanicē Grauſamkeit, grimme. G. *Crualuré. Hiſ. Crueldad,*] ἀγριότης. crudelitas. Cic.1. Offic. Adhibenda ſæuitia in famulos, ſi aliter teneri non poſſunt. Plin.16.c.17. Proxima inculta, ſæuitia gentium. Ouid. ep.7. Dabitne ſæuitiæ ſpacium Tac.li.5. Quantum ſæuitiæ gliſceret, miſeratio acerbatur.

SAEVVS, a, ū, o.1.2. [*Crudele,* אכזר achzar אכזרי achzari קשה raſch ch Ger. Grauſam, grimm, rauch, vngeheurſam. *Gal. Cruel, furieux. Hiſ. Cruel, aſpero, duro.*] ἀγριώδης. durus, horridus, crudelis. Virg. 5. Aen. Cū ſæuo ab ſcopulo multa vi & arte reuulſus. Idē 1. Aen. Sæuæ memorē Iunonis ob iram. Quandoque pro forti. 1. Aen. Sæua vbi Aeacidē telo iacet Hector. Pro irato. Vir.1.Aen. Et ſæuū ambobus Achillē. Pro magno. [*Valoroſo,*] Idem 12. Aen. Maternis ſæuus in armis. pro potenti. 1. Aen. Non illi imperium pelagi ſæuumque tridentem. Sæuior. Oui.12. Met. Tua fulminis ſæuior ira eſt. Sæuiſſimus. Oui.11. Met. Liu.li.4. Sæuiſſimo, & violentiſſimo in ſuos tyranno. Vir.2. Aen. Hic Iuno Scæas ſæuiſſima portas Prima tenet.

SAGA, f.1. [*Saga, incantatrice,* מכשפה mechaſchſchephah. Ge. Ein zauberin, liex, unhold, ein weib die mit zauberey vmbgeht. *Ga. Sorciere, deuinereſſe, enchantereſſe. Hiſ. Muger qui adeuina lo uenidero, encantadora de palabras,*] φαρμακίς. venefica, quę malis artibus cuiquā bonū aliquid, vel malum conciliat: ita dicta a ſagiendo, quod multa ſcire velit, vt ait Cic.2. de Diu. Ho.2. Car. Quæ ſaga, quis te ſoluere Theſſalis magus venenis, quis poterit Deus? Vbi Acron. Saga dicta eſt venefica, quod ſatis agat, & ea eſt, quæ carminibus, & herbis mala hominibus dicebatur vel arcere, vel impellere.

SAGACITAS, tis, f.3. [*Sagacita.* עדמה hormah חכמה chochmach. G. Scharffſinnigkeit, ſpuerung. *Ga. Excellence de ſentiment, bon flairement. Hiſ. Obra de bien ſacar el raſtro por olor,*] ἰνδαλεία. acuta illa ſentiendi vis in canibus, & odoratu aliquid deprehendendi. Ci.3. Tuſ. Canū vis in canibus, & odoratu aliquid deprehendendi. Ci.3. Tuſ. Canū incredibilis ad inueſtigandū ſagacitas narium. Trāſlatè pro aſtutia, ſeu cālliditate. [*Aſtutia.*] Cice. 4. Ver. Qua eſt iſte ſagacitate?

SAGACITER, [*Aſtutamente.* Ge. Geſcheidiglich, fuetſichtiglich. *Gal. Sagement, & finement. Hiſ. Aſtuta, y prudentemente,*] ἰξνῶς. pro aſtute, prudenter, callidè. Liu.lib.7. Bel. Pun.

SAGANA, p.c.f.1. Vas in quo aliquid teritur.

SAGARIA, riæ, f.1. exercitum vendendi ſaga, vt Lintearia, linteorum mercatura. Vlp. de trib. hēb. Exercebat ſagariam, & linteariam.

SAGARVS, fluuius Aſiæ, Prol.

SAGAPENVM, p.p.n.2. σαγάπηνον. ſuccus herbæ ferulaceæ, guſtu acri. Officinæ vocant *Serapinum.*

SAGATVS, a, um, o.1.2. χλαιδωτός. ſago indutus. Suet. in Cęſ. Duobus triclinijs, vno quo ſagati palliatiue, altero quo togati diſcumberent. Mar. lib.6. Viſte purpureum Matre ſagatus anuem?

SAGAX, cis, n.3. [*Sagace,* ערום harum חריץ charus חכם chacham. G. Scharffſchmeckēd, geſpuetig. *Gal. Sagace, qui flaire bien la trace. Hiſ. Ventor, ó ſabueſſo,*] ἰνδαλετικός. a ſagiendo. i. acutè ſentiendo. Ci.2. de Diu. Sagire, acutè ſentire eſt, ex quo ſagaces canes. Trāſlatè accipitur pro callido, & ſolerti, [*Aſtuto*] Cice. 3. de Leg. Homo animal prouidum, ſagax, multiplex. Mar.li.12. Excogitauit homo ſagax.

SAGDA, m.1. gemma porracei coloris. Plin. lib. vlt. c. 10.

SAGENA, næ, p.p.f.1. σαγήνη. genus retis piſcatorij, Latini verriculū appellant. Mani.li.5. Excipitur vaſta circumuallata ſagena.

SAGINA, næ, p.p. σίτισμα. cibus, quo quis pinguis efficitur. Iun. Sat. 4. Propera ſtomachum laxare ſaginis. Sagina dicendi, apud Quin. lib.10.c.5. eſt dicendi vbertas. Quandoque pinguedo ſuperuacua. Iuſtin. li.50. Saginam corporis ex nimia luxuria contraxit.

SAGINARIVM, rij, n.2. σιτιστήριον. locus vbi ſaginantur altilia. Var, li 4.cap.10.de re ruſt. Pullos anſerum includunt in ſaginario.

SAGINATIO, f.3. Pli.lib.8.c.51.

SAGINO, nas, p.p.a, 1. [*Ingraſſare* חברא hhibri. Ger. Meſten, wol feiſt machen. *Gal. Engraiſſer vne beſte. Hiſ. Cebar, ó engordar animal.*] σιτίζω. pinguefacio. Col.li.6.c.38. Herba fœni vice ſaginat iumēta. Interdū ablatiuo iungitur, vt apud eundē li.5. Formantur offa quib. auis ſaginatur. Et lib. 6. cap. 27. Hordeo ſaginandus equus. Saginatus, a, um. Prop.lib.4.eleg.1. Parua ſaginati luſtrabant compita porci.

SAGIO, gis, iui, itum, a.4. ἰνδαλεύω. propriè de canibus, qui odoris ductu ferarum veſtigia perueſtigant: quamuis etiam per translationem accipiatur, pro aliquid acutè, & callidè pręſentiſcere. Cic. 1. de Diui. Sagire.n. ſentire acutè eſt, ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire volunt; & ſagaces canes.

SAGITTA,f.1.[*Saitta,freccia,*Pfeil,Schnefle,Schnefle,un trait a tirer.Hi.Saeta,o vira,o frecha]τοξεύμα,ἰός.genus telι,quod arcu emittitur.Vir.11.Aen.Neruo per nubem impulsa sagitta.Ci. Acad.Configere aliquem sagittis.Oui.eleg.10.3.Trist.Lógèq; volante sagitta.Hor.3.Car.Dum tu celeres sagittas promis.Sagitta etiam à rei rusticæ scriptoribus sumitur pro nouissima sarculi parte,quia cacumine attenuata sagittæ speciem gerit.Colu.li.3.cap.17. Est & signum cæleste.Pl.lib.18.cap.26.

SAGITTARIVS,a,um,o.1.2.τοξικός.quod ad sagittas pertinet. Pl. lib.16.cap.36.

SAGITTARIVS,rij,m.2.[*Sagitario,balestriero,arciere.*רב קשת rab qesth chath.G.Ein schutz.*G.Arcber.Hi.Frechero,ballestrero,arbero*]τοξότης.qui sagittas ex arcu emittit.Ci.Att.li.5.Magna tormẽtorũ copia,multis sagittarijs,magno labore negocium cõfecimus. Est & Sagittarius signũ cæleste,quem alij Centaurum Chironem arbitrantur,alij Crocum filiũ Euphemes nutricis Musarum, post mortem precibus Musarum à Ioue inter astra relatum.Idib.Feb. vespere occidit,ac vehementer hiemat,inquit Colum.

SAGITTIFER,ra,rum,o.1.2.οἰστοφόρος.qui fert sagittas.Vir.8.Aen.Hic Lelegas,Carasq.sagittiferosq; Gelonos Finxerat.Sagittifera pharetra.Sta.1.Achil.Pecus sagittifera.Claud.de histrice.

SAGITTIPOTENS,m.3.pro signo cælesti,quem & sagittariũ dicimus. Cic.in Arato;Mente sagittipotens Solis cum sustinet orbem.

†SAGITTO,as.τοξεύω.sagittas ex arcu emitto.Iustin.Hist.lib.12.Equitare & sagittare magna industria docent.†

SAGMINA,atis,n.3. Romani herbam appellare,quàm Græci ἱεροβοτάνην,& πάτρια βοτάνη nominãt,nostri etiam Verbenam,siue Verbenacam.Festus,Sagmina vocantur verbenę,id est,herbæ puræ, quia ex loco sancto secabãtur à Cõsule,prætore ve,legatis ad indicendum bellum,aut fœdus faciendum proficiscentibus.Pl.li.22.c. 2.Non aliunde sagmina in remedijs publicis fuere,& in sacris legationibus,quàm verbenę. Certè vtroque nomine idem significatur,hoc est,gramen ex ara cum sua terra euulsum. Hac semper & legati,cum ad hostes,clarigatumque mitterentur,usi sunt.Liui. lib.1.ab vrbe,& lib.10.bell.Pun.

SAGRA,fluuius est in ora magnę Græciæ,olim inter Crotoniatas,& Locros limes,apud quem centũ triginta millia Crotoniatę a decẽ Locrorum millibus,signis collatis,maximo prælio fuere victi, vtanct.est li.6.Strabo.Narrat,& hanc admirandam pugnam,lib. 20.Iust.licet à Strabone discrepet:Hanc (inquit) admirationem auxit incredibilis famę velocitas,nam ea die,qua in Italia pugnatũ est,& Corintho,& Athenis,& Lacedæmone nunciata victoria est:quamuis Strabo,& secundo de Nat.Deor. Cic. Olympijs tamen tũ enunciatum euentum belli memorent,& tanta celeritate,inquit Iust.nunciatæ pugnæ veritas comperta est,vt aduersus increduloꝝ ortum sit prouerbium:volentes,n.sua dicta veriora reddere,Certiora dicunt esse,quàm quę apud Sagram.Quò pertinent illa Ci.verba.3.de Nat.Deor.De Sagra Græcorum est vulgare prouerbium,qui quę affirmant,certiora dicunt,quàm quæ apud Sagram.Celebre reddidere flumen,tum ea ipsa ibi commissa pugna tum etiam honorificentissimum,ac celeberrimum ea tempestate Castoris,& Pollucis templum,iuxta ipsius ripas erectum.Omitto,quod 3.de Nat.Hist.Pl.c.20.inter alia memoratu digna,ea in ora flumina Sagram recenset.A quo deinfluuio,Sagra,aut Sacra, nomen habuit oppidum SAGRIANVM,aut SACRANIVM,quod hodie corrupto nomine dicitur SATRIANO.

SAGRVS,m.2.Italię fluuius,Pelignos diuidens a Ferentanis.Strab.li. 5.Est & Asiæ mons.Pl.li.2.c.27.

SAGVLVM,ri,n.2.vestis genus,quod armis superindui solet.Virg.lib.8. Virgatis lucent sagulis.Liu.lib.1.Bel.Pun.Multi sæpè militari sagulo operti,humi iacentem inter custodias militum conspexerunt.Cic.in Pis.Lictores,togulis acceptis,sagula reiecerunt.

SAGVM,gi,n.2.vestis militaris genus,index belli,vt toga pacis[*Sayo.* G.Ein kurtz kriegskleid,filtzmantel. G. *Vn saye,ou sayan.Hi.El sayal,o alborno*]σάγος ἱμάτιον.genus vestis brumalis,quo tempore belli omnes Romani vtebantur,exceptis viris consularibus.Ci.8. Phil.Est Sagum vestis stragulę genus,non dissimilis cilicio.Suet. in Othone:Ferebatur vagari noctibus solitus,atque inualidum quemque obuiorum distento sago impositum,in sublime iactare.

SAGVNTINVS,Mart.Sume Saguntino pocula facta luto.

SAGVNTVS,σάγουντος.Hispaniæ ciuitas,vltra Iberum fluuium,à Zacynthijs condita.Strab.li.3.Huius vrbis situm describit l.1.Silius. Liu.li.1.Decad.3.meminit cladis.

SAIS,σαΐς.Vrbs Aegypti,prope vnum ex Nili ostijs.

SAITES,vel Saita.Cice.de Nat.Deor.Mineruam ortam Nilo,quam Aegyptij Saitę colunt.

SAL,salis,m.3.[*Sale.*מלח melach.G.Saltz.*Gal.Du sel.Hi.Sal*]per metathesin a Græco ἅλς,estque illud,quo vtimur in condiendis cibis. Declinatur vtroq; num.in plurali tamen tantum masc.est ge.cum in singulari etiam neutrum admittat.Cato:Ex sale,qui apud Carthaginenses fit.Sall.in Iug. Neq; salem,neque alia gulę irritamenta.Colum.Carnem salibus aspersam.Plau.Iurecons.Hostibus venum dari ferrum,frumentum,sales,nõ sine capitis periculo licet. Colli.1.c.53.In seriam substernitur sal coctum.Dicitur et Sale, neutro genere,secundum Priscianum pro mari.[*Mare.*]Enn.libro 14.Ann.Cæruleum spumat sale conferta rate pulsum.Aliqñ pro sapientia,in qua significatione masculino tantùm genere proferri cõsueuit.[*Senno,Sapienza.*]Ter.in Eun.Qui habet salem,qui in te est.Vbi Don.Sal neutraliter condimentum,masculinũ pro sapiẽtia.Aliquando pro dictis,ad risum,vel delectationem compositis, idque tam singulari,quàm plurali.[*Piacenole*ζα] Cat. Epi.81.de Quintia:Nulla est in toto corpore mica salis.Hoc est,nihil venustum,nihil facetum.Ci.de Clar.Or.P.Scipio omnes sale,& facetijs superabat.Luc.Non soliti luserę sales.Quin.li.6.Salsum in consuetudine pro ridiculo tantùm accipimus:nam sicut sal suauitatẽ quandam cum mordacitate habet;ita etiam vrbanorum ioci. Sales.n.Cic.sententia sunt ipsa ridicula.[*Motti,*] quæ necessariò falsa oportet esse:nam falsum erit,quod non erit insulsum,velut quoddam oris condimentum,quod sentitur latente iudicio,& veluti palatum excitat.Quandoque sal pro mari ponitur,vt & ἅλς,fœm. apud Græcos;quia salsum est,& ex ipsius aqua sal elicitur.Virg.1. Aenei.Et spumas salis ære ruebant.

SALACIA,f.1.inquit Fest.antiqui dicebant Deam aquę,quam putabant salũ ciere,id est,mare mouere;quo vocabulo poetę pro aqua usi sunt.Pacuuius;Hinc sæuitiam Salaciæ fugimus. Hæc Festus.

SALACONES,m.3.[*Vanitatori*]σαλάκωνες.dicuntur homines iactabũdi,qui cũ Ito pauperiores sint,Crœsos tñ quosdam se esse simulãt: cumq; Sardanapalo sint effeminatiores,fortitudinis tñ opinionẽ captant.Cic.Gallo;Cognouisti meam causam,& istius Salaconis iniquitatem.Suidas hanc significationem fluxisse existimat a Salacone quodã,eiusmodi,quales iã depinximus,moribus prędito.

SALAMANDRA,f.1.[*Salamadra.*Ge.Salamãdra,ist ein art der Mollen,Molch]σαλάμανδρα.animal lacerti figura,stellatũ,nunquam nisi magnis imbribus prouenies,& æstate deficiens.Pl.li.10.c.67.

SALAMIS,siue Salamin,genit.Salaminis,p.p.vel Salamina,Salaminæ.f.3.& 1.insula est in sinu Saronico,contra Aticam,vrbem habens eusdẽ nois,in qua Telamon regnauit,Aiacis,& Teucri pater.Verum cum Teucer,capta iam Troia,in patriam rediret,indignatus Telamon,quod Aiacis mortem (qui inimicorum iniurijs exagitatus,& in furorem conuersus,sibi necem intulerat)non vindicasset,cum Salamine expulit.Exclusus itaq; è patria,Teucer in Cyprum nauigauit,vbi nouam vrbem condidit:quam & ipsam relicta vrbis desiderio,Salaminem appellauit:hanc hodie Constantiam appellant.

SALAMINIVS,m.2.nomen gentile,a Salamine vrbe.Ci.pro Archia; Homerum.Colophonij ciuem esse dicunt suum,Chij suum vendicant,Salaminij reperunt.Salaminus,a,um,vt Salaminum tropheum,apud Cic.1.Tusc.

SALAMINIACVS,o.1.2.aliud possessiuum.Luc.li.5.

SALAPIA,f.1.vrbs Apulię Dauniorum.Pli.li.3.c.11.

SALARIA,f.1.via,ex vrbe per Anienis pontem ducebant in Sabinos. Per eam Sabini sal à mari deferebant.Pl.lib.31.c.7.Vrapparet ex nomine Salariæ viæ,quoniam illa sal in Sabinos portari cõsueuerat.Var.lib.3.de re rust.ca.2.Matertęr meę fundus in Sabinis est ad quartum,& vigesimum lapidem.via Salaria,a Roma.

SALARIVM,rij,n.2.sub[*Salario,paga,*שכר sachar.G.Die besoldũg, lidlon.*G.Salaire,loyer qu'on recoit de son labeur.Hi.El Salario,o accostamiento del Sennor*]μισθός.stipendiũ,vel merces,q̃ quis pro opera persoluit.Pli.li.31.c.7.Sal honorib.ẽt militiæq.interponitur,salarijs inde dictis,quod in salarium necessarium sit,vt homini sal.

SALARIVS,rij,sub.qui sal,vel salsamenta uendit. Mar.li.1.

SALARIVS,a,um,o.1.2.adiect.τὸ ἁλᾶτε.quod ad sal pertinet.Liu. lib.9.Bell.Pun.Vectigal nouum,& salaria annona statuerunt.

SALAX,cis,o.1.[*Lussurioso,*עגג hogheb.G.Geil;vnkeusch,oder zuvnkeuschheit geneigt.*Gal.Fort enclin a saillir,& paillarder,luxurieux.Hi.Luxurioso*]ἀφροδισιαστικός.propensus in Venerem,a saliendo,vt quidã volunt,id est,arrigendo:aut certè,quod ex humore salso citatur libido.Vnde Venus fingitur a mari orta.Col.li. 7.c.9.Salacissimos oportet esse mares,qui & annicula ætate cõmodè progenerant.Galli salaces.Varr.3.de re rust. Nymphæ salaces. Ou.4.Fast.Salaces cibi,Venerem citantes,vt Eruca,& Bulbi.Ou. 2.de Rem.Nec minus erucas aprum est vitare salaces.Salacitas,lasciuia,& propensio in Venerem.Pl.li.10.ca.36.Passeri minimum vitę,cui salacitas par.

SALEBRAE,f.1.[*Luoghi aspri,ruinosi.*Ge.Rauche,vnebne,vngebaneee,vnd schrofechtige ort.*G.Lieu mal vnis,hauts,& bas,qu'a grãd peine on peut passer sans sauter.Hi.Camino pelegroso,y aspero*]ἀνώμαλα. loca inæqualia,& aspera,& prerupta dicta,quod vix sine saltu præteriri possint.Proper.lib.3.Eleg.16. Luna ministrat iter,demonstrant astra salebras. Translate accipitur pro quauis asperitate[*Aspreζζa*]Cice.de Orat.Alter quasi sedatus amnis,sine vllis salebris fluit.Idem 2.de Fin.Hic si definire,si dimidere potuisset, nunquam in tantas salebras incidisset.Tristitię salebra,singulari num.dixit Val.Max.lib.6.Legitur & apud Cic.5.de Fin.Salebra, numero singula.Hæret in salebra.

SALEBROSVS,sa,sum,o.1.2.quod multas habet salebras:vt Salebrosa ora-

oratio, abrupta, & quibusdam veluti salebris retardans impetum auditoris. Quin.lib.11.cap.11. Interruptus actionis impetus, & resistens, ac salebrosa oratio. Salebrosus scriptor, difficilis, & in cuius lectione sepius sit subsistendum. Mart.li.11. Scriptores tetrici salebrosum edicite Sanctram.

SALENTINI, m.2 σαλεντῖνοι. populi in finibus Italiæ, proximam Apuliæ peninsulam incolētes, dicti à Salentino promontório, in extremis eius peninsulæ finibus sito, vel, vt ait Fest. à salo fortassis, quod penè circumquaque mari ambiantur, tenui tantum Isthmo continenti annexi. Ortos autem putat à Cretensibus, & Illyricis, qui societate cum Locrensibus inita, ijs in locis confederunt.

SALGAMA, p.c.n.2. appellabantur à priscis, quæcunq; condimenta ad victum nostrum in vasis seruabantur, vt puta, mala, pyra, fici, vuæ, mpe. Col.li.10. Tempore non alio vili quoq; salgama merce, Capparis, & tristes inulæ, ferulaq; minaces Plantantur. Idem li.12.c.4. Vasa idonea salgamis præparari iubent. Inde Salgamarij, qui salgama vendunt. Col.lib.12.cap.44. & cap.54.

SALIARIS, & hoc re, o.3. quod ad Salios pertinet. Vnde Saliares cænæ, quas Salij faciebāt amplissimo apparatu. Ex quo opipare, ac copiosæ cænæ, Saliares dicuntur. Dapes saliares. Hor. 1. Car. Ode 38. Nunc saliaribus Ornare pulvinar Deorum, Tempus erat Dapibus sodales. Carmen saliare Numæ. Idem 2.epist.1.

SALICASTRVM, n.2. genus labruscæ, in salictis nascens. Pl.li.23. c. 10.

SALICETVM, ti, n.2. per syncopen Salictum, locus salicibus consitus. Var. Idoneus locus eligendus, vbi facias salictū. Cic. pro leg. Agr. Accedent salicta ad Minturnas. Vir. 1 Ecl. Florem depasta salicti.

SALIENTES, f.3. fistularum capita, atq; etiam ipsę tubulorum, fistularumq; scaturigines, quę & Siphunculi dicuntur, & Sipunculi, ab aquæ expressione, tanquam ex siphone salientis. Vitr.li.8. Cic.ad Q. F.lib.3. Piscina, & salientibus additis.

SALIGNVS, a, um, o.1.2. *De salice* G. weidin, weidbeumin, vō weidē gemacht, ἰτέινος. salice materiatum. Vir. Est tuguri custos armatus falce saligna. Vir.4. Georg. Cum falce saligna Helle spōnati seruet tutela Priapi. Col.li.7.c.1. Vel folijs, vel perticis salignis alitur. Hor.1 Ser.Sat.5. Cerebrosus prosilit vnus, Ac mulæ nautæque caput, lumbosque saligno Fuste dolat.

SALIGNEVS, a, um, o.1.2. Idem. Col.li.7.c.10. Oportet tumentem venā detracto sanguine colligari saligneo libro. Salignea claua. Idem lib.6.cap.2.

SALII, orum, m. Germaniæ populi, qui & Franci dīcitur, eius regionis incolæ, quæ vulgo Francomia vocatur. Ammia. Marc.li.17. de Constantino scribens: Quibus, inquit, paratus, petit primos olim Francos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellauit. Hi Gallis expulsis, eorū sedes occuparūt, Franciāq; de suo nomine appellarūt.

SALII, m.2. σάλιοι. sacerdotes Martis, sic dicti, quod in portandis ancilibus saltare eis mos esset. Virg.8. Aen. Hic exultantes Salios, nudosq; Lupercos. Liu.lib.1. Numa Salios XII. Martio Gradiuo legit, tunicęq; pictę insigne dedit, & super tunicam æneum pectori tegmen, cęleresq; arma, quæ Ancilia appellantur ferre, ac per vrbē ire canentes carmina cum tripudijs solemniq; saltatu iussit. Cic.3. de Or. Vt epularum solemnium fides, ac tibiæ, Saliorumq, versus indicant. Vocantur etiam Salisubsuli a Catul.epigr. 17. ad Colon. In salisubsuli sacra suscipiunt o.

SALILLVM, li, n.2. [*Salinetto*. G. Ein saltzfaesslin, saltzbuchslin,] parvū salinum. Plau. in Tri. Verum nos homunculi, Salillum anumę.

SALINA, f.1. [*Salina*. G. Ein saltzgrub, oder ein ort da man auss wasser saltz sieder, saltzhutten. *Gal. Saline. Hi. Las salinas, donde se haze la sal*] locus i quo sal aut effoditur, aut ex aqua marina paratur. Pl.li.31.c.7. Fit sal vulgaris, plurimusq; in salinis effuso mari. Cic. Att.li.5. Destrue salinarum planè rogo. Idem pro l. Man. Familias maximas quas in salinis habent, quas in agris, quas in portubus.

SALINAE, arum, vrbs Siciliæ iuxta Lilybęum, palmis abundans. Sunt & aliæ non paucæ eiusdem nominis vrbes, a salīs fontibus nomen sortitæ: inter quas minimè conuenit præterīri, quæ apud Sequanos visuntur, & structuræ genere, & salis prouentu adeò admirande, vt non immerito octauum sibi locum inter orbis miracula possit vendicare.

SALINVM, ni, n.2. [*Salino, saliera*. Germ. Ein saltzfass. *Gal. Saliere. Hi. Vase donde se pone la sal, El salero*] ἁλοδόχος. vasculum, quo sal reponitur, tum ad mensæ vsum, tum ad sacrificia paratum. In eo enim cum sale Dijs primitię offerebantur. Pers. Sat. 5. Digito terebrare salinum. Ponitur pro quocunque vase fictili mensę pauperis. Horat. li.1. Carm. Cui paternum Splendet in mensa tenui salinum.

SALIO, lis, a.4. [*Salare*. שלה malach. c. Saltzen. *Gal. Saler. Hi. Salar.*] ἁλίζω. quartæ coniugationis, sale condire. Tib. Farte pio placet, & saliente sale. Prętertum salii facit, & supinum salitum, vnde Salitus, & salituras. Cels.l.b 2.ca.10. Pisces, qui solidi saliuntur. Legitur etiam pro eodem Sallio, duplici ll. Cor. Seuerus; Ad quem salliti pomiliones afferebantur.

SALIO, is, salui, vel lii, vel ui, n.4. diuisis syllabis, supinū saltum. [*Saltare*, דלג rakadh, דלג dalagh, נתר nittet. c. Springen, gūpen. *Ga. Saulter. Hi. Saltar.*] ἅλλομαι. item quod salto Vir.2. Geo. Mollib. in pratis vacbos saliere per vires. Hor.1.epist.12. Nec meretrix tubicina, cuius ad strepitum saltas terræ grauis. Plau. in Bac. Cursu, luctando, hasta, disco, saliendo se exercebāt magis, quàm sponto, aut ferijs. Salire è terra, pro prodire. Lucr.lib.1. E terraq; exorta repente arbusta salirent. Virg.1. Georg. In tectis crepitans salit horrida grando. Salit mihi cor. per translationem. [*Esser allegro.*] Pla. Mil. Dicito doctè, & cordatè, vt ei cor saliat, subaudi, præ gaudio. Salire dicuntur animalia carentia ratione, quādo mares ineunt feminas: nam saliendo ascendunt. Oui.2. de Art. Læta salitur ouis. Var. 2. de re rust. c.7. Cum equus, matrem vt saliret, adduci non posset. Idem 3. de re rust. c.10. Saliunt ferè in aqua de anseribus. A Salio fit freq. Salto. Composita mutant, a, in u: vt Assulto, Consulto, Exulto, Prælulto, Resulto, & Subsulto. Plau. in Cas. Vt festinabat miser, vt subsultabat. Transsulto. Idem in Cap. Transultas, ego miser vix adsto præ formidine.

†SALITOR, ris. m.3. qui salis tributum colligit. Cic. ad Attic. lib.4.]

SALITVRA, æ, f.1. [*Salatura*. G. Ein saltzung, das saltzen, ἅλισις. actus, sale condiendi. Col.lib.12.c.21.

SALIVARIVS, a, um, o.1.2. quod ad saliuam pertinet. Pli.lib.9.cap.51.

SALIVNCA, f.1. herba. Pl.li.21.ca.7. Saliunca folio sa quædam est, sed breuis, & quæ necti non possit. Virg. Ecl.4. Quantum saliunca rosetis, Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

SALIVNCANVS portus, m.2. maritimum Galliæ Celticæ oppidum, in ea parte, qua Britanniam spectat. Ptol.li.2.ca.8.

SALIVO, vas, n.1. saliuam facio. Pli.li.6.c.36. Mutuo attritu lentorem cuiusdam ceræ saliuant. Aliquando illino, siue perungo. [*Vngere.*] Col.lib.6.c.5. Eo medicamine saliuandum ægrotum pectus.

SALIVVM, ui, n.2. & Saliua, æ, [*Saliuo, sputo*. רק rok. G. Der speichel. *Gal. Saliue. Hi. La salina della bocca,*] σίαλος. sputum, quod ferè salis saporem habeat. Pl.li.23.c.27. Sua cuique ieiuno saliua innocentissima. Aliquando pro gusto. [*Gusto,*] Pers. Sat.6. Nec tenuem solers turdorum nosse saliuam. Hinc Saliuosus, quod saliuæ similitudinem habet. Pli.li.16 c.38.

SALIX, cis, f.3. [*Salice*, ערבי harab. c. Ein weiden, oder weidenbaum, felbinger. G. *Saulx. Hi. Sanze,*] ἰτέα. arbor nota, a saliendi. i. crescēdi celeritate. Vir.lib.1. Ecl. Mecum inter salices lenta sub vite iaceret. Oui.10. Met. Amnicolæq; simul salices.

SALIO, lis, per duplex l, tertiæ coniugationis, salli, salsum. [*Salare,*] ἁλίζειν. sale condire. Luc.li.4. Sallere murenas. Participio passiuæ significationis in dus, vsus est. Col.li.7.c.7. cum inquit. Pecora ferro necandaque, sallendaque.

SALODIVM, ij, n.2. [*Salo,*] σαλόδιον. Municipium est, non procul a Burxia, iuxta lacum Chardię. Incolentes Salodij dicuntur, & Salodienses.

SALMACIS, m.3. σαλμακίς. fons in Caria, iuxta Halicarnassum, quo veteres crediderunt lauantium corpora effeminari. Oui.15. Met. Cui non audita est obscœnæ Salmacis vnda. Strab.li.14. Salmacis nescio quam ob rem calumniatus, tamquam emollicns eos, qui in de bibant. †Hinc Salmacidus, a, um, ut Salmacida spolia.]

*SALMANTICA, f.1. Ptol.lib.2.cap.5. oppidum est in orientali tractu Lusitaniæ.

†SALMO, piscis marinus, qui etiam fluuios subit, semelq; gustata aqua dulci vix vnquam in mare regreditur Pli. lib.9.]

SALMONEVS, m.2. σαλμωνεύς. Aeoli filius, & Rex Elidis, qui cum diuinos sibi honores petulantius quęreret, Iouemq; structo æneo ponte, tonando, & iaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus ad inferos detrusus est. Seruius in illud Vir.6.Aen. Vidi & crudelis dantem Salmonea pœnas.

SALNITRVM, n.2. [*Salmitro*] vt dicitur, factitium est, & ad tormenta ignium missilia repertum, veteribus incognitum. Corrupta tamē dictio est: nam legitur apud Pl. sal, & nitrum sulphuri concoctum in lapidem vertitur. Vide Nitrum.

*SALO, lonis, m.3. Fluuius apud Celtiberos, non procul à Bilbili oppido. Mart.lib.10. Patriumque Salonem.

SALOMON, m.3. sapientissimus Iudęorum rex, filius Dauidis ex Bersabea, qui patri in regnum successit: Deoque optimo Maximo tēplum primus ędificauit, hoc nomen sonat, pacificus.

SALON, f.3. regio Bithyniæ. Strab.lib.12.

SALONÆ, arum, f.1. Steph. vrbs Dalmatię.

SALSAMENTARIVS, m.2 [*Lugamegaro*. Germa. Ein einsaltzer, der allerlei eingesaltzene speiss verkaufft,] ταριχοπώλης. qui salsamenta facit, vel vendit, qui & Salarius. Auct.ad Her.lib.4.

†SALPA, æ. σάλπη. genus piscis, qui coqui non potest nisi tundatur. G. Stockfisch, vocant. Plin.lib.9.cap.18.]

*SALPIA, f.1. Apulorum vrbs in Ionio pelago. Ptol. lib.3. cap.1.

*SALPINA, f.1. palus in Apulia, iuxta Salpiam ciuitatem. Luc. lib.5.

SALSAMENTARIVS, a, um, o. 1. 2. quod ad salsamenta pertinet. Plin. Quin & testis cadi salsamentarij tusis cum axungia vetere mirum in modum prodest. Col.li.2.c.10. Recondatur, si maior est modus, in horreo: si minor, in vasis salsamentarijs.

SALSAMENTVM, ti, n.2. [*Salame*. G. Allerley eingesaltzne speyss, es sei fisch, fleisch, &c. *G. Toute salure ou chose salee, soit chair, soit poisson. Hi. Salsas de cosas saladas,*] ταρίχος. sale compositum, siue sale conditum. Ter. in Adel. Salsamenta hæc tam macerentur pulchrè.

SALSE

SALSE,[*Facetulmente,con riſo.* Ger. Schimpfflich,mit poſſen reiſſen oder ſchimpffreden. *Gal. En pinçquant, en mordant,en recontrant. Hi. Donas emcontes,con denayres,*]*ἁλίως.* facetè, vrbanè,cum quadã ſalium mordacitate. Cice. 2. de Orat. Ridentur,quæ ſubabſurdè, ſalſeque dicuntur. Idem eodem lib. difficillimum ea, quæ occurrunt,cum ſalſiſſimè dici poſſent,tenere. Quin. lib. 6. c. 4. Species infinitæ tam ſalsè dicendi,quàm feuerè locus,tempus.

SALSEDO,nis,f. 3.[*Salſuggine,*] *ἅλμη.* ipſe ſalis ſapor.

*SALSI LAGO,ginis,f. 3.[*Salſuggine,*]*ἅλμη.* ſalſugo. Plin. lib. 20. ca. 14.

SALSITVDO,nis,f. 3. humor ſaporem ſalis referens. Pli. lib. 20. c. 14.

SALSVGO,nis, f. 3.[*Salſuggine.* Ger. Saltzwaſſer,ſaltzlab,ſaltzbrueye. *Gal. Liqueur ſalee,ſaumure. Hi. ſudor de cosa ſalada. ſalmuera*]*ἅλμη.* quinus humor ſalſus. Plin. lib. 31. c. 7. Appellatur in ſalinis ſalſugo, ab alijs ſalſilago, marina aqua ſalſior.

SALSVRA,ę,f. 1.[*Salame.* Germ. Eingeſaltzene ſpeiſſ, ſaltz,] *τάριχος.* ſalſamentum. Col. lib. 8. cap. 17.

SALSVS,a,um,o. 1. 2.[*Salato,ſalſo.* Ge. Geſaltzen. *Gal. Sale. H. Salado,*] *ἁλμυρός.* ſalis ſaporem habẽs, ſiue ſale conditum. Horat. Epod. 16. Ametque ſalſa leuis hircus equora. Virg. lib. 2. Aeneid. Salſuſque per artus Sudor iit. Idem 5. Aenei. Et ſalſos rident remomentem pectore fluctus. Quin. lib. 6. cap. 3. Ridiculum dictum, ſalſum eſt. Cic. ad Papyr. lib. 9. Salſiores, quàm illi Atticorum, Romani veteres atque vrbani ſales.

SALTATIO,ſ. f. 3.[*Ballo,*]מחול chagh. G. Ein tantz. *Gal. Danſement,ſautemens,danſe. Hiſ. Danza,o bayla,*] *χορεία.* hominum iactatio, quàm vulgus tripudium vocat. Ci. pro Mur. Deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Idem de Clar. Orat. Titius, homo ſatis acutus, ſed tam mollis in geſtu, vt ſaltatio quedam naſceretur.

SALTATORES,m. 3.[*Ballarini,*]מחוללים choghegh. רקדים roxedh. G. Ein tãtzer. *Gal. Danſeur. Hi. Danzador,o baylador,*] *ἀλάτικοι.* qui tripudijs, ſtaticuliſque dandis ſunt elegantiores. Cic. lib. 1. Offi. Adde ſaltatores, totumque ludum talarium. Quin. lib. 1. c. 12. Nec ſaltatorem ■ geſtu facio. Saltatrix. Cic. in Piſ. Cum illa ſaltatrice tonſa. Hinc Saltatricula, dim. Gel. lib. 1.

SALTATORIVS,a,um,o. 1. 2.[*Da ballare.* German. Ein ort, da man leret ſpringen, vnd tantzen. *Gal. Eſcole pour apprendre a danſer le bal. H. Eſcuela de danzar,o baylar,*] *χορευτικός.* vt Ludus ſaltatorius, in quo ſaltare docetur. Mac. li 3. Satur. Filij ſenatorũ i ludũ ſaltatoriũ cõmeabant. Cice. in Piſ. Cum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbẽ.

SALTATVS,m. 4.[*Ballo.*]מחול chagh. G. Tantz oder tantzung,] *ὄρχησις.* ſaltatio. Liu. lib. 1. ab vrb.

SALTEM,& certè tamen[*Almeno,pure.* Ge. Doch, nur, zum wenigſtẽ oder mindeſten. *Gal. Au moins,a tout le moins. Hi. Alomenos,o ſi al bre nã.*] γέ, γοῦν. conunctio per defectionẽ dicta, quaſi ſi alter non poteſt: vel (vt inquit Gel.) u, litera abiecta, nã à principio ſalutẽ dicebant, quod nos ſaltẽ dicimus: nã cum alia quædam petita, & nõ impetrata ſunt, hic ſolemus quaſi ad extremũ aliquid petituri, qd negari minimè debeat, dicere: hoc ſaltẽ fieri, aut dari oportere, tãquam ſalutem poſtremo petentes, quã impetrari ſit æquiſſimum. Ser. Saltẽ tractum à captiuis, qui cum tenerentur ab hoſtibus, dicebant ſublatis manibus, ſaltem cõcede. Hinc per ſynæreſin natus eſt ſermo, vtin conceptu rerum multarum petituri, aliquid ſaltẽ dicamus. Vir. li. 1. Aen. Sicanie ſaltem ſedeſque paratas, Vnde huc aduecti, regemque petamus Aceſten. Idem lib. 6. Aene. Tecũ me tolle per vndas. Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcam. Cicer. Att. lib. 9. Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem.

*SALTIAE,m. 1. populi iuxta Pontum Euxinum.

*SALTVARES,ſi. 1. inſulæ in Nymphæo ita vocãtur. Pl. lib. 2. cap. 95.

SALTIM, apud antiquos, ſiue Saltuatim,[*A ſalto,a ſalto.* G. Mit ſprimgẽ oder hupfen. *Gal. De ſautan faut, en ſautelant. Hi. Salto a ſalto.*] *πηδητικῶς.* per ſaltus. Gell. lib. 9. cap. 4. Homines ſingulis cruribus ſaltuatim currẽtes. Saltuatim ſcribere, eſt carptim ſcribere, nõ ſuo ordine, ſed vt ſeſe offert. Sidonius lib. 3. Hiſtor. Ne vellicatim, aut ſaltuarim ſcribendo, de tomis animos impediremus.

SALTO,as,a. 1.[*Saltare,ballare.*]רקד chagh רקד raked. כרכר chircher. G. Springen, vnd tantzen. *Ga. Sauter,danſer. Hi. Danzar,o baylar,*] *ὀρχοῦμαι.* tripudio. Salluſt. in Cat. Litteris Græcis, atq; Latinis docta, pallere, & ſaltare, & cantare elegantius, quam neceſſe eſt probæ. Cum Catil. Hi pueri non ſolum cantare, & ſaltare, ſed etiam ſpargere veſtem didicerunt. Idem pro Mur. Nemo ſaltat ſobrius. Carmina ſaltantur theatro. Ouid. 5. Tri. eleg. 8. Saltata poemata populo. Idem 2. Tri. Saltare laudes alicuius, eſt ſaltationibus immiſcere, aut Budi. Plin. Paneg. Cum laudes Imperatorum ſaltarentur. Hinc Saltura, æ, ſaltatio. Plaut. in Cur. Saltura ſat bona eſt. Saltito, freq. à Salto.

SALTVARIVS,rij,m. 2.[*Camparo.* Ge. Ein forſtmeiſter, waldhueter,] *δρυμοφύλαξ.* ſiluarum, ſeu ſaltus cuſtos. Pompo. li. 11. ff. de vſu. & habita.

†SALTVATIM *πηδητικῶς.* Gell. libr. 9. cap. 4. Saltuatim currentes homines.]

SALTVOSVS,a,um,o. 1. 2.[*Boſcaro.* Ge. waldechtig,] *δρυμώδης.* ſaltibus paſſim obſitus. Liu. 7. Bel. Pun.

SALTVS,tus,m. 4.[*Boſco,ſelua,*]יער iahar. Ge. Ein forſt, ein vngebawẽ waldechtig ort, da man das viech weiden vnd ſummeren mag, dicxer vnd wilder wald. *Gal. Vne foreſte,un bois eſpois. Hi. Boſque eſpeſo*] *ὕλη τόπος.* locus incultus, crebris ſiluis paſſim opplctus, in quo paſci et, & æſtiuare pecora poſſunt. Vir. lib. 3 Geor. Saltibus in vacuis paſcũtur plena ſũ Flumina. Feſt. Saltus C. Aelius li. 2. Significationũ, qui ad ius ciuile pertinẽt, ita definuit, Saltus eſt, vbi ſiluæ, & paſtiones ſunt, quarũ cã caſa quæque: ſi quis particula i eo ſaltu paſtorũ, aut cuſtodiæ cã aratur, ea res nõ perimit nomẽ ſaltus, nõ magis quã ũdi, qui eſt in agro cultо, & eius cã habet ædificiũ. ſi qua particula in eo habet ſiluam. Cæſ. 6. Bell. Gall. Siluas aut ſaltus ſe eriperet, & nocte occultaret. Idem 1 Bel. Ciu. Pyrenæos ſaltus occupari iubet. Vir. 2. Geor. Canibus circumdare ſaltus. Vide Valla Elegg. lib. 5. c. 106. & li. 4. c. 57. Eſt item Saltus, ſaltandi actus. Vir. 9. Aen. Saltu præceps ſeſe omnibus armis In fluuium dedit.

SALVBER,p. p. maſc. gen. ſalubris. fem. ſalubre, neu. & hic, & hæc ſalubris. & hoc ſalubre, o. 3.[*Salubre,ſaluifero.* Ger. Das geſund iſt, oder geſundtheit bringt *Gal. Salutaire qui donne ſalue,ſain. Hi. Coſa ſaludable,*] *ὑγιεινός, σωτήριος.* quod præbet ſanitatem; vnde aër, ci bus, locus, ſalubres dicũtur. Col. lib. 1. ca. 4. Soli in ſalubris. Cic. 1. de Diu. Salubriſne, an peſtilens annus futurus ſit. Aquæ ſalubres. Hor. in Car. ſæcul. Fluuius ſaluber. Virg. 1. Geor. Salubre alicui rei. Pl. li. 8. c. 27. Chelidoniam viſu ſaluberrimam hirundines monſtrauẽre. Conſilium ſalubre. Cic. Att. lib. 8. Aliquando ſalubris accipitur pro ſano.[*Sano.*] Salluſt. in Iug. Genus hominum ſalubri corpore, Liu. 3. Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cepere. Hinc Salubritas, atis,[*Sanitá,*ſanitas. Pl. li. 37. c. 13. Situ ac ſalubritate cæli atque temperie. Cæſ. 8. Bell. Gall. Tantum itinerum faciat, quantum ſatis eſſe ad mutationem locorum propter ſalubritatem exiſtimabit. Salubriter.[*Con ſanitá*] Liu. 3. ab vrb. Trahi bellum ſalubriter, & maturè perfici poteſt. Cicer. de Sen. Vbi poteſt illa ætas vmbris aquiſque refrigerari ſalubrius?

SALVE.[*Dio ti ſalui*]שלום ſchalom. G. Gott gruſſe dich, biſſgegruſſet. *Ga. D. eu te garde,bien te ſoit. Hi. ſey ſaluo,*] *χαῖρε.* verbũ ſalutantis, idem valens, quod ſaluus ſis: ſolumq; declinatur per ſecundas perſonas imperatiui vtriuſque numeri, & præſens infiniti ui. Ter. in Phorm. Here ſalue, ſalutem te aduenisſe gaudeo. D. Oh bone cuſtos, ſalue. Iubeo te ſaluere. i. precor tibi ſalutem. Hor. lib. 1. epiſ. 10. Vrbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus Ruris amatores. Cice. ad Attic. lib. 4. Dionyſium velim ſaluere iubeas. Vir. 5. Aen. Salue ſancte parens, iterum ſalutete recepti Nequicquam cineres, animæque, vmbræque paternæ. Saluco, dixit Pla. in Truc. Pro ſalus, & ſamus ſum. Saluebis in futuro, dixit Cic. ad Att. lib. 6. Saluebis à Cice. meo, id eſt, meus te ſalutat. Vide in dictione Valeo.

SALVIA,æ,f. 1.[*Saluia.* Ger. Salbei,] *ἐλελίσφακος.* frutex eſt nulli non notus, virgas habens quadrangulas, folia que aſpera, craſſa, & incana, odore grati quidem, cæterum non ingrato. Dicta ſaluia, vt putatur, quod multis incommodis medeatur, ægroſque ſaluos præſtet. Prodeſt enim paralyticis, & contra ſerpentium morſus remedium exhibet. Plin. lib. 22. ca. 25. Dioſc. lib. 3. cap. 38. Fuit & Saluia mater Apulei. Eſt & Saluia, Triacenſium oppidum, in quinta regione Italiæ, de quo Plin. lib. 3. cap. 13.

SALVIATVM,ti,n. 2.[*Beuanda di ſaluia.* G. Ein Artzney, oder trancк von ſalbeien,] genus medicamẽti eſt, quo veterinarij, & mulomedici vtuntur in ægrotantiũ animalium curatione. Col. l. 6. c. 9. Recẽs tuſſis optimè ſaluiato farinæ hordeaceæ diſcutitur. Col. li. 6. c. 24. Lupini ſemicrudi conterantur, & oſſe ſaluiati more faucibus ingerantur. Et paulo poſt: Poteſt etiã cum arido fico, & eruo conteri herba ſantonica, & formata in oſſam, ſicut ſaluiatum dimitti. Quibus in locis Saliuatum potius legendum crediderim: quod & eruditioribus placere video, qui ſaluatum interpretantur medicamenti genus, quod pecori ægroto datur deglutiendum.

SALVIO,as,a. 1. ſaluiato medeor, vel ſaluiatũ deglutiẽdum præbeo. Col. l. 6. c. 24. Per vnã noctẽ lacte macerato ſaluiat. Quo tñ in loco doctioribus quibuſdã ſaliuat, legẽdũ videtur: quorũ iudicio nos quoq; libenter ſubſcribimus, alio Col. loco adducti, qui eſt eiſdem lib. c. 5. vbi ſic habet; Tunc panacis, & eringij radices, fenicu li ſeminibus miſcendæ, & cum defruti, ac molli tritici farina, carẽtique aqua conſpergendæ, eoque medicamine ſaliuandum ægrotum pecus. Vbi ſaliuandum pecus dixit, pro eo quod eſt, ſaliuato per os immiſſo curandum.

SALVM,ſali,n. 2.[*Mare,*]ים iam. G. Das meer,] *ἅλς.* mare, à ſapore ſalis, vel à verbo græco *σαλεύειν.* quod ſignificat mouere, fluctuare. Vir. 1. Aen. Perque vndas ſuperante ſalo. Cice. pro Cec. Vt a quo loco depulſus eſſet, in eum ſe fortuna reſtitueret, non in ſalum, ſed in ipſam vrbem quam petebat. Idem 3. Tuſc. Nec tam erumnoſo naufragiſſem ſalo. Vir. 2. Aen. Fit ſonitus ſpumante ſalo.

SALVS,tis,incolumitas.[*ſ. pernicies.*]*ſalute.ſanitá*שלום ſchalom, תשועה teſchuhah. Ge. Gluck vnd heil, geſundtheit, wolſtand, w [illegible]. *Gal. ſalut,ſauuemente ſanie. Hi. Salud,ſun dad,*] *σωτηρία.* incolumitas. Cic. ad Att. Saluti, ſi me amas, conſule. Ter. in Ad. Quod cũ ſalute eius fiat. Cic. lib. 3. de Leg. Cui ne reditus quidem a bonis ſalũtem potuit afferre. Plau. in Mer. Sydem teneo, ſalutem amiſi. Ouid. lib. 3. Meta. Te ſcilicet omnis in vno Noſtra ſalus poſita eſt. Salu-

tem

SARDI,orum,m.2.σάρδοι,σαρδῶοι.Sardiniæ incolæ,qui ob insignem vilitatem,nequitiamque in prouerbium abierunt.Ci.li.4.epi.Habes Sardos venales,alium alio nequiorem.

SARDIANAE balani.*βαλανοι σαρδιανοι*,à Græcis dictæ sunt castaneæ quod circa Sardis primum fuerint inuentæ.Vide Plin.libr.15.capit.23.

SARDINIA,f.1.[*Sardeena.*G.Ei grosse vnd bermẽpte insel im mittelmeer,heisst jetz Sardigna]σαρδώ.est insula,teste Sal.in mari Libyco,ita dicta à Sardo Herculis filio)sicut Strab.& Solin,scribũt) q̃ è Libya veniens,cũ multitudine colonorũ insulã occupauit: cum antea Sandali otis appellata ab effigie soleæ,q̃ Græci,σανδάλιον vocant,& Ichinusa,a similitudine vestigij qđ Græcè ἴχνος. Huius latitudo est milliũ passuũ nonaginta octo,longitudo ducentorũ viginti,q̃q̃ alii stadia multa adijciant.Hęc a Septentrione montes editissimos,qui prohibẽt,quò minus a Borea possit perflari,quo fit,vt aeris pestilẽtiæ maximè sit obnoxia.Quo noie ẽ olim,tã mulẽ audiuit,vt M.Cic.Q.Fr.moneat ẽ tũ,cũ optimè valeret,memminisse eũ debere,in Sardinia ipsum esse: & alibi,Tigellium quẽdã Sardum hoiem esse ait patria sua pestilentiorem.Mar.que q Sardiniam Tyburi,tamq̃ salubberrimo loco pestilentissimũ opponit;sulo(inquit) fata loco possis excludere cum mors Venerit,in medio Tybure Sardinia est.Mirum in ea insula neq.Iupũ gigni,neq.serpentem reperiri.Hęc ciuitates multas,sed oĩum scelratissima Caralis est,vbi corallionum piscatio est.In qua D.Aug.ossa tamdiu conquieuere,quoad ab Helidrando rege Papiam translata sunt. Hanc ciuitas Iole a priscis appellabat,ab Iole illa,q̃ Hercules pdutissime amauit.Insulam Pœni occupauere,sed a Romanis expulsi primo bello Pun.eamdem amisere.A Sardinia Sardus,Sardous & Sardonensis adiectiua fiunt.Est & Sardinia piscis genus ad cõdimenta & salituras vtilis,apud Italos plurimus.Col.li.8.c.17.Tabentes lardeculas,& salibus exesam chalcidem,putremque Sardiniam.

SARDO,as,a.1.[*Intendere,*]δαίνυμι.verbum est obsoletum,quo antiqui vt

vtebantur pro intelligere. Nævius apud Festum; Quod bruti nec satis fardare queunt.

SARDONYCHATVS, 0. 1. 2. σαρδονυχατὸς. fardonyche ornatus. Mar. lib 2. Cuius & hinc lucet fardonychata manus.

SARDOVS, a, um, 0. 1. 2. σαρδόνιος. possessiuum a Sardinia. Ouid. li. 4. Fastor. Sardoaq. regna siniſtris Respicit a remis. Herbæ Sardoæ. Vir. 7. Ecl. Imo ego Sardois videar tibi amarior herbis.

SARI, σάρι. n. g. 3. genus fruticis proueniens in aqua, radice dura, intortaque, ferrariis officinis utile. Pli. lib. 13. c. 23.

SARISSA, f. 1. [*Lancia, lanza, picca.* Germa. Ein langer Spieſs] σάρισσα; hasta prælonga, qua Macedones in bello vtebantur. Liu. lib. 7. Bel. Maced. Prælongas hastas Macedones sarissas vocant. Ælian. Docet sariſſam esse lanceam, qua vtitur phalanx Macedonica longitudine quattuordecim cubitorum, quorum duo manus continent, reliqua duodecim prominent. Inde σαρισσοφόροι, qui sariſſas gestant. Oui. 12. Met. Qui clypeo, gladioque, Macedonicaque sariſſa. Luc. lib. 8. Primi Pellæas arcu fregere sariſſas.

SARMATRAE, m. 1. σαρμάται. Step. populi Scythiæ iuxta Danubium in Mœotïcam paludem vergentes, qui & Sauromatæ dñr, & regio eorum Sarmatia dr. Pli. l. 4. Sauromatas gentes Scytharum Græci vocant, quas Sarmatas Romani dicunt. Dicti Sauromatæ, ab oculis lacertarũ, σαῦρος enim lacerta est, ὄμμα, oculus. Nomina diuersa habent Sarmatę, habitant montes & saltus, vtuntur plaustris, pp domib. pascũturq. lacte equino, vnde quidã eos ἱππομόλγους, hoc est, equarum mulsores: alii γαλακτοφάγους, hoc est, lacte vescẽtes, appellant. Sunt etiam quidam interius habitantes, qui sanguinem equinum lacte mistũ potãt, quos vocant Golonos. Vir. li. 1. Geo. Bistæ quo more solent, acerq. Gelonus, Cum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum, Et lac concretum cum sanguine portat eq̃no. Item Sarmatæ alii sunt, qui equino sanguine è crurib. dei tacto farinæq. commisto aluntur. Alii ẽtq. pro victimis homines immolant. Alii bellorũ & cædis amatores, quib. bellãtibus mos est, cruorẽ eius, quem primum interemerint, ex ipsius vulneribus bibere, & quisq. plures interemerit, ita apud eos eximius hr. Sunt & in Scythiæ extremis Sarmatæ, qui carne equina vescuntur, alii q̃ humanæ carnis alimento vitam ducunt, pp quod vocantur Anthropophagi, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν τοὺς ἀνθρώπους. hoc est, ab hominibus edẽdis. Idem ab vsu plaustrorum Hamaxobitæ Pomponio, Hamaxobij Ptolomęo vocantur. Auri, & argenti, maximarũ pestiũ ignari permutatione rerum commercia exercent, atq. ob feruitiam hiemis demersis in humum sedibus, specus, aut suffossa habitant: totum bracchati corpus, & nisi qua vident, ẽt ora vestiti. Horũ meminerunt Pli. li. 4. c. 12. & Strab. li. 11. A Sarmatia fit Sarmatis, tidis. Ou. Terreat haud manes Sarmatis vmbra meos. Sunt aũt duæ Sarmatiæ (secundũ Ptol.) quarũ vna est in Europa, q̃ (vt lib. 3. scribit) a Septentrione Oceano terminatur, ab Occasu parte Germaniæ, a Meridie Iazygibus Metanastis. In ea est Olbia, quam nũc Russiã & Tartariam esse credunt. Altera Sarmatia est in Asia, vt idem li. 5. refert, quæ a Septentrione terra incognita terminatur, ab Occasu Sarmatia Europæ, & Tanai fluuio. In ea sunt Caucasij montes.

SARMENTA, orum, n. 2. [*sarmenti, gli tagli di vite bruscati.* Germanic. Geraesp, allerley vnnutze oder vberflussige abgehawene zweig. Gal. *sarmens de vigne.* Hisp. *sarmientos de la vid,*] κλήματίδες, ὀπραπίδες, φρύγανα. virgulæ superuacuæ (inquit Fest.) a vite abscissæ. Vir. 2. Geor. Primus humũ fodito, primus deuecta cremato Sarmẽta, & vallos primus sub tecta referto. Cice. 3. Ver. Ligna, & sarmenta circumdare, ignem subiicere cœperunt. Frequentissimè in etiam sarmentum accipitur pro flagello adhuc in vite hærente, siue id frugiferum sit, siue sterile. Col. li. 3. c. 10. Numerus vuarum, q̃ plerumq. conspicitur in productissimo sarmentõ. Var. rei rust. li. 1. ca. 31. Emucidum enim sarmentum pro pter infirmitatem sterilescit. Inde, Sarmentitius, a, um, quod est ex materia sarmẽtorum. Col. li. 6. c. 16. Verum vulnera eius sarmentitio cinere linenda sunt. Hinc Sarmentosus, adiect. φρυγανώδης, quod plurimum habet sarmenti. Plin. lib. 25. c. 11. Radice tenui, superuacua, sarmentosum.

SARPEDON, p. p. gen. Sarpedonis, p. c. σαρπηδών. teste Hom. Illia. 16. Iouis filius ex Laodamia Bellerophontis filia aut, vt Herodotus tradit in Polymnea, eiusdẽ Iouis filius ex Europa, & frater Minois. Hic cũ Lyciæ rex esset, & in armis strenus, Priamo suppetias tulit aduersus Græcos, vbi cũ multa edidisset virtutis suæ documenta, tãdẽ a Patroclo est interfectus. Corpus aũt eius Iouis iussu ab Apolline è medio pugnantiũ sublatũ est, & flumine ablutũ, Ambrosioq. respersum liquore, ac regia indutũ veste, ad exequẽdũ funus suis restitutum. Vir. li. 1. Aen. Seuus vbi Acacidę telo iacet Hector vbi ingens Sarpedõ, vbi tot Simois, &c. Est & Sarpedõ Ciliciæ promõtorium, finis aliq̃ regni Sarpedonis, & quod Ciliciam a Pamphilia distinguit. Pomponius Mela li. 1. in descriptione Ciliciæ.

SARRACENI, m. 2. [*sarracini*] σαρρακηνοί. populi sũt Nabathæos, a Saraca (vt Steph. inquit) quę est pars Arabię. Pli. li. 6. c. 28. Nabathęis Thimanęos iunxerunt veteres: nunc sunt Taueni, Suelleni, Sarraceni, Arraceni.

SARRACVM, p. p. n. 2. [*Carro da vettura,* עגלה haghalah. G. Ein Karrẽ oder wagen auff dem man stein oder holtz fuehret. G. *Vn chariot a porter bois, ou pierres.* H. *Carro, o carretta de cargo,*] ἅμαξα. plaustrũ, siue vehiculi genus, quo ligna, & lapides vehi consueuerunt. Iuue. Sat. 3. Longa coruscat Sarraco veniente abies. Item Satyr. 1. Frigida circumagunt pigri Sarraca Bootæ. Qu. li. 8. c. 3. An cum dicit in Pis. Cic. Cum tibi tota cognatio in Sarraco aduehatur: incidisse videtur in sordidum nomen?

SARRIO, ris, ritum, a. 4. [*zappare, sarchiare,* עדר hadhar. Germa. Laetten auſſscharren oder auſſhacken. Gal. *sarcler les blez, ou, biner les vignes.* His. *Escardar,*] σκαλδύω. significat sarculis fodio, purgo; qã fit, cum segetes leuiter scalpendo tastris a noxijs herbis purgamus. Pla. in Capt. Semper occant, priusquam sarriunt rustici. Pl. lib. 18. Qui sarriet, caueat ne frumenti radices effodiat. Hinc componitur Resarrio, quod est rursus sarrio. Idem cum hieme prægelida captę segetes essent, resecuerunt, resarrientes campos.

SARRITOR, p. p. m. 3. [*Zappatore,* עדר nghodher. G. Der ein saamẽ iaetet oder auſſhacket. *Gal. sarcleur, bineur. H. Escardador*] σκαλδητής. qui sarrit. Col. li. 2. c. 13. Tritici modij quattuor, vel quinq. bubulcorum operas occupant quattuor, occatoris vnam, sarritoris duas.

SARRITVRA, f. 1. [*Zappamento.* Germ. Das jaetten oder auſſscheuberen. *Gal. sarcleure, binure. His. Obra de escardar,*] σκάλδευσις. purgatura, siue ipse sarriendi actus. Col. lib. 11. c. 2. †Sarrino, nis. idem Col.]

SARTAGO, nis, f. 3. [*Padella,* מרבשת marchescheth מחבת machabath. Ger. Ein roſtpfann oder bratpfann. *Gal. Poille a frie. His. sartapara freir,*] τήγανον. Patella, in qua caro frigitur, ἀπὸ τοῦ σαρκός, hoc est, a carne nomen habens. Pli. li. 16. c. 11. Item terebin thinã ĩ sartagine referuenti. Sartago loquendi. Pers. Saty. 1. Quęrisne, vnde hæc sartago loquendi Venerit in buccas?

SARTOR, oris, m. 3. [*Zappatore,* עדר nghodher,] σκαλδητής. a sarrio, idẽ quod sarritor. i. purgator. Plau. in Capt. Sator, sartorq. scelerum, & messor optime. Tyn. Non occatorem dicere debeb as prius? Nam semper occant priusquã sarriunt rusticis. Est & Sartor, a sarcio, de quo supra egimus Sartor, inquit Nonius Marcellus, non solùm a sarciendo, sed etiam a sarriendo deducitur, & tam eum qui sarcit, quam qui sarrit, significat.

SARTVRA, f. 1. idem quod sarcitura, [*Zappamento,*] σκάλδευσις, hoc est, frugum vinearumve a noxijs herbis purgatio. Pl. li. 18. c. 27. Sartura nocere & vineæ, & segeti existimatur.

SAS, veteres pro suas dixere, & Sam pro eam. Enn. li. 1. Virgines nam sibi quisq. domi Romanus habet fas. Idem li. 4. Nec quisquam Philosophiam in somnis vidit, prinsquam sam dicere cœpit.

†SAT, aduerb. per apocopen à Satis deductum, cuius etiam retinet significationem. Cic. de sene ct. Tantum quantum sat est.]

SATAGO, is, p. c. n. 3. [*Affligere,* חרד chamdh, דאג daag. G. Sorg sam oder angſt hafft ſein, einẽ ding genug zuthun. *Gal. Estre fort aspre a faire quelque chose, soigner, & diligenter a la faire. His. Estar solicito & congoxoso.*] διανοεῖσθαι. ex sat, & ago, compositum videtur: vnde Sategi præteritum, Satactum supinum facit. Est autem Satagere, anxium esse, & distorqueri difficultate rei alicuius conficiendę. Terent. in Heau. Nam hic Clinia, & si is quoq. rerum suarum satagit, attamen habet bene, & pudicè eductam, ignaram artis meretriciæ. Aliquãdo significat diligentem esse, seu festinare. [*Esser diligente*] Pl. in Asi. Nunc satagit, adducit domum ei victum, & scribit nũmos. Quin. lib. 6. c. 4. Afer, venustè Manlium Suram multum in agẽdo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deiscientem, & imponentem non agere dixit, sed satagere.

SATANAS, m. 1. [*satanasso,* שטן satan,] σατανᾶς. interpretatur aduersarius: Quo nomine appellatus est Diabolus, quod Christi aduersarius sit. Quicquid enim animæ ad Deũ tẽdenti resistit, & aduersatur, & quicquid paci contrarium est, hoc Satanas esse nominatur. Sicut legitur in Regum libris; Quia suscitauit Deus Salamoni Satanam, aduersus eum, qui erat pacificus.

SATELLES, satellitis, m. 3. [*satellite, birro, Zaffo,* שטר schoter. G. Ei Trabant, Gwardi x mecht. *Gal. Satellite, garde de corps, sergent, ministre. His. El que armado acompana a otro,*] δορυφόρος. milites mercede cõducti, vt ab Imperatoris latere non discedant. Liu. li. 2. ab vrb. Cũ concursu ad clamorẽ facto comprehensum regij satellites retraxissent ad tribunal regis Oui. 5. Fast. Ille deæ custos, ille satelles erat. Cicer. contra Rul. Ianitores ducentos in armos singulos statores corporis constituit, eosdẽ ministros, & satellites potestatis. Satelles Iouis Aquila. Cic. 2. Tus. Ministri, & satellites cupiditatũ alicuius. Ci. 5. Ver. Qui primus certos instituerit, nomine decumanos, re vera ministros, ac satellites cupiditatum suarum, Satelles itẽ dicitur, qui fontibus capiendis præest, qui & apparitor, & viator dicitur.

SATIABILIS, satiabile. o. 3. [*satiabile, che si satia.* Germani. Ersettlich. *Gal. Assò a saouler, & assouuir. Hispan. Cosa que facilmente se puede hartar,*] κορεστός. qui satiari potest facilè: cuius contrariũ est Insatiabilis, inexplebilis. Sallustius; Auaritia insatiabilis est.

SATIETAS, atis, f. 3. [*Satietà, fastidio, pienezza, abondanza,* שבע sabah. vel sobah שבעה sibbah. Ger. Genuege, settigung, inals leide. *Gal. Saoulement, repletion, assouuissement. Hisp. Hartura, o hastio,*] κόπος. propriè idẽ est, quod saturitas, licet frequentiùs accipiatur pp fastidio, quod ex rei alicuius assiduo vsu nobis ingignitur. Ci. in Catonem, Omnino quidem vt mihi videtur, studiorum omniũ satietas

fuerit vitæ satietatem Qu.li.9.c.14. Et odiũ ex quadam seminue, & ex copia satietatem,& ex amplitudine fastidiũ tulerit.Liu.li.4. Bel.Pun. Pluribus vos milites hortarer, si cum armatis dimicatio futura esse:inermes,incautos,ad satietatem trucidabitis.Pro eodẽ legitur & Satias, tis.[*Nota.*]Ter.in Eun.Vbi satias cœpit fieri,cõmuto locum.Sall.Hi saltibus occupatis externorum agros inuasere,frumentique ex inopia graui satias facta.Item Saties,ei,[*Nota*] Sil.li.4.Nec finis,satieue,noui sed sanguinis ardor Gliscere.

SATIN, pro satisne.Ter.in And.Satin'sanus es?

SATIO,as,a.1.[*satiare,fastidire,*השבין hisbiah,Germanic.Settigen, *G.sadouler,assouuir.Hisp.Hartar hasta el hastio,*]πληθω.a sat deduci videtur,& saturo,seu expleo significat:pertinetque ad omnes sensus,& frequenter ad animum.Cicer.in Catonem:Satiari delectatione non possum,vt mœæ senectutis requiem, oblectamentumq. nostaris.Cic.in Parad oxis;Numquam expletur,nec satiatur cupiditatis sitis.Ou.3.Trist.Ele.8.Forsitan hoc olim,cum iam satiauerit iram.Verũ hæc translatitia sunt, proprie n. ad famis sitisq. expletionem pertinet.Col.li.9.Satiatq. semodus cibi in diebus singulis vicenos,& centenos inpures.Ou.8.Met.Vtq. fretum recipit de tota flumine terra,Nec satiatur aquis, peregrinosq. ebibit amnes. Satiatus,a,ũ,partic.Liu.li.1.ab Vrb.Vbi illuxit,Romanus integer satiatusq. somno,productus in aciem,fessum stando,& vigilijs,primo impetu Volscum perculit.Iuuen.Sat.6.Et lassata viris nondũ satiata recessit.Hinc componitur Exsatio, de quo supra suo loco.

SATIS,[*Assai,abondantemente,a bastanza,*]יד dai.Germ.Genug.*Gal. Assés suffisamment.*H.Ασσι,[]ἱκανὸν τοῦ ποσοῦ.quantitatis aduerbium, idem ferè significans,quod abundè,vel quantum opus est.Cicer. de Inuen.Longum est,quod pluribus sententijs vltra,quã satis est producitur.Aliquando ponitur loco nominis,vt Satis eloquentiæ habeo.Hinc Satius comparatiuum,idest, melius: Nam quamuis satis significet quantitatem, satius tamen comparatiuum qualitatem denotat,quia desinatiuum non semper seruat sensum primitiui.Vir.2.Ecl.Nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras,Atque superba pati fastidia? Dicimus pulchrè, Non satis est æstimare,proeoquod ell non posset quis satis æstimare[*Non potere.*]Plin.lib.7. in prefat.Vt non sit satis æstimare, parens melior hominiue an tristior nouerca fuerit.Non satis habeas semel circuire,dixit Cato c. 1.Non satis ili tibi non sufficiat tibi, sine non sis contentus semel circuire.Iungitur Satis cum Super,& dicimus Satis superque.i. satis & plusquam satis.[*Assai,& d'auantaggio,*]Cic.2.de Nat.Deor. Nam contra Epicurum satis superque dictum est.

SATIS ACCIPIO,is,a.3.μεταγγυᾶσθαι.accepto fideiussore cauco.Cic. pro Rosc.Com. Qua de causa Flamus cum de tota lite faceret pactionem, neque satisaccipere a Roscio; absolueretur a Faonio. &c.Nam satisaccipere dr creditor,cum accipit fideiussorem a debitore Contra debitor satisdare dr,cum interposito fideiussore securum reddit creditorem.Cice.pro Quin.Si veretur, vt res iudicio facto parata sit,iudicatum:soluã satisaccipiat:quibus a me verbis satisaccepit,is sidẽ,quod peto,satisdet. Vnde & Satisacceptio,q̃ est(vt Pomp.inquit)stipulatio,quæ ita obligat promissorem,vt & promissores quoque ab eo accipiantur, idest, qui idẽ promittant.

SATISDO,as,a.1.est pro de dare, fideiubere.)(.satisaccipio,[*sicurare, far la sicurtà.*Germ.Einem mit buergen vnd mit schuldneren eingung sammen versicherung thuen.*Gal. Donner,bailler caution.H. Dar a otro caution,*γ fiãça.]ἐγγύην παρασχεῖν.est data fideiussore creditorem securũ reddere.Cicer. Suspitio;Primũ vt si qd tibi satisdandum erat, amplius eo nõe non peti cures, vt satisdet fides mea.Caius,Satisdatio eodẽ mõ appellata est,quo satisfactio: Nã vt satisfacere dicimur ei, cuius desiderio implemus:ita satisdare dicimur aduersario nostro,cũ aliquẽ damus,q̃ pro eo,quod à nobis petitur,ita caueat,vt eum hoc nomine securũ faciamus. Satisdatũ,ti,vt Satisdato aliquid debere.Cice.ad Att.lib.16. Sed & illi turpe arbitror eo nomine,qd satisdato debeat, procuratores eius nõ dissoluere.Satisdatio,onis.Cic.ad Att.De satisdando verò te rogo quoad eris Romæ,n.vt satisdes,& sunt aliquot satisdationes secũdũ mancipiũ in his,& Menianorum prædiorum, vel Atilianorũ.

SATISFACIO,is,a.3.[*Scusare,*התישב hetschib השלים hischlim.G.Genug thuen,ausrichtẽ,vnd bezahlen.G.*Satisfaire,contenter,faire son deuoir.Hispa.Satisfazer de fianzas y deuda,*ἐκτίνειν. interdũ idẽ est,quod exsoluo.Cic.,p Flacc.Hermippus Fulijs satisfacit, & fidẽ suã liberat.Interdum idẽ est,qd placeo,& efficio, ne quid habeat quod de me queratur.At.li.6 Cui nos valde satisfacere multi ad me scripserunt.Aliquãdem fere,qd purgo me, siue excuso.[*Scusare.*]: Cic.2.Phil.Acceperam iam enim ante Cæsaris litteras,vt mihi satisfieri pateret a te.i.vt acciperem tuam purgationem,& excusationẽ.Hinc Satisfactio,,p purgatione,& excusatione.[*Scusa*]Cic. ad Treb.li.7.Hic tu me etiam insimulas,nec satisfactionẽ meã accipis.Satisfacio,præter datiuum,aliqñ ablatiuum habet cum præpos.De.Cæs.5.Bel.Gal.Seseque paratos esse demõstrant,omnibus rationibus de iniuriis satisfacere.Satisfieri.Ci.Acilio,li.13.Quam quam a te quidem cumulatè satisfit & mihi,& omnibus.

SATISPRAESCRIPTIO,ἐγγυητὴν καταστῆσαι. idem quod satisdare, hoc est pro re,quæ petitur,fideiussorem dare.

SATIVS.[*meglio,*טוב tobmin.Germa.Besser,wie gesagt.]βέλτιον.& paratiuũ vt esse ab aduerbio satis,licet a positiui significatione ẽ nihil recedat.Idem enim significat,quod melius,huc potius.Virg. 2.Eclog.Nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras, Atque superba pati fastidia?

SATIVVS,a,um,o.1.2.[*Buon da seminare.*Germ.ein.Gut zu sayen,das man sayet]σπερμόριμος.quod seminatur,vel quod domũ est, vt seminetur;cui contrarium est Agrestis.Plin.li.15.c.9.Eademq. & in satiua myrto.Gell.Sed hi plerisq. naues loris suebant:Graci magis cannabe,& stupa,cæteris quæ satiuis rebus.

SATRAPA,vel Satrapes,p.c.m.1.[*Prefecto,Presidente*פרנס foranim אחשרדפנים achaschdarpenim.G.Eiu landtuogt,vogt,landtrichter. G. *Satrape,gouuerneur d'vne prouince & pays.Hispan.Prestado,prefecto,*]σατράπης.dictio persica,apud nos significat Præfectũ prouinciæ.Tere.in Heau.Satrapes si hic amator,nunquam,sufferre eius sumptus queat.Hinc Satrapiã,piæ,idẽ quod præfectura,quam Græci ἔθνος appellant,hoc est,regio,quæ ab vno administratur Præfecto. Suidas,σατραπεία ἡ ἐπαρχία,σατράπης,ὁ σατράπου ἢ τὸν ἀξίωμα τοῦτο. Plin.lib.9,ca.20. Etenim plerumque ab Occidente non Indo determinant,sed adiiciunt quatuor Satrapias,Gedrosos,&c.

SATVLLO,las a.1.[*Saoullare;*]χορτάζω.antiqui dicebant pro Saturo. Var.Neque in puluere mihi æquam cames,quibus stullem corpora,& famem ventris.Nonius.

SATVR,a,um,o.1.2.satur², plenus)(inanis;sicienus.[*Satollo,sazio,pieno.*שבע sabeah.Germ.Satt,wollgesettiget.*G.Saoule,plein.Hisp.Harto.*ἐμπλησθεὶς,καὶ ὑδρωπικός.quod est cibo plenum.Ter.in Hec.Sed tu quum lasura, atq. ebria eris,puer vt sit satur sacrificio.Ci.de Diu.Proclara verò auspicia,si esurientibus pullis res geri potest, saturis nihil geritur.Tere.in Adel.Postquam intus sum omnium rerum satur. Prodeambulare huc lubitum est.Vir.Ecl.19.Ite domum saturæ,venit Hesperus,ite capellæ.Sumitur interdum pro fœcundo,& abundante.Pers.Sat.1.Nec uis saturum laudare.Virg.lib.2.Georg.Saturus,& saturi petitio longinqua Tarenti.vbi Seru.Saturi,aut fœcundi,aut quod iuxta oppidum Saturum: Tarentum enim,& Saturũ vicinæ sunt Calabriæ ciuitates.Satur color,id est,pleuus,vehemẽs cui opponitur dilutus.Plin.lib.37.c.10.Ion apud Indos violacea est, sed ratio saturo colore lucet.

SATVRITAS,atis,f.3.[*Saturità*שבעה sabah) vel sobah שבעה sibbah. G.Saettę odet ei saettigũg.G.*Saoulerie,repletiõ.Hisp.Hartura,hastio.*]ἐξόρος.cibi,& potus plenitudo. Pla.Cap.Proinde ut Deũ hunc tuæ ritate tranquillũ facias tibi, Aliqñ accipitur pro fœcunditate,seu fertilitate.[*Fertilità*]Cice.in Catone;Neq. solum officio,quod hominem generi vniuerso cultura agrorum est salutaris,sed etiã delectatione,quam dixi,& saturitate, copiaq. rerum omnium.

SATVRNALIA,Saturnaliorũ,n.2.κρόνια.festa septem, seu quinq. dierum mense Decembri Saturno dicata, quibus Romani synthesin vestem sumebant,seruiq. discumbentibus inseruiebant,munera que vltro citroq. mitti,remittiq. solebant.Suet.in Aug. Saturnalibus, & si quando alias libuisset, modo munera dimidebat,modo numos omnis notæ.

SATVRNALITIVS,Saturnalitia,Saturnalitium,o.1.2.κρόνιος.quod ad Saturnalia pertinet.Mar.li.5.Saturnalitię ligulam misisse celebre. Saturnalitię nuces,apud eumdem lib.6.

SATVRNVS,m.2.[*Saturno.*Germ.Ein son Cœli vnd Vestæ,eio vatter Iouis vnd Iunonis]κρόνος.a poetis fingit fuisse antiquissim' Deorũ. qui ex Ope coniuge genuit Iouem,a quo postea cœlo pulsus est.A Græcis dr κρόνος,quasi χρόνος,hoc est, ipse. A Latinis aũt Saturnus, quod annis saturetur,vt ait Cic.de Natu.Deor.Vel,quia se in deuorandis filiis saturauit.Ex se.n.natos comedisse fingit,quia cõsumit ætas temporũ spacia,anniq̃ præteritis in saturabiliter expletur. Ou.Tempus edax rerum,tuq. inuidiosa vetustas Omnia destruitis vitiataque dentibus æui,paulatim lenta consumitis omnia morte. Sunt qui Saturnum a satu deducant, qm̃ peritiam ruris & satorũ oĩum primus edocuisse fertur.Quidam ab eo,quod Græci κρόνον membrum uirile nominant,propterea quod partes pudendas abscidisse,atq. in mare proiecisse dr, vnde Venerem procreatam fe runt,quæ a spuma,vnde coaluit,Aphrodites nomen accepit. Fratrem habuit Titanem maiorem natu, qui cum parenti succedere vellet,ñ animaduertens matrem sororesq. Saturno magis fauere regnum ipsi concessit,ea tñ lege,ne Saturnus prolem masculã tolleret,vt regnum ad suam prolem rediret .Saturnus igitur cũ plures liberos deuorasset,nati sunt gemini Iupiter, & Iuno:cum mater Iunonem Saturno ostendit:Iouem verò clam nutriendũ abiecit,adhibitis interim Corybantibus,qui cymbalorũ,tympanorumq. pulsu obstrepebant,ne pueri vagitus audiret.Saturno autẽ cũ ille puerũ deposceret,vt & ipsum deuoraret,Opis lapidẽ ostendit pannis inuolutum,eumq. partu illo a se editũ simulabat,quem ille acceptũ sine mora deuorauit.Neptunum quoq. clam Saturno Opis peperit,quem similiter clam educari, curauit. Tertio rursus geminos enixa est,Plutonem,& Glaucam:ibi rursus Glaucam Saturno ostendit Plutonem abscondit. Verum detecta tandẽ fraude,cum Titã resciuisset,fratri prolem masculam,fuisque ea ratione regni successione pulsos esse,cũ filijs,q̃ Titanes à patre cognominati.

minabantur bellum aduersus Saturnum susceptu, illumq. & Opē sororem captos, intro inclusit, sed a Ioue filio denuo ctis Titanibus liberati sunt. Porro Saturnus ex oraculo edoctus, fore vt a filijs regno pelleretur: cū ob id Ioui insidias strueret, ab eo regno pulsus, in Italiam profugit, vbi diu apud Ianum regem latitauit: vnde ea pars Italiæ Latiū dictum est. Hoc regnante ætatem auream fuisse fabulantur, terramq; sua sponte expertem vomeris, & aratri peperisse fruges; communes, & nullis designatas limitibus agrorū possessiones fuisse. Hinc Saturnius, a, um, vt Pater Saturnius. *κρονίδης*, id est, Iupiter, Saturni filius. Iuno Saturnia, id est, filia Saturni. Versus quoque, quos olim Fauni, vatesque canebant, Saturnios antiqui nominabant, ait Varro.

SATVRO, as, a. 1. [*Satollare, satiare,* השבין hisbiah. Ge. Satt machē, & sāettigen. erfuellen. *Gal. Saouler. Hisp. Hartar.*] *χορτάζω*. saturū reddo, satio; cibo potuq; expleo. Ci. 2. de Natu. Deor. Nuper nati mámas appetunt, earumq; vbertate saturantur. Trā sfertur & ad animi cupiditates, vt Satiare odium, apud Ci. in Vati. Saturare se sanguine, apud eūdem 3. Phil. Habet autem saturandi verbum vim maiorem, quā explendi. Cic. pro Domo sua: Expleui animos inuidorum, placaui odia imperitorū, saturaui ēt perfidiā, & scelus ciuium. Expleri, inquit, Nonius & saturari hanc habent differentiā: expleri est tantūmodo plenum esse, saturari supra modū. Ci. lib. 6. de Repub. Graues enim dominæ cogitationum libidines infinita quædā cogunt atq; imperant, quæ expleri atq; saturari nullo modo possunt. Cōposita sunt Exsaturo, & Obsaturo, de quibus alibi.

SATVS, a, um. o. 1. 2. [*Seminato, piantato* זרוע zaruah. G. Gesayet] *σπαρείς*. participium a sero, is, idem quod seminatus. Virg. 3. Georg. Sed fruniēta manu carpes sata. Idem 8. Eclo. Atque satas alio uidi traducere messes. Per translationē etiam accipitur pro participio natus, siue genitus [*Genito figliuolo.*] Virg. 2. Æneid. At non ille, satum quo te mentiris, Achilles Talis in hoste fuit Priamo. Liu. li. 8. Bel. Mac. Vt fidē fecerit, non sanguine humano, sed stirpe diuina satum se esse.

SATVS, us, & Satio, nis, m. & f. 4. 3. [*Semenza, seminata plātagine,* מזרע mizrah. G. Sayung, pflantzung,] *σπόρα*. ipsum serendi actum, siue plantationem denotarit. Pli. li. 19. Quapropter de talearū satu nūc dicendū, id est, plantatione. Cic. de Senect. Quid ego vitium ortus, satus, incrementa commemorem? Idē 1. de Diu. Ob eandem causām multa inusitata partim è cælo, alia ex terra oriebantur, quædā etiam hominum pecudum ve conceptu, & satu. Quandoque etiā satus, pro ipso accipitur semine, siue semente. [*Seme, sperma,*] Ci. 1. Tus. Cultura autem animi philosophia est, quę extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad sātus accipiendos.

SATYRA, ę, p. c. f. 1. [*Satyra,*] *σατύρα*. quasi fattura dici videtur, ob carminis varietatē, seu propter copiam rerū, quæ ibi tractātur. Est. n. Satyra carmen maledicum, & ad carpenda vitia compositū, quale scripserūt Luc. Hor. Iuu. Persius. Accepit & id carminis hunc ritulū, quod personis factisque fatiatum abundare videatur. Quidā a satyra lance, quæ referta multis, varijsq; primitijs in sacrificijs dijs offerebatur. Alij a lege satyra dictam existimant, quæ uno rogatu multa simul comprobat. De qua lege Sallustin Iug. Deinde quasi per satyram sententijs exquisitis in deditionem accipitur. Varro a quodā farciminis genere, quod multis rebus referciebatur, dictam satyram esse scribit. Vnde in secundo li. Plautinarum quæstionum habet, Satyra est vua passa, & poléta, & nuclei pineī ex musto conspersi. Sunt qui a Satyris deriuent, q̄ in hoc genere carminis res ridiculæ pudendæq; scribuntur, quemadmodū proferri a Satyris solēt. Don. in Ter. Deinde aliud genus fabulæ, id est, Satyra, sumpsit exordiū, quæ a Satyris, quos illotos semper, ac petulātes esse legimus, vocitata est. Potest etiam dici, Satyram ideo uocatā, quod in antiqua Satyra introducebātur Satyrorū personæ, aut si quæ erāt ridiculę, similes Satyris. Duo quippe Satyrarum genera fuisse constat: Alterum antiquius, quod sola carminum varietate cōstabat; Alterum recentius, apertam hominū reprehensionem continens, & acrē uitiorum obiurgationem. Hinc Satyricus, *σατυρικὸς*. quod ad Satyram pertinet; aut poeta ipse, qui Satyram scripsit.

SATYRA AVIS, f. 1. [*Coruo,*] a L. Floro pro coruo accipitur. Verba eius sunt hæc; Cū singulari certamine Manlius aureū torquē barbaro detraxisset, inde Torquati. Iterū in Pontino agro, cum in simili pugna L. Valerius infidēte galeę satyra alitę adiutus, Gallū vicisset, inde Coruini. Quo in loco illud quidē constat, Satyram auem pro coruo accipi; cur tamē ita dicatur, uideo a pleriſq; omnibus ignorari. quidā ad naturā eius auis id referunt, quod sola sit satyrorum more ad libidinē procliuior. Quin etiā Anaxagoras ore coire credidit, quod tamen negat Arist. Olim tamen vulgo ita persuasum fuisse satis cōstat ex hoc Martialis disticho: Coruc salutator, quare fellator haberis? In caput intrauit mētula nulla tuū. Verisimilius tamen est, Satyram auem dictam a loco, in quo res gesta est. Constat enim non modo Flori, verum etiā Liuij, & Gellij testimonio, singularem hanc Valerij cum Gallo pugnam in agro Pontino factam fuisse, quē agrum palus alluebat, quam Plin. Pontinam, Virgilius Saturæ, siue Satyræ paludē appellat. Satyra itaque auis dicta videtur, quasi auis Satyræ paludis. Coruos enim locis aquosis delectari, auctor est Theon, apud Aratum, propterea q̄ corpora eorum vehementius inaruerint. Vide Cœl. Rhod. lib. 19. c. 25.

SATYRI, m. 2. [*Satiri,* שעירים seherī. Ge. Satyri sind vierfussige thier in walden vnd bergen Indię, haben menschliche gestalt] *σάτυροι*, dicti sunt, quod in libidinē semper proni sint. a uirili membro, quod veteres Græcē *σάτυρον* appellabant. Hi sunt (vt Pli. li. 7. ca. 2. ait) animalia quadrupedia, in subsolanis Indorū montibus velocissima, humana effigie, rectè currentia. Veteres huiusmodi monstra prout siluestribus dijs coluerunt: cuiusmodi a D. Antonio visum fuisse in eremis Aegypti auctor est Hier. in vita S. Anto. Vidit homunculū (inquit) aduncis naribus, & fronte cornibus aspera, cui extrema corporis in caprarū pedes desinebant. Et premisso signo crucis, cū quisnā esset interrogasset Antonius, respondisse fertur, Mortalis ego sum, unus ex accolis eremi: quos vano errore delusa gēntilitas, Faunos, Satyrosq; & Incubos appellat.

†SATYRIASIS, vel Satyrismus, *σατυρίασις*. est virilis membri præter naturam arrectio. Galen. 2. Meth. Dicitur etiam Priapismus.]

SATYRICVM Signum, n. 1. *σατυρικὸν ἄγαλμα*. id est, Priapi effigies, q̄ in hortis constitui solet, veretro arrecto, vnde & nomen accepit: nam *σατυρίζειν*, arrigere est. Pli. lib. 9. c. 4. Quam rem comitata est & religio quædā: hortosque, & fores tantūm contra inuidentium fascinationes dicari uidemus. In remedio Satyrica signa: quāquā hortos tutelæ Veneris assignante Plauto.

SATYRVS, m. 2. fluuij nomen in Aquitania, cuius meminit Luca. li. 1. Tūc rura Nemetis Qui tenet, & ripas Satyri qua litore curuo, &c.

SATYRICE, [*Satiricamente,*] *σατυρικῶς*. aduerb. significat acriter, cū conuitio, mordaciter, & (vt semel dicā) Satyricorum more, qui vel quoslibet nullo discrimine solent allatrare, omnesque aduncо (vt ille ait) naso suspendere.

SAVCIO, as, vulnus infligo.) (medicinam affero [*Ferire,* פצע patsah. G. Verwunden, vbel verletzen, *Ga. Blesser, naurer. Hisp. Herir, lagar,*] *κατατραυματίζω*. vulnero. Cic. 3. Verr. Serui nonnulli vulnerantur: ipse Rubrius in turba sauciatur. Col. lib. 6. ca. 14 Ferro palatū opus est sauciare, vt sanguis profluat. Idē li. 4. c. 24. Saucianda ferro est, atque exulceranda vitis in ea parte, qua pampinum studemus elicere. Oui. 3. de Ar. Tenues a pectore uestes Rumpit, & indignas sauciat vngue genas. Hinc Sauciatus, a, um, part. Col. lib. 11. cap. 1. Siue quis (quod plerumque accidit) sauciatus in opere noxā cēperit, &c. Sauciatio, onis, [*Ferita,*] verbale, vulneratio. Cice. pro Cęc. Et sauciatio quæritur, cum fugam factā esse constabit? Hinc fit compositum Consaucio, de quo suo loco.

SAVCIVS, a, ū, o. 1. 2. [*Ferito, impiagato* פצוע patsuah, חלל halal. G. Verwundt. *Ga. Blessé, naurè. Hisp. Herido con llaga*] *τραυματίας*. idē quod vulneratus, unde Sauciare, id est, vulnerare. Vir. 2. Æn. Quales mugitus, fugit cum saucius aram Taurus. Cæs. 3. Bell. Ciu. Sauciorum modo, & ægrorum habita ratione. Ci. pro Cęc. Nemo, inquit, occisus est, neque saucius. Transumitur & ad animū, vt Amore sauci". Ci. pro Cęl. ex vetusto quopiā poeta, Medea amore seuo saucia. Saucius fatigationis. i. fessus, seu fatigatus [*Stāco*] Apu. lib. 2. de Asino, mihi verò fatigationis hesternæ ēt nūc saucio da uenią.

SAVIOR, siue suauior, [*Basciare con allegrezza, & amore,* Ge. küssen, ein guten freudigen kuss geben,] *φιλέω*. cū uoluptate, aut præ gaudio osculor. Catullus ad Veranniū: Lucidum os oculosque sauiabor. Donatus ita distinguit inter osculari, & Sauiari, & Basiare, qđ osculari pudicorum sit affectuū, basiare impudicorum, sauiari voluptatis, & amoris. Quam differentiā non vsquequaque ueram esse, ostēdimus supra in dictione Osculū, præsertim ea in parte, qua oscula a basis distinguit. Nam sauia, siue suauia voluptatis esse, & amoris, verum est, si Voluptatis, & Amoris, vocabula latè accipiamus, vt tam honesta, quam inhonesta iis intelligamus. Constat. n. sauiari, siue suauiari, etiam de honestis affectibus dici. Cic. Att. Atticā cupio sauiari, ita mihi dulcis visa est salus per te missa ab illa.

SAVROMATAE, p. c. m. 1. *σαυρομάται*. populi Septētrionales, q̄ & Sarmatæ dicuntur: quorum alij Asiatici sunt, alij Europæi, Tanai do fluuio discreti: de quibus vide supra in dictione Sarmata.

SAXATILIS, & hoc le, p. o. 3. [*Ogni cosa che sta fra li sassi.* G. Das in steinen oder felsen vvohnet. *Gal. Qui est par mi les pierres, pierreux. Hisp. Cosa que esta entre las piedras toscas*] quod saxa incolit, vt piscis saxatilis. Col. li. 8. c. 16. Rursus optimè saxosum mare nominis sui pisces mittit, qui scilicet, quod in petris stabulentur, saxatiles dicti sunt, vt merula, turdiq. nec minus melanuri. Saxatiles aues, quæ saxa incolunt. Var. 3. de re rust. c. 7. Vinum agreste, vt alii dicunt, saxatile, quod habetur in turribus, ac culminibus villæ, a quo appellatæ columbæ. Piscatus saxatilis, qui fit inter saxa. Plau. in Rud. Piscatum hamatilem, saxatilemque aggredimur.

SAXETVM, ti, n. 2. [*Luogo sassoso, pietroso.* Ger. Ein steinechtig oder felsechtig ort. G. Vn lieu pierreux. *Hisp. Lugar pedroso*] *πετρῶδης τόπος*. locus saxosus, & petricosus. Cice. de Lege Ag. Quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus nō elaboret? Hinc Saxetanus, adiect. quod inter saxa habitat. Mart. li. 7. Cum saxetani ponatur cauda lacerti.

SAXIFICVS, a, um, o. 1. 2. vt os saxificū, id est, vultus aspicientes in saxa vertens. Sen. in Her. Furen. Tete laborum socia, & adiutrix, pre

eos Bellígero Pallas, cuius in lęua ciet Ægis feroces ore fanifico minas. Oui. 5. Met. Vincis, ait, Perseu; remoue tua monstra, tuaque Saxifícos vultus, quæcunque ea tolle Medusæ.

SAXONES, m. 3. σάξονες. illustres Alemānię populi, qui Angelæ reginæ auspicio Angliā deuicerunt. Hos Ptol. nō lōgè a Cimbris in Oceani Septentrionalis littoribus, & paludibus inuiis cōstituit. li. 2. c. 11.

SAXOSVS, a, um, o. 1. 2. [*Sassoso pien di pietre.* G. Steinechtig, voll steinē] σπιρώδης. saxorum copiā habens, vt Saxosa via, quæ saxis abūdat. Col. li. 5. ca. 10. Loca aprica, calculosa, glareosa, interdum, & saxosa amat. Saxosus frutex, in saxis crescens, vel saxosis locis. Plin. lib. 15. c. 7. Similimum inest huic, & chameleæ frutici saxoso. Vir. 5. Ecl. Nec quæ Saxosas inter decurrunt flumina valles.

SAXVLVM, li, n. 2. [*Sassetto.* Ge. Ein steinlin, felslin.] λίθιον. diminutiuum a saxo. Cic. lib. 1. de Orat. Vt Ithacam illam in aspectrimis saxulis tamquam nidulum affixam.

SAXVM, saxi, n. 2. [*Sasso, pietra, quadrello,* סלע selah, צור tsur, אבן eben. G. *Caillou, pierre, roche ou rocher.* Hi. *Piedra tosca, y no labrada,* λίθος. maius, asperius, duriusque quàm lapis: licet quandoq; saxum pro lapide ponatur. Ci. pro Cæs. Qui saxa iacerent. Vir. 1. Aen. Iamque faces, & saxa volāt, furor arma ministrat. Idem 2. Geor. Adde tot egregias urbes operūq; labore. Tot cōgesta manu præruptis oppida saxis. Voluere saxum dicuntur, qui inexhausto quopiam atque inutili labore fatigātur. Ter. in Eun. Satis diu iā hoc saxum voluo. Donatus admonet prouerbium fuisse fictū in eos, qui inextricabili fudore affligerentur, tractumque putat a notissima Sisyphi fabula, saxum apud inferos sursum ac deorsū voluētis, ad quem respexit & Virg. lib. 6. Aen. Saxū ingens volunt alii, radijsque rotaspexit & Virg. lib. 6. Aen. Saxū ingens volunt alii, radijsque rotarum Districti pendent, &c. Ponitur aliquādo pro scopulo, seu mōte saxoso. [*Scoglio.*] Pla. in Most. Iterum iā ad vnum saxum me fluctus efferunt. Vir. 1. Aen. Perque vndas superāte salo, perque inuia saxa Dispulit. Hinc Saxeus, a, um, [*Di sasso.*] quod è saxo est. Lucr. l. 1. Strataque iam vulgi pedibus detrita viarum Saxea cōspicimus. Lucan. li. 4. Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu.

SAXIFRAGVM, gi, n. 2. vel Saxifraga, gæ, vel Saxifragia, σαξιφράγιον. Dioscor. herba, a frangendis in corpore calculis appellata, vel quod in locis saxosis cum enascatur, saxa ipsa frangat. Vulgus, Saluiā vitam appellant.

SANTE C

SCABELLVM, li, n. 2. *Bāchetta, scabello, deschetto* כבש chebesch. בנים hadhom. *Gal. Scabeau, scabelle ou petit banc.* Hi. *Escanno, chico banquillo,*] ὑποπόδιον. scamnum exiguum, quod sedentium pedibus subijcitur. Cic. pro Cæl. Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. Scabellū ité, teste Varrone, dicitur illud, quo simplici scansione in lectum conscendimus. Quod si duos habeat gradus, iam nō scabellum, sed scamnū dicitur, a scandendo. Vide paulo post in dictione Scamnum.

SCABER, bra, brum, o. 1. 2. [*Aspro, scabroso,* עשש saiir. G. Rauch anzugreiffen, schebig. G. *Rude. & aspra a manier.* H. *Aspero, barrācoso.*] ὑπαλέος. propriè idē, quod scabrosus. Col. lib. 7. ca. 4. Hoc modo curatum pecus toto anno scabrū fieri nō potest. Var. 2. de re rust. c. 2. Non enim solum ea vligo lanam corrumpit ouium, sed etiam vngulas scabras fieri cogit. Quoniam verò, quæ scabrosa sunt, cutem asperam habent, factum est, vt scabrum pro aspero ponam⁹, & impolito. [*Rozzo.*] Vir. 1. Geor. Exesa inuenies scabra rubigine pila. Ci. 4. Tus. Pectus illuuie scabrum. Celsus. li. 7. At vbi scabri ungues sunt, circū aperiri debent, qua corpus contingunt. Scabrosus, a, um, plenus scabritia. [*Scabroso.*] Pli. li. 20. c. 21. Hippolapathi radices priuatim ungues scabrolos detrahūt. Scabrū, bri, substantiuū n. ge. idem quod scabrities. Pl. li. 37. c. 2. Infestātur pluuiis vitijs scabro, ferrugine, maculosa nube, &c. de crystallis.

SCABIES, biei, f. 5. [*Rogna, scabia.* גרב gharab. חרש cheres. Ge. Raud Krezigkeit. *Gal. La Rogne.* Hisf *La sarna, ò semestante,*] ψώρα. asperitas cutis, cū pruritu, natura corporis ipsa interiora expurgāte, noxiosq; humores foras expelliente. Iuu. Sat. Sicut grex totus in agris Vnius scabie cadit, & porrigine porci. Vir. 3. Geor. Turpis oues tētat scabies. Hor. de Ar. Vt mala quæ scabies, aut morbus regius vrget. Quoniam verò scabiem comitatur pruritus, pruritū autem scabēdi cupiditas, & ex fricatione quędam uoluptas, factum est, ut scabies pro uoluptatis illecebris acciperetur. Ci. 3. de Le. Nos uoluptatis blanditijs corrupti, quæ natura bona sunt, quia dulcedine, & scabie carent, non cernimus satis. Scabiosus, a, um. [*Rognoso,* qui scabie laborat. Persius Sat. 2. Namque est scabiosus, & acri Bile tumet. Col. li. 11. c. 2. Nā si paucioribus diebus detur, vt ait Higinus, per uer scabiosi boues fiunt.

SCABILE, lis, ne. ge. ὑποπόδιον, idem quod scabellum. Cat. c. 10. Scamnum in cubiculo vnum, scabilia tria, sellas quattuor.

SCABO, bis, scabi, scabitū, a. 3. [*Grattare, fregare.* Ger. Iucken, Kratzē, schaben. Ga. *Galler, gratter.* His. *Riscar le scarna, ò começon,*] ψώχω. fuco, scalpo. Pli. li. 8. c. 27. Si verò iquamæ obtorpuere, spinis iuniperi se scabit. Hor. 1. Ser. Sat. 10. Et in versu faciendo Sæpe caput scaberet, uiuos & roderet vngues.

SCABREDO, f. 3. [*Aspertà,*] τραχύτης. idem q̄ scabrities, hoc est, asperitas, & inæqualitas, quo vocabulo usus est Hier. in D. Hilar. uita.

SCABRITIA, æ, f. 1. & Scabrities, ei, f. 5. [*Asperità, asprezza.* Ger. Raude oder schebrikeit. *G. Aspreie, & durete au toucher.* Hisp. *Aspreza.*] τραχύτης. asperitas: vnde Pli. Vnguium scabritiam dixit. Nonnum quam accipitur pro scabie, [*Scabie, rogna.*] Col. lib. 7 c. 5. Potest eā scabritiem tollere succus uiridis cicutæ.

SCABRO, as, are, n. 1. τραχύνω. scabrum, & asperum efficio; vnde Scabratus, a, um, participium. Col. lib. 4. ca. 24. Quo plerumque fit, vt quod præcidi debeat perfringatur, & sic, vius laniata scabrataque putrescat humoribus.

SCAEA, f. 1. porta, σκαιὰ πύλη. Vibis Troianæ porta fuit, fatali Laomedontis sepulchro nobilitata: ita dicta (vt Grāmaticis placet) quod ad sinistrum, hoc est, occidentale urbis latus sita esset: in Augurū enim disciplina, quæ ortum spectāt, dextra: quæ occasum, sinistra dicuntur. Strabo tamē li. 13. Videtur sentire Scææ portæ nomen a Sceis Thraciæ populis sumptū fuisse, cū quibus Troianos multa nomina communia habuisse ostendit. Vir. 3. Aen. Et arentem Xanthi cognomine riuum Agnosco, Sceæque amplector limina portæ.

†SCAEVVS, a, um, bonum significat, quod quæ sinistra sunt, bona auspicia existimantur. Sceua autem dicitur, qui sinistra manu pro dextra vtitur.†

SCALA, æ, f. 1. scalę, arum, *Scala.* סלם sullam. Ger. Ein leiter, stegen. G. *Eschelle.* His. *La escalera,*] ἀναβαθμός. utroque modo dicitur, a scādendo, quod his altiora scandamus: nā propriè scalæ sunt, quæ ex pluribus gradibus constant. Distinguunt quidā sic: Scala est, quę ex teretibus lignis, aut funibus, aliaue materia simili, huc atque illuc transferri potest; scalæ quę latiores habent gradus, & immobiles permanent. De hac Pli. li. 14. c. 1. Etiamnum scalis tectum Ephesiæ Dianę scanditur. De illa Carius Iurisc. cōsultus: Vel scalam scies accommodauerit ad ascendendum. Sed sæpe cōfunduntur, & scalas magis in vsu esse, quā scalam dicimus. Sallust. in Iug. Vnæ atque alterę scalæ comminutę sunt, qui supersteterunt, afflicti sunt. Non dixit: Vna atque altera, singularem numerum tamquam parum usitatum refugiens. Ci. pro Mil. Cum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. Scalæ quibus per gyrū ascendimus, a cochleę forma Cochlides, & Cochleæ dicuntur; quę verò ex ligneis teretibus constant, siue canabinis funibus, a Capaneo inuentæ primum fuerunt, vt est apud Vegetium de re militari.

SCALMVS, m. 2. [*Palo fermo.* G. Der nagel oder rūd holtz darauff man das ruder legt, ein ruder Klaffen. *Gal. La cheuille d'une nauire, a laquelle on attache l'auiron.* Hi. *El escalmo en que se ata el remo,*] σκαλμός. lignum teres, cui nauæ remos loro quodam alligant, siue lignum crenatum, ac fenestratum in apsidem, capiēs remū, ut facilius, & solidius impellatur. Cic. 1. de Or. Nauicula duorū scalmorum. Idem 3. Offi. Venit ipse maturè: scalmum nullum videt, hoc est, nullam non modo uidet scapham, sed ne scaphæ quidem scalmum. Hinc Interscalmus & Deceuscalmus: de quibus suis locis.

SCALPELLVM, li, n. 2. [*Rasoio.* Ger. Ein flietmen, lasseysenlin,] μαχαίριον. dimin. a scalpro, significās instrumentū Chirurgorum, quo venā aperiunt. Cels. li. 2. c. 9. Postero die, auerso medio digito, non autē scalpello, vena ferienda, ut recens coitus eius resoluatur. Accipitur & pro alio ferramento, quo putridā carnem excidunt. Colum. li. 6. Etiam sępe scalpello usque ad imū resecare, & amputare scabiem sępè profuit. Ci. in Ora. pro Sest. Non (inquit) ea medicina, cum sane parti corporis scalpellum adhibetur, atque integrè carnificina est ista, & crudelitas.

SCALPER, pri, m. 2. [*Rasoio.* G. Ein schroteissen. *Gal. instrument a tailler, grauer, racler une lancette, ou trenchant, ou trencher.* His. *El buril, o trinchete, o raspa,*] ξυστήρ. idem quod scalprū, hoc est, chirurgicum instrumentum, quo caro putrefacta, aut os uitiosum exscinditur: unde & exciſorius scalper dicitur. Cels. lib. 8. c. 3. Tunc exciſorius scalper ab altero foramine ad alterū malleo adactus, id quod inter vtrumque medium est excidit.

SCALPO, scalpis, scalpsi, scalptum, 3. 3. [*Grattare,* G. Kratzen, schallē, schatten. Ga. *Gratter, galler, grauer, tailler.* His. *Escarnar, rascar, o raspar,*] ψώχω. idem quod scabo, siue frico. Plin. li. 9. Aurimque pectę scalpentes pisces pruritus inuadit. Inuen. Sa. 9. Qui digito scalpunt uno caput. Col. li. 7. c. 5. Vitiosum locum pecudes, aut morsu scalpunt, aut cornu, aut ungula tundunt. Scalpere itē gallinæ, cæteque id genus aues dicuntur, cum escam humi quærentes, pedibus dissipant quisquilias. [*Raspare,*] Scalpere item genumā, aut aliquid aliud, inquit Diomedes, dicimus, nō sculpere; quod si uerum est, innumeri fere libri mendosi erunt, in quib. Sculpo, Sculptor, &c. fæpissimè occurrunt.

SCALPRVM, pri, n. 2. [*Scarpello.* G. Ein schroteysen, meissel,] μαχαίριον. ferramentū, quo quid inciditur, alijs atque alijs artificib. alios atque alios præbens usus. Interdū chirurgorū est instrumentū, quo illi carnem putrefactā, uel ossa uitiosa excidunt. Cels. li. 8. c. 7. Tūc demum ad manum scalprumque ueniēdum. Scalprum librarium, quo ij utuntur, qui libros describūt, ad cradēdas lituras. Sue. de Vitellio, Scalpro librario uenas sibi īcidit. Scalpra sutoria. Ho. 2. Ser. Sat. 3. Si scalpra, & formas nō sutor, nautica vela Aduersus mercaturis delitus, & amens Vndique dicatur Fabrile scalprum Liuius appellat, quo magistri elephātos interimebant, inter aures bellua adacto,

adacto,in ipsa cõpage,qua cõiungitur capiri certum locum. Hinc putatoria scalprum dicitur ea pars,quæ a flexu procurrit. Col.li.4. c.13. Quæ pars vinatoriæ falcis a flexu procurrit,scalptũ,quod deinde aduncum est,rostrum appellatur. Cato de re rust. Ficos & oleas altero modo,quod genus,aut ficum, aut oleã esse voles:inde librum scalpro eximito. Scalpratus,adiectiuum. Col.li.9.c.25. Fert tamentum scalpratum dixit,ad similitudinem scalpri formatum, quo ait opus esse ad castrandos apum alueos.

SCALPTOR,tris,m.3.[*Taglia pietra*.מפתח mephateach.G.Ein graber oder schneider. G. *Tailleur ou graueur*.Hi. *Escarnador,escalpidor, o entallador*.]γλυφεύς.qui scalpit,vt scalptor gemmarum.Plin. lib. 37.Expetuntur a scalptoribus,ferroque includuntur.

SCALPTVRA,æ,f.1.[*Scoltura*,פרוח מקלעת pituach miklahuth.Ge. Das graben. *Gal.Tailleure ou grauure*.Hisp.*Escalpidura,o entallaura*,]γλυφή.scalpendi actio.Plin.li.37.c.7.Omnia autem hæc genera scalpturæ contumaciter resistunt. Diomedes grammaticus scalpturam dici probat,non scalpturam;Scalpta(inquit)gemma dicẽdum est,nõ sculpta,quoniã adiecta præpositione facit Insculpta.

SCALPTVRATVS,a,um,2.adiect. vt Pauimentum scalpturatũ,διαλιθοστρωτον.genus pauimenti,quod & Vermiculatum dr, quod Romæ primum fieri cepit post tertium Punicum bellum ex tessellis inputis,diuersis coloribus,vt in templis.Nos Musaicum opus dicere solemus.In his pauimentis picturæ radendo fiebant, qũo nunc scalpturata albaria in exteriore parte parietum,ac murorum fiũt. Alij volunt scalpturatum pauimentum esse,quod scalpturis variorum lapidum, & quibusdam veluti imbricibus cõpositum est ad ornatum.Plin.lib.37.c.25.Romæ scalpturatum pauimentum in Iouis Capitolini ede primum factum est.

SCALPTVRIO,is,iui,itum,4.[*Raspare*.גרר gharadh.Germ.Zu kratzen begeren,Kratzen,schatren.*Gal. Grater*. Hispa. *Rascar,o hauer gana de rascar*,]ψυθόμαι,κατανυθόμαι.proprie desideratiũ verbum est,idem ferè significans,quod prurio, vel ob pruritum scalpendi desiderio teneor.Pla.tamen in Aul.pro simplici,Scalpo posuit:Vbi erat hæc defossa,occepit ibi scalpturire vnguibus.

SCAMANDER,m.2.σκάμανδρος.fluuius Troiæ,ex Ida monte descendens,antea Xanthus dicebatur,quod & Homerus innuit,cum eũ ab hominibus,quidem Scamandrum,a Dijs verò Xanthum vocari ait,suo more vetustiorem appellationem Dijs recẽtiorem hominibus assignans.In hoc fluuio sponsę nuptura sese abluebant,Scamandrum nominatim his verbis inuocantes;λαβέ μου σκάμανδρε τὴν παρθενίαν. Qua occasione vsus Cimon quidam Athenẽsis,cũ Calirrhoes generosæ puellæ amore teneretur,quę iam viro despõsata erat,in Scamandri virgultis sese occultauit,capitique arundine coronauit,cumque illa ex more lauaretur,carmenque solemne caneret,Scamandrum,vt virginitatem suam acciperet, inuocans, Cimõ è virgultis prosiliens,Ego verò(inquit)accipio lubens.virginemque in ripam sustulit,vbi & vitium rei obtulit. Vide hac de re plura in Epist. Aeschinis.

SCAMNVM,ni,n.2.sedes,scabellũ,[*Scãno,banco*.כבש הדום chebesch hadhom.Germa.Ein schemel,bettschemel,banck *Gal. Vn banc, vn marche pied. Hi. Escanno,o banco para se assentar*,]βάθρον.est quod lecto veluti gradus apponitur,vt per id in lectum facilius ascendatur.Varro scribit,Scamnum esse,quo duplici gradu in lectũ altiorem conscendebant.Scabellum,quo simplici scansione in lectum non altum scandebant.Interdum tamen & scamna dicũtur, quæ pedib sedentiũ subijci solent,q̃ Græci ὑποπόδια.vocãt.Ouid. in Arte;Et cana sub teneram scamna dedisse pedem. Item Scamnum dicitur terra illa altior, quæ inter duos sulcos in colendo relinquitur.Pli.Scamna inter duos sulcos cruda relinquantur. Ci. 1. de Diuin.Auspicio regni stabilita scamna solumque. Col.li.2.c.2. vocat Scamnum crudum,solum immotum,minimèque aratro ꝓscissum.Idem.li.3.Duab gemmis supra terram eminere passim reposita humo, cætera coequant: quę faciunt in eadem linea,intermissis totidem pedum scamnis, dum peragant ordinem. Quinq.ẽt Scamna accipiuntur pro ipsis sedilibus,in quibus sedere consueuimus.[*Sedia*.]Ou.li.1.Fast.Ante focos olim scamnis considete longis Mos erat. Scamna etiam in arboribus dicuntur rami & brachia sedilium vsum præbentia.Pl.li.12.c.1.Aliud exemplum Caij principis in Velitemo rure mirari,platani vnius tabulata laxisque ramorum trabibus Acamna patula, & in ea epulari,&c.

SCANDALVM,li,n.2.[*Scãdalo offẽsione*,מכשול mischschol מכשלה machschelah.G.Ein anstoss,ergernuss.*Ga.Scandale esclandre,offense.Hisp.Trompe zadero,estropiẽço,escandalo*,]σκάνδαλον. Græca vox est,quam nos offendiculum, vel ruinam,vel impactionem possumus dicere.Quando ergo legimus,Quicunque de minimis scãdalizauerit quempiam,intelligimus qui dicto,factove occasionẽ ruinę, siue cadendi cuiquam dederit.Hinc Scandalizo, scandalizas, quod est alicui scandalum præbeo,aliquem offendo.

SCANDO,dis,di,sũ,a.3.[*Ascendere,andare in su,andare all'alto*,עלה halah.German. Hinauff steigen.*Gal.Monter a mont.Hisp.Subir arriba*,]ἀναβαίνω.idem quod ascendo.Cice. in Cato.Vt si qui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant,cum alij scandãt malos alij per foros currant. Virg,2.Aen.Scandit fatalis machina muros.

SERO, [*Tardamente, tardi, di sera.* Ge. Spat. *Ga. Au soir, tard, trop tard.* Hisp *Tarde,* טרד.] aduerbiū significans tardè. Ci. de Cla. Ora. Eloquentia sero prodijt in lucem. Aliquādo significat vespere, hoc ē, post occasum: atque hęc est eius vera significatio, inquit Valla l. 4. Ci. Att. Consul venit serò. Aliquādo post tempus: quæ significatio tracta est ex superiori. Quod enim post Solis lucē est, id verè post tempus dici pōt. Oui. 1. de remed. Principijs obsta, serò medicina paratur. Auctor ad Her. li. 1 Serò, atque acto negocio venisti. Sic etiam Cic. cum accusator Milonis identidem interrogaret, quo tēpore Clodius esset occisus; Serò, respondit. Iudē[illegible]imirum in vocis ambiguitate. Nam cum illud videretur dicere, vesperi Clodiū fuisse occisum, illud potiùs voluit significare seriùs, quàm oportuerit, fuisse interemptum. Hinc Serius comparatiuum, id est, tardiùs. Cic. in Catil. Hoc seriùs a me factum est. Et Serissimè. Pli. li. 15. c. 17. Tarentina serissimè legi.

SEROTINVS, na, num, p. c. o. 1. 2. [*Di sera, tardi.* Germ.] Das spat ist. *Gal. Du soir, tard if.* Hisf. *Cosa tarda, o pertenescente a la tarde*] ὄψιος. a sero pro vespere, vt Hora serotina, Tempus serotinum. Nonunquā etiam a Serò, pro tardè; vt, Poma serotina, quæ post legitimum tempus, vel tardius cęteris matureścunt. Colu. lib. 3. Locis frigidis, & autumni temporibus aquosis, præcoces serito; locis hibernis serotinas serito.

SERPENS, tis, m. 3. modo paf. [*Serpente* זוחל zochel רמש romes. G. Kriechend, das sich weit auff streckt. *Gal. Qui coule, se traine, qui s'estend & s'auance.* Hisf. *Cosa que gatea par el suelo,*] ἕρπων. quod lōgius, ac latius serpit, & diuagatur. Cic. de Sen. Vitis, quam serpentē multiplici lapsu, & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum. Modo nomē tā masculini quàm feminini generis, generale est ad omnia, quæ serpunt citra vsum pedum, vel quę tam exiguos habēt pedes, vt repetere potiùs, quàm pedibus incedere videātur. Pli. l. 8. c. 23. Nec pedibus pauendas tātum serpentes, sed & missili volare tormento. Vir. 1. Geor. Ille malum vitis serpentibus addidit atris. Ouid. 3. Met. Longo caput extulit antro Cæruleus serpens, horrendaq; sibila misit. Serpentia secla ferarum, pro serpentū genere. Lucret. li. 6. Naribus alipedes vt cerui sępe putantur Ducere de latebris serpentia secla ferarum. Hinc Serpentinus, na, num. ὀφειδής. vt Vox serpentina. Serpentiger, ra, rū. Ou. 4. Trist. Ele. 6. Sphyngaq;, & Harpyas, serpentigerosq; Gigantes. Serpentigenæ, ex serpentibus nati. Oui. 9. Met. Vos serpentigenis in se fera bella dedistis.

SERPERASTRA, n. 2. Varro vocat instrumenta, quæ geniculis puerorū ambulare discentium alligantur, ne vari fiāt, aut compernes. Dicta a serpendo: serpunt enim magis pueri quam gradiuntur.

SERPYLLVM, n. 2. [*Serpillo, serpolino.* Ger. Quendel, Huenerkle. *Gal. Serpolet.* Hisf. *Serdo yerua conocida,*] ἕρπυλλον. herbæ nomen nulli non notæ, παρὰ τὸ ἕρπειν, hoc est, a serpendo dictum, mutatione aspirationis in s, litteram. Habet enim ramusculos tunues, humi serpentes, & quacunque terram attigerint, radicem agentes, & se propagantes. Officinæ etiam hodie Latinum nomen retinent. Vulgus Gallorum *Serpoletum* appellat. Vir. 2. Ecl. Allia, serpyllūq; herbas contundit olentes.

SERPO, is, psi, ptū. n. 3. [*Rampegare, andar serpendo,* זחל zachal, רמש ramas. G. Kriechen, schleichē. *Gal. Se trainer, se couler, se glisser.* Hi. *Gatear por el suelo,*] ἕρπω. repo, ventre ingredior, more serpentis incedo. Cic. 5. de Fin. Deinde suo quæque appetitu mouerentur: serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas. Pl. lib. 9. ca. 13. Pinnis, quibus in mari vtuntur, humi quoq; vice pedum serpunt. Ouid. 3. de Pont. el. 3. Liuor iners vitium, mores non exit in istos, Vtq; latens ima vipera serpit humo. Serpere quoq; dicuntur plantæ, quæ cum ob caulis infirmitatem stare non possint, humi procūbunt. Pl. li. 21. c. 15. Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, vt eius quam coronopum vocant. Vir. 3. Eclo. Atque hanc sine tempora circum Inter victrices hederam tibi serpere lauros. Serpere item humi dicūtur scriptores, qui nimis humili vtuntur genere dicendi. Hor. de Ar. Serpit humi tutus nimium, timidusq; procellæ. Transfertur & ad inanimata vt idem sit quod spargi, crescere, seu dilatari [*Crescere,*] Ci. in Lælio. Serpit enim nescio quomodo per omnium vitas amicitia. Idem pro Rab. Posthumo, Serpet hoc malum, mihi credite, longiùs quam putatis. Composita sunt, Inserpo, & Proserpo, de quibus egimus suis locis.

SERPVLA, læ, f. 1. a veteribus dicebatur, quam nos serpentem dicimus. Fes.

SERRA, ræ, f. 1. [*Secca, sega,* משור massor, מגרה megherah. Germ. Ein saege. *Gal. Vne scie.* Hisf. *La sierra de hierra,*] πρίων. per duplex r, instrumentum dētatum, quo ligna, & lapides secantur, a Dædalo primum inuentum, teste Pli. lib. 7. cap. 56. Col. lib. 5. Vno ictu arborē præcidi, si minus, serra desecari. Mar. Et pingues tunicas serra secare potest. Est & genus piscis marini, apud Plinium lib. 32. c. ca 11. † Serrula. dim.]

SERRATVS, a, um, o. 1. 2. [*Similea sega.* G. Zerkerffet oder gezanet wie ein saege. *Gal. Fait en facon de scie, qui ades dents comme vne scie.* Hi. *Cosa que tiene dientes como sierra*] πριονοειδής. quod seriæ in modū est denticulatum: vnde Serrati dentes dicuntur, qui ad similitudinem dentium serrę pectinatim sunt stipati. Pli. li. 11. cap. 37. Dentium tria genera, serrati, aut cōtinui, aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occursu atterantur, vt serpentib. piscibus, canibus: Continui, vt homini, equo: Exerti, vt apro, elephanto. Serra item numi quidam dicebantur apud Romanos, ab impressa serrę nota. Tacit. de Moribus Germanorum.

SERTA, orum, n. 2. [*Ghirlanda,* צפירה tsephirah, עטרה hatarah. Ge. Ein blumenkrantz. *Ga. Vn chapeau de fleurs.* Hi. *Guirnalda,*] στέφανος. corollæ ex herbarum frondibus floribusque consertæ, hoc est, connexę: vnde & nomen acceperunt. Vir. l. 2. Aen. Sertisque centibus halant.

SERTVS, a, um, oi. 2. [*Ghirlandato,* מחבר mechubbar, מעפה maphaful. ce. Geflochten. *Gal. Compose.* Hisf. *Compuesto*] συμπεπλεγμένος. idem quod consertus, vel compositus. Luc. li. 10. Accipiunt sertas nardo florente coronas, Et nunquam fugiente rosa.

SERVVS, ua, um, f. 1. [*Serua, massara, ancilla,* אמה amah, שפחה schiphchah. Ger. Ein dienst magt, leibeigne. *Gal. Seruante, chambriere.* Hisp. *Sierua, o esclaua,*] δοῦλη. id est, ancilla, quæ seruitutem seruitui opponitur Libera. Vir. 5. Aenei. Olli serua datur operum haud ignara Mineruæ. † Seruula, æ. dimin. ancillula. Cic. Att. lib. 16.

SERVIA, æ, f. 1. σφάγιον, sigaves. sertum, quod ex floribus fiebat. Pli. lib. 21. cap. 1.

SERVILIS, le, o. 3. [*Seruile, da seruo.* Ger. knechtisch, das zu den knechten gehoert. *Gal. Seruile, appartenant a seruiteur.* Hi. *Cosa perteneciēte a siervo,*] δουλικός. quod seruorum est, vel quod ad seruos pertinent: vt seruilis conditio, & seruile officium. Indoles seruilis. Liu. lib. 1. ab Vrb. Comparando eorum ętatem, & ipsam minimè seruilem indolem, tetigerat animum memoria nepotum. Iugum seruile. Cic. 1. Phil. Patriæ liberatores vrbe carebant ea, cuius acerbitate iugum seruile deiecerant. Hinc Seruiliter, aduerbiū, [*Da seruo,*] seruorum more. Ci. 2. Tusc. Ne quid seruiliter, muliebriterve faciamus.

SERVILIORVM, m. 2. illustris Romę familia fuit: ex qua ortum traxit P. ille Seruilius, vir triumphalis, qui a deuictis Isauris Asiæ populis, Isaurici cognomen accepit, de quo vide Strab. li. 14. Item P. Seruilius Rullus, qui primus Romę solidum aprum in conuiuio apposuit, teste Pli. li. 8. c. 51. Huius filius fuit Seruilius ille Rullus, legis Agrariæ promulgator, quàm Cic. in Consulatu suo subuertit, cuius meminit idem Plin. loco iam citato.

SERVIO, uiui, itum, n. 4. pareo, presto sum, consulo, operam alicui do, [*Seruire,* עבד habadh. Ger. Dienen. G. *Seruir.* Hi. *Seruir*] δουλεύω. in seruitute tum, domino ministerium exhibeo. Pla. in Men. Propterea heri imperium exequor bene, & sedulo seruio. Prop. lib. 3. Eleg. 24. Quinque tibi potui seruire fideliter annos. Ouid. 2. Am. Eleg. 17. Si quis erit, qui turpe putet seruire puellæ, &c. Interdum idem quod obtemperare, seu morem gerere [*Vbidire.*] Ci. in Cat. Qui aliorum amori flagitiosissimè seruiebat. Seruire rei, est rei tandę incumbere. Ter. in Hecy. Rus habitatum abij, cor cedens

vobis,& rei ſerviens,Cic.pro Sex.Rof.Rei familiari maximè ſeruire,& in prædijs colẽdis operæ plurimum,ſtudiúque conſumere. Seruire item prædia dicũtur, in quibus venditor aliquam ſibi ſeruitutem teſeruauit.Cic. de Leg.Agr.contra Rull.Capite hoc prædia omnia,quę ſeruiebant,non ſeruient.Seruire poſteritati, valetudini,honori,dignitati,vel commodis: eſt eorum rationem habere.[*Hauer cura.*]Ci. 3. Tuſc. Optimus quiſque poſteritati ſeruit. Idem Tironi.li.16.Epi.Sed indulge valetudini tuæ, cui quidem tu,dum mihi deſeruis,ſeruiſti non ſatis. Seruire tempori, eſt ſeſe tempori accommodare. Cice. pro Seſtio; Sed agam moderatè,& huic tempori ſeruiam potius,quàm dolori meo.Seruire ſcenę,idẽ quod ſeruire tempori, & ſe præſentib. hominum moribus accommodare,quæ metaphora tracta eſt ab ijs,qui in orcheſtra cãtu,vel geſtu,hiſtrionibus in ſcena fabulã agentib.ſubſeruiebant.Ci.Bruto:Ac mihi tum,Brute,officio ſolum erat & naturę, tibi nunc populo,& vt dicitur,ſcenę ſeruiendum eſt.Seritur impersonale.Ci. 2.Offi.Primum, vt ne cui noceatur : deinde vt communi vtilitati ſeruiatur.Mar.lib.2.Non bene (crede mihi)ſeruo ſeruitur amico. Seruibo in futuro.Pla.Men.Tanquam ſi emeris me argento,liber ſeruibo tibi. Huius compoſita ſunt Aſſeruio, Deſeruio, Inſeruio, Reſeruio,& Subſeruio,quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

SERVITIVM,tij,n.2.ſeruitus,famulatus.)(.libertas,[*Seruigio, ſeruitù,* עבודה habodhah עברות habduth,] δουλεία. idẽ quod ſeruitus. Ter.in And.Ego Pãphile,hoc tibi pro ſeruitio debeo. Vir.1. Eclo. Qui facetem? neque ſeruitio me exire licebat. Idem 1.Aen.Cũ domus Aſſaraci Pythiam,clarasque Mycenas Seruitio premet,ac victis dominabitur Argis,In plurali vero Seruitia,non raro pro ipſis ſeruis accipimus.(*Serui.*]Sallu.in Cat.Interea ſeruitia repudiabat, quorum in initio magnę copiæ ad eum cõcurrebant.Ci.4.in Cat. Hic ad euertenda fundamenta reip.Gallos accerſiuit,ſeruitia concitauit.In qua ſignificatione aliquando etiam legimus Seruitium, ſingulari numero,Cic.de Antſp.reſp.Omne ſeruitium in alteram ſcenam immuſſum.

SERVITVS,tutis,f.3. ſecunda ſyllaba cor. [*Seruitù,* עברות habduth עבודה habodhah.G.Knechtſchafft,leibeigẽſchafft,dienſtbarkeit. *Gal.Seruitude,ſeruage.*H.*Seruidumbre,*]δουλεία.ipſa ſeruiendi neceſſitas,aut ſeruorum conditio.Ci.Phi.Pax eſt tranquilla libertas:ſeruitus poſtremum malorum omnium, non modo bello, ſed morte etiam repellendum.Tac.li.17.Sed imperaturus es hominibus, qui nec totam ſeruitutem pati poſſint,nec totam libertatem. Teren.in And.Vt ſemper tibi apud me iuſta,& clemẽs fuerit ſeruitus,Scis id eſt, quam iuſta & clemenu in te dominatione fuerim vſus.

SERVIVS TVLLVS,m.2.ſextus Romanorum rex,ex ſerua natus, Tanaquilis aſtu poſt Tarquinij Priſci necem ad imperium prouectus; Hetruſcos ingẽti prælio fudit,primus luſtrũ condidit, populũque omnẽ ex cenſu in quinque claſſes diſtinxit. Vrbis pomeria protulit,Quirinali,& Viminali collibus muro incluſis. Tandem iã ętate prouectior, a Tarquinio genero occiſus eſt, & inſepultus in viã abiectus,idque inſtinctu Tulliæ filiæ ſuæ, quæ etiam cõſpecto patris cadauere,aurigam eius reuerentia lora retorquentem compulit,vt per medium patris corpus carpentum ageret,a quo tam immani ſcelere,ei vico,in quo hęc geſta ſunt, ſcelerati nomen mãſit. Vide plura de hoc,apud Liu.lib.1.ab Vrbe.

SERVO,aui.[*Seruare,ſaluare,cuſtodire,obſeruare,tenere,* שמר ſchamar נצר natar ישע hoſchiah.G.ẽrhalten,erloeſen.*Ga.Garder,ſauuer la vie quelqu'vn,deliurer,cõt regarder.*Hiſ.*Guardar,ſaluar*]φυλάττω. libero,incolumem præſto. Vir.4.Aen.Seruatũ ex vndis Strophadum me litora primũ Accipiũt.Itẽ cuſtodio, tueor. [*Hauer cura,*] Vir. 2. Aen. Di patrij ſeruate domum,ſeruate nepotem. Item ſolicitè,ac diligẽter obſeruo.Pl.in Aſin. Tuus ſeruus ſeruet, Venerine eas det,an viro.Itẽ,habito,poſſideo.[*Poſſedere,*]Vir.1.4.Geor.Cẽtum quæ ſiluas,centum quæ flumina ſeruat.Item teneo. Idem 1.7. Curuã ſeruans ſub imagine falcẽ.Ponitur aliquãdo pro recuperare[*Recquiſtare,*]Iulianus; Si mandato meo decẽ Titio crediderit,ſi cũ Titio egeris,ego põ liberabor, ſedſi id dũtaxat tibi obligatus ero,quod a Titio ſeruare non poteris.Cic.ad Q.F.Calnus aiebat, aqua dempta,& ſeruitute fundo impoſita,tamen nos preciũ ſeruare poſſe,ſi vendere vellemus.Qui modus loquendi frequens eſt apud Iuriſcõſultos. Budæus,Seruare de cœlo,eſt nunciare, aut pluiſſe,aut intonuiſſe,& ideo diruptũ eſſe auſpicium: qua obnũciatione facta,ſi quis tamen in re cępta perſiſteret,id cõtra auſpicia fieri dicebatur.Cice.pro domo ſua; Negãt fas eſſe agi cum populo, cũ de cœlo ſeruatum ſit.Seruare fidẽ,eſt præſtare promiſſum. Ter.in Hec.Pollicitus ſum,& ſeruare in eo certum eſt,q; dixi fidem.Seruare in vetuſtatẽ,eſt aliquo in loco reponere,vt diu, ſinẽ aliquot annos integrũ,incorruptumq; dũret.[*Allogare.*]Col.lib.12.c.28.Si in vetuſtatẽ ſeruare voles, in cado duarum vnarum, quãoptimi vini ſextariũ, aut ſecis generoſæ recentis ſextarios tres adde.Dicimus quoq; Seruare modũ, ordinem, officium, inſtitutum,promiſſum,temperamentũ,& gloriam.Exempla ſtudioſis paſſim occurrent.Seruans,tis,particip.ſeu nomen ex participio.Vir.2. Aen. Cadit & Ripheus,iuſtiſſimus vnus Qui fuit in Teucris,& ſeruantiſſimus æqui.Seruatus,a,um.Qui.3.Triſt.Eleg.1. Cauſa ſuperpoſita ſcripto teſtata coronæ, Seruatos ciues indicat huius ope. Seruator,ris.[*Saluatore,liberatore,*]qui ſeruat & liberat.Liu.li.4.Bell. Maced. Quorum agmen Imperator ſecutus, perſequentib. cunctis,ſeruatorem, liberatorem q; acclamãtibus, ſalutatis dimiſsiſq; eis,eadem qua venerat via,Elatiam rediit.Ou.4.de Pon.Eleg.15. Teq; meę cauſam ſeruatorẽque ſalutis. Seruatrix, tricis. Cic.5.de Fin.Non dubitemque dicere,omnem naturam eſſe ſeruatricẽ ſui. Ter.in Hec. O Bacchis, o mea Bacchis, ſeruatrix mea.Seruabilis, le,quod ſeruari poteſt.Ouid.4.Triſt. Eleg.5. Et tutare caput nulli ſeruabile.Huius compoſita ſunt, Aſſeruo,Cõſeruo,Obſeruo,Præſeruo,Reſeruo,quorum ſignificata vide ſuis locis.

SERVM,i.ſubſtant.p.p n.2.[*Sera,* ערב hereb.Ge.Der abend. *Gal.Leſoir.* Hi. *La tarde,*]dicitur ſignificat extremam partem diei.Liu.Erat iam diei ſetum.ἐξ ἡλίου τὸ ἑσπέριον.Sue.in Aug.Nec multo poſt,nauali prælio apud Actium vicit,in ſerum dimicatione protracta,vt in naui victor pernoctauerit,i.in horam veſpertinam. Liu.lib.10. ab Vrb.Extrahebaturque in quam maximè ſerum diei certamen.

SERVM,ri,p.c.n.1.[*Siero.*Ger.Kaeſſmolcke,ſchottẽ.*Gal. Laict,clair, meigue.*Hi.*El ſuero agua de la leche*]ὀρός.paris lactis aquea,a caſeoſa parte ſeparata. Virg.3. Georg. Acremque moloſſum Paſce ſero pingui.Ouid.4. Faſt. Denique viam liquido vimina rara ſero.

SERVS,a,um,c.1.2.[*Tardo.*G.Spat.langſam. *Gal.Tard.*f.*Hiſ.Tardio.*] χρόνιος.modò tardũ ſignificat. Mar.li.1.Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie.Hinc Col.li.1.comparatiuũ formauit,Sationes(inquit)eius duas ſeruamus, alteram maturam per mediã ſementem, ſeriorem alteram,menſe Februario. *Pli.lib.*15.c.15.Patriæ cognomina habẽt ſeriſſima omnium Amerina. Modò ſignificat graue, magnum,triſtem.Saluſtius ; Serum bellum in anguſtijs futurum. Vir.5.Aen.Seraque terrifici cecinerunt omnia vates.Serus conuiua Tonantis,qui ſero moritur. Mar.li.8.Eſſe velis,oro ſerus conuiua Tonantis.Serũ lumen,eſt nocti vicinum. Vir.1. Geo. Illicſera rubens accendit lumina veſper. Serę frondes,dicuntur ſero cadentes.Idem 2.Georg.Et iam olim ſeras poſuit cum vinea frondes.

SERVVS,ui,m.2.[*Seruo,ſeruidore,* עבד hebedh.G.Ein knecht,leibeigner.*Gal.Serf,ſeruiteur.*H.*Siervo.*]δοῦλος.propriè is dr, qui ſui iuris nõ eſt,ſed alieno dominio ſubijcitur,cui opponitur Liber.Cic, pro Cor. Balb. Serui, quorum ius, & fortunæ conditio infirma eſt. Idem 6. Ver.Neq; tã ſeruũ illi dominorũ, quam tu libidinũ.Idem 1. Offi. Vlyſſes contumelias ſeruorum ancillarumq; pertulit. Auguſt.lib.19.Ciu.Origo vocabuli ſeruorum inde creditur ducta,q; ij qui iure belli poſſent occidi,a victoribus conſeruabãtur,& ſeruifiebant,a ſeruando appellati.Huius diminutiuum eſt Seruulus, Ter.in And.obſeruabam mane illorum ſeruulos venientes,&c.

SERVVS,a,um,o.1.2.[*Di ſerue.*Ge.Knechtiſch,] δουλικός. adiect.a ſeruo deductum,vt Serua prædia,quæ ſeruituti alicui obſtricta ſint. Cice. contra Legem Agr.Libera predia meliori iure ſunt,quã ſerua.Lucr.lib.6.O famuli turpes,ſeruum pecus. Oui.1.Amor.Eleg. 6. Nec tibi perpetuo ſerua bibatur aqua.

† SESAMIS,idis. σησαμίς.placentę genus, ex ſeſamo & crudo mallo confectum,quod & σησαμίτης Græci appellant. Galen.]

SESCVNX,cis,& Seſcuncia,ciæ,m.3.& f.1.[*Vna onza, emeza.* Gerua Anderthalb vntz,drei lot]τριμισύγγιον.vnciam ſignificat, & unciæ dimidium, vt ait Budæus. Col.lib. 12. cap. 57. Laſeris raditis, quod σίλφιον Græci vocant,ſeſcunciam.Hinc Seſcuncialis,& hoc ale,quod pondus,aut menſuram habet ſeſcuncię. Tota ataſſitudine ſeſcunciali,

SESCVPLVM,ſiue Seſquiplum,n.2.ἡμιόλιον.quod numerum,pondus, aut menſuram totam in ſe continet,& præterea eius dimidiũ. Sic ſenarium,dicimus eſſe ſeſcuplum quaternarij, & ſemiſſem trietis.

SESELIS,f.3.ſiue Seſeli,neutrum.σέσελι.herba eſt folio fœniculi,ſed craſſiore,ſemine quoq; nõ abſimili, ſed calloſiore,& hebetioie,capite anethi, in quo granũ habet oblongum,& anguloſum,& cum eſtur,acre, radice autem longa & odore non ingrato.Vulgus herbariorum Saxifragiam maiorẽ appellat. Ci.2.de Nat.Deo.Paulo ante parcum ceruæ ſe purgant quadã herbula,quæ Seſelis dicitur.

SESQVI,[*Altretanto,e la mettà,*G.Anderthalb.*Gal.Autant,& moitie d'auantage.*Hi.*Otro tanto,y la meytad*]τρίμυς.idem quod tantũdem,& eius dimidium: qua voce non modò in compoſitione vimur,vt ſeſquialtera, ſeſquimodius: verum etiam extra cõpoſitionem.Ci.de Perfe.Ora.Pes,qui adhibetur ad numeros, partitur in tria,vt neceſſe ſit partem pedis, aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero trito,aut ſeſqui eſſe maiorem, ita fit æqualis dactylus, duplus iambus, ſeſquiplex pœon.

SESQVIALTERA proportio,f.3.[*Proportione ſeſquialtera.* G. Die vergleichung da ein ding das anderthalb maal in ſich haltet.G.*Contenant vne fois,& demie autant.*H.*Vna vez,y media,*]ἡμιόλιος quę quantitatem aliquam in ſe cõtinet,& eius dimidium. Cic.de Vniuer.Seſquialteris autem interuallis, & ſeſquitertijs, & ſeſquioctauis ſumptis ex his, &c.

SESQVICVLEARE,n.3.dolium, quod culei menſuram continet, & dimidij.Col.lib.12.c.18.ſunt autem ſatis ſeſquiculearibus dolijs picis durę pondo vicena quina.

SESQVIHORA,f.1.[*Vn'hora e mezza.*Ge. Anderthalb ſtund,]τριωμίριον.

ρίσν. vna hora cum dimidia. Plin. epist. 74. Egeram horis tribus, & dimidia, supererat sesquihora.

SESQVILIBRA, f. 1. [*Vna libra e meza.* G. Anderthalb pfund] *τριημίλιτρον.* vna libra cum dimidia alterius. Col. lib. 12. cap. 36. Satis erit autem rosmarini sesquilibram in duas vrnas musti adijcere.

SESQVIMENSIS, m. 3. [*Vn mese e meza.* Ger. Anderthalb monat] *τριημίμηνος.* vnus mensis cum dimidia parte alterius. Varr. lib. 1. de re rust. ca. 27. Annus est diuisus in quatuor partes totus, & idem subtilius in sesquimenses octo.

SESQVIMODIVS, m. 2. [*Vn moggio e meza.* Germ. Anderthalb sester.] *τριημιμόδιος.* qui continet vnum modium cum dimidia parte alterius. Var. li. 1. de re rust. c. 42. Vt nuces integras, quas vno modio comprehendere possis, cum easdem si fregeris, vix sesquimodio concipere possis.

SESQVIOBOLVS, m. 2. *τριημιβόλιον.* obolus cum dimidio. Pli. li. 26. ca. 8. Deiectoque quod supernatat, reliquus succus purgat, vnaque parte sesquioboli in aqua mulsa.

SESQVIOCTAVA, m. 2. octauam rei alicuius partem in se continens, & eius dimidium. Cic. de Vniuer. In primis interuallis sesquioctauis interuallo sesquitertia omnia explebat.

SESQVIOPERA, f. 1. id est, opera diei vnius, & dimidiati. Col. li. 2. ca. 13. Fabæ occantur sesquiopera, sarriuntur vna opera.

SESQVIPES, p. c. m. 3. [*Vn pie e meza.* Ge. Anderthalb schuch. *Gal. Vn pie, & demit. Hi. Vn pie, y medio de medida,*] *τριημιποδικόν.* mensura vnius pedis & semissis. Col. lib. 3. c. 13. Nisi tamen sit scaturigo palustris obuia (sicut in agro Rauennate) plus quam sesquipedem prohibeat infodere. Mar. li. 8. Summa Palatini poteras æquare colossi, Sisteres breuior Claudia sesquipede. Hinc Sesquipedalis, & hoc le. Cato c. 10. Sesquipedalis paries. Pli. li. 7. c. 16. Sesquipedales quosdã gigni longiores, in trimatu implentes vitæ curtum, haud ignotum est. Sesquipedalia verba, id est, grauia, & turgida, qualia Tragicis poetis solent esse familiaria. Horat. de ar. Proijcit ampullas, & sesquipedalia verba.

SESQVIPLVM, n. siue Sesquiplex. *ἡμιόλιον.* idẽ significat, quod sesquialterum. Vt cum dicimus senarium esse sesquiplũ quaternarij, continet enim eum totum, & insuper dimidiam eius partẽ. Budæus. Cic. in Or. Ita fit æqualis dactylus, duplex iãbus, sesquiplex peon. Et paulo post; Modus aut duplex, aut sesquiplex aut par.

SESSILIS, le, p. c. o. 3. *ἑδραῖος.* quod sedet, vel sedere videtur. Plin. li. 55. c. 15. Incerta notium causa est barbaricis, venereisq; quæ colorata dicunt, regijsq; quæ minimo pediculo sessilia, &c. Hinc Sessiles lectucæ dicuntur, quasi sedentes, hoc est, quæ ita humi proiectæ sũt, vt federo videantur, neq. sursum rectè esse, aut in sublime ascẽdere. Mar. li. 8. Illic videres frutice nobili caules, Et vtrumq; porrum, sessilesque lactucas. Tergum sessile, in quo quis possit sedere. Ouid. 11. Met. Sic tergum sessile, sic sunt Pectora celsa toris.

SESSILVLVS, li. n. 2. super quod sedemus, & quiescimus. Pla. in Poen. Quæ tibi oleant stabulum, statum, sellam, & sessilulum merum.

SESSITO, as, frequent. n. 1. Cic. de Clar. Orat. Quam Deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse, id est, sæpius sedisse.

SESSIO, onis, f. 3. [*Da sedere, sedia,* שבת schebeth, שבה schibah. G. Das sitzen,] *ἕδρασις.* modò ipsum sedendi actum significat. Ci. 2. de Nat. Deor. Accubatio, inclinatio, sessio. Modò ipsum sedile. Ci. ad de Ora. Non tandem aut locus hic non idoneus videtur, in quo porticus hæc ipsa, vbi inambulamus, & palæstra, & tot locis sessiones, gymnasiorum, & Græcarum disputationum memoriam quodammodo commouent, id est, tot sedilia.

† SESSOR, ris, m. 3. [*Chi senta.* Ger. Ein sitzer.] *ἕδρας.* Horat. 2. ep. 2. In vacuo latus sessor plausorque theatro.]

SESTANS, tis. m. 3. siue Sextans. *ἑκτημόριον.* sexta pars assis: hoc est, vncię duę. Pl. li. 21. c. 11. Prodest & vino myrteo fouere, menthæ sextans, viui sulphuris vncia. Est item sestans nummulus æreus, tertia parte minor quadrante. Liu. lib. 2. ab Vrbe; Extulit eum plebs sextantibus collatis in capita. Nonnumquam etiam mensura continens sextam partem iugeri. Var. 1. de re rust. c. 10. Ab hoc principio mensores nonnumquã dicunt in successiuum esse vncią agri, aut sextantem, aut quid aliud, cum ad iugerum peruenerũt, id habet scrupula ducenta octoginta octo. Huic Sestantarius, ria, rium, quod habet pondus, aut mensuram sestantis. Pli. li. 23. c. 5. Contigerunt eos, vt asses sestantario pondere ferirentur.

SESTERTIVS, tij, m. 2. *ἑστέρτιος.* apud Romanos moneta erat argẽtea, valens quartã partem denarij argẽtei, hoc est (vt ad Gallicæ pecuniæ æstimationẽ rediganus) decẽ denariolos Turonicos, & semissem. Hic alio noie Nũmus dicebatur: Interdũ vtrumq; coniungẽtes, Nũmum sestertiũ vocabant. Dictus est aũt sestertius, quasi semis tertius, eo q; ĩ se cõtinebat asses duos, & tertiũ dimidiatũ. Notabamusq; apud veteres per geminũ II. & litterã S, q; prima est ĩ dictione semis, interueniẽte linea trãsuersa, tres eæ litteræ coniungebãtur ad hũc modũ H-S. Veteris cõsuetudinis fuit, vt semis in cõpositione anteponeretur, vt semiquartus, semisquintus, semisestertius, vnde sublatis duabus litteris, dictus est sestertius. Est aũt cõpositio Attico more facta. Illi enim ἥμισυ τέταρτα, hoc est, septẽ semi quarta dicebãt. Sestertiũ ãt in neutro genere, & in plurali numero Sestertia singula valebãt mille numos sestertios. Habet q; Sestertium in neutro genere, eãdem proportionem ad libram Romanã, quę & Mina, & Pondo dr; quã nũmus sestertius ad assem, hoc est, ad libram ęris grauis. Continent n. singula sestertia in se duas libras Romanas, & semissem. Singulæ ãt libræ drachmas, vel denarios centum, hoc est, sestertios quadringentos. Duæ itaque libræ & dimidia, vt clarum est, valebãt sestertios nũmos mille, idq; vno noie sestertiũ dicebant in neutro genere. Decẽ ergo sestertia valebãt decem milla nũmorum sestertiorum. Quod si hũc numerum per aduerbium extuleris ad hunc modũ; Decies sestertium, iam reddideris hãc summam centuplo maiorẽ. Idem n. est dicere Decies sestertium, quod decies centena millia nũmorum sestertiorum. Vide Budæum de asse, diffusius hac de re tractantẽ. Est etiã Sestertiũ, genus veli triplici licio texti, vt tertium filũ duobus impar sit. Suet. in Aug. Ita vt in extremis spacijs subsultim discurreret, sestertio vel lodicula intiolutus. Huius diminutiuum est Sestertiolus, vel Sestertiolum, cum accentu in antepenultima. Mart. lib. 1. Sed sestertiolum donauit mentula Phœbo Bis decies, &c.

SESTIANA mala, n. 2. à Sesto cognominata, apud Col. lib. 12. c. 45. Ita possunt alia genera malorũ, sicuti orbiculata, Sestiana, melimela, Mariana, hoc liquore custodiri. Sestiana pyra, apud Col. li. 5. c. 10.

SETAE, arum, f. 1. [*Sete,* שערים seharim. Ger. Sewbuerstẽ, buersten,] *τρίχες.* dicuntur pili crassiores, rigidiq; atque erecti, quales sues habent. Vnde dictæ sunt setę, quasi suetę. A quo & Suo, suis, deducitur. Dicitur tamen & de durioribus aliorum animalium pilis. Cic. 5. Tus. In hoc medio apparatu fulgentem gladium à lacunari seta equina appensum demitti iussit, vt impenderet illius beati cernicib. Oui. 8. Met. Protinus exuuias rigidis horrentia setis Terga dat. Setę leonis. Cic. 3. de Ora. Oculos autem natura nobis, vt equo & leoni setas, cauda m, vires, ad motus animorum declarandos dedit.

SETIGER, a, um, o. 1. 2. [*Porta sete.* Ger. Das buersten hat,] *ὀυρίχαιτος.* quod setas gerit. Mart. lib. 13. Qui Diomedeis memendus setiger agris Aetola cecidit cuspide, talis erat. Ou. lib. 8. Meta. Vulnera fecissent, nisi setiger inter opacas Nec iaculis isset, nec equo loca per via siluas. Virg. 12. Aene. Setigeræ fætum suis, intonsamque tridentem Attulit.

SETOSVS, sa, sum, o. 1. 2. [*Setoso pieno di sete,* שעיר sahir. Germ. Buerstechtig, vol buersthaar. *Gal. Qui a force soye. Hi. Lleno de sedas,*] *λαχνώδης.* quod est setis plenum, vt Setosum animal. Plin. lib. 8. ca. 45. Torua fronte auribus setosis. Virgil. 7. Eclog. Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus. Prop. lib. 4. Eleg. 1. Verbera pellitus setosa mouebat arator.

SEV, [*Ouero,* או o. G. Oder. *Gal. Ou, ou bien, soit que. His.*] disiunctiua particula, qua iungimus ea, quorum alterum, non vtrumque affirmamus. Plaut. in Trin. Hæc iuit, seu rectè, seu peruersè facta.

SEVERITAS, tis, f. 3. grauitas, tristitia, durities.) (comitas, humanitas. [*Seuerità, grauita, crudelta,* קשי reschi פרך perech. G. Strẽge vnd rauche ernsthafftigkeit. *Gal. Rigueur, rudesse, seuerité. Hi. Grauedad y rigor.*] *ἀφοτομία.* grauitas facilitati, & misericordiæ contraria, quæ est pars iustitiæ, qua iudex nihil omnino de supplicio remittit, neque à vero discedit. Ci. 7. Ver. Cum iste vestra seueritate permotus multa signa dederat, quam obrem is responsurus non videretur. Quinctiam extra iudicium dicitur de morum grauitate, & quadam natura torositate, quę & Seueritudo dicitur. Plaut. in Epid. Quid illud est, quod illi ecferat frons seueritudinẽ!

SEVERVS, a, ũ, p. p. o. 1. 2. [*Seuero, graue, crudele* קשה raschech. G. Rauch vnd streng, ernsthafftig. G. *Seuere, rigoreux, rude. Hi. Graue y rigoroso.*] *σκυρός.* modo idem est, q. grauis, tetricus, tristis, vt Seueri agricolæ, apud Lucr. li. 5. Seuerus auctor. Pli. lib. 11. c. 5. pro graui, & cũ maximè sit fidendum. Virg. 8. Aen. Romulidis, Tatioq; seni, Cutibusq; seueris. Ter. Heaut. Sed ipse egreditur, quã seuerus, tegerem cum videas, censeas. Cic. 2. Ver. L. Cassius ex familia tum ad cæteras res, tum ad iudicandũ seuerissima. Modo crudelis & asper. Ci. 3. Offi. Magnus vir imprimis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbè seuerus in filium. Modo actiuè accipitur pro eo, quod horrorem aspectu incutit, [*Horrible*] Virg. 3. Geor. Inuidia infelix Furias, amnemq; seuerum Cocyti metuet. Seuerè, aduerb. grauiter, asperè. [*Grauemente*] Ci. 2. de Fin. Ita grauiter & seuerè voluptatẽ secernit a bono. Idem pro Rosc. Com. Nihil mihi detraham, cum illis exactę grauis seueriſſimè fructum, quem meruerunt, retribuã. Seueriter, p. c. [*Con grauità, grauemente*] idem quod Seuerè. Titinius: Seueriter hodie sermonem amica mecum contulit.

SEVOCO, as, p. c. a. 1. [*Chiamare da banda separatamente.* G. Neben sich beruffen. *Gal. Appeller a part, retirer. His.* Llamar a otro apartandolo.] *ἀποκαλέω.* seorsum, seu in alteram partem voco, ducove. Cic. 1. Phi. Et ob eius consilij societatem cum interficeretur Cæsar, tum te à Trebonio vidimus seuocari. Ouid. 2. Met. Seuocat hunc genitor, &c. Seuocare ad se de communi, est de eo, quod multis commune est, furari. Cic. pro Quin. Itaque hercule haud mediocriter de communi, quicquid poterat, ad se in priuatam domum seuocabat. Seuocare animũ ab omni negocio, est animum laxare, nulli rei intendere. [*Non attendere, & lasciar ogni cosa.*] Cic. 1. Tus. Cũ à re familiari, quæ est ministra, & famula corporis, cum à sep. cũ à ne-

Pile de Vid. Schindler. Id quæ cum vitulæ & Sem mentis vocabulo ad ſtipites ſignificandos ſæpe ſæpius ſumitur, ſed & ſtipites ipſi ſæpe ſæpius ſumuntur pro Caudicibus, & ſæpe pro Arboribus. Ita Plinius Lib. 17. cap. 24. Ut ſi ſtipes ſit ſatis validus, ſuper eum inſerere. Item Columella Lib. 5. cap. 6. Ut ſtipites ſint ſatis validi. Et Lib. 12. cap. 2. Ut ſtipites ſint ſatis validi. Et Lib. 4. cap. 24. Ut ſtipites ſint ſatis validi. Et

in Capitolio religiosissimè asseruati, & de rebus dubijs a Quindecim viris velut oraculum consuli. Hos libros Stilico cum adueresus Honorium, & Arcadium Principes defectionem moliretur, exussit. De quo Rutilius; Ne tantum patrijs fœuiret predator armis, Sancta Sibyllinæ fata cremauit opis.

Sic. [*Si, cosi, in tal modo, in tal guisa, per cosi fatta guisa, in tal maniera, di modo, di sorte.*] כֵּן chen. Ger. Also, ja. Ga. *Ainsi, pareillement.* Hisp. *Assi, en tal manera.*] οὕτως, οὕτω. aduerb. est similitudinis, idem valens quod ita. Virg. 2. Aen. Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis Exijt. Cic. li. 16. Ep. Apud eum sic fui tamquam domi meæ. Aliquando respensiua est particula, affirmandi vim habens, quem admodũ & etiam. Ci. 4. Phi. Visne igitur te inspicianus a puero? Sic opinor. Quándoque optandi, [*Piaccia a Dio che.*] Idem lib. 10. Aenei. Sic pater ille Deum faciat, sic magnus Apollo. Est & coniunctio illatiua, idem valens quod Igitur. [*Adunque*] Cic. 4. Tusc. Sic ẽtio illatiua, idem valens quod Igitur. [*Adunque*] Cic. 4. Tusc. Sic ẽt si simul virtutes continentiæ, grauitatis, iustitiæ, fidei defecerũt. Nonnunquam capitur pro valde. [*Molto.*] Apul. Nec ego rebar sic mulierum id opus dierum esse. Duplicatur etiam maioris expressionis causa. Vir. 4. Aen. Sic sic iuuat ire sub vmbras. Aliquãdo demõstratiuum est. Ter. in Eun. Ego limis aspecto sic per fabellũ clanculum, &c. Ponitur aliquando pro tamẽ. [*Nondimeno.*] Plaut. in Trin. Nihil sic celere est, neque volat.

Sica, æ, f. 1. *Daga, daghetta,* שֶׁלַח schelach רֶצַח retsach. G. Ein dolch, oder dergleichen kurtze wehr. *Gal. Vne dague, ou vn poignard.* Hisp. *Daga, o cuchillo secrete para matar.*] ξίφος. genus gladij breuioris quasi secta, a secando. Ci. 3. in Cat. E quibus ille maximum sicarum numerum, & gladiorũ extulit. Idem 3. de Nat. Deor. Tũ hæc quotidiana, sicę, venena, peculatus, &c. Hinc Sicula, diminutiuũ. Pla. in Rud. Post est sicula argenteola, & duæ connexę manicula.

Sicambri, m. 2. σίκαμβροι. populi Germaniæ. Menapijs finitimi, ad vtramque Rheni ripam habitantes, quorum meminit Strab. li. 4. Hi crines natura flaues habent, quos crescere sinunt, & artificio quodam intorquent. Mart. lib. 1. Crinibus in nodum tortis venere Sicambri. Eruditi eos esse iudicant, quos hodie Geldrenses vocamus, quamquam videntur olim latiores fuisse Sicambrorum, quã hodie sint Geldrensium termini.

Sicani, m. 2. σίκανοὶ. populi Hispani, a fluuio Sicari, siue potius Sicori, dicti. De quo Lucan. Hesperios inter Sicoris nõ vltimus amnes. Hi duce Siculo exclusis Aborigenibus, Italiam tenuerunt, ipsique postea ab ipsis pulsi, quos ante populerant, insulam vicinam Italiæ occupauerunt, & eam Sicaniam a suo nomine nuncupauerũt. Huius dictionis syllaba ca, indifferenter ponitur. Vir. li. 3. Sicano prætenta sinu iacet insula contra. Silius li. 13. Sidera Elyseis aderat gens Sicana votis.

Sicania, f. 1. σικανία. dicta est insulę Siciliæ quædam pars, in finibus Agrigentinis, vt ex Apollodori sententia tradit Stephanus, qui & Sicanum amnem ijsdem in locis collocat, sed & insula quandoque tota, Sicania dicta est, a Briarei Cyclopis filio Sicano: vel a Sicanis populis, qui primi eam insulam incoluisse feruntur, qui tamen non sunt indigenę, sed Hispani.

Sicarius, rij, m. 2. gladiator, grassator. *Homicida.* G. Ein todtschleger, oder der ein Tolchen oder kurtz wehr tregt, einen heimlich zů morden, ein riphyaner. *Gal. Vn brigand, ou meurtrier.* H. *El que tiene tal cuchillo per quemo se scondido par matar,*] *gordic.* qui sica. i. gladio hoiem interficit, vel sicam maleficij alicuius gratia gerit, & κατὰ χρῆσιν ὧν. quicunq; eadem telo quocunq. cõmiserit. Ci. p. Rosc. Am. Vetus videlicet sicarius, homo audax, & sępe i cede versatus. Hor. 1. Ser. Sat. 4. Qd mæchus foret, aut sicarius, aut alieq; famosꝰ.

Siccaneus, a, um, o. 1. 2. κατάξηρος. quod est naturaliter siccum. vel quod nullo humore irriguum, vel aspersum est. Col. li. 2. c. 17. Eius prati animaduertimus duo genera, quorum alterum est siccaneũ, alterum irriguum. Idem c. 2. De siccaneis, & irriguis non comperimus, vtræ numero vincant.

Siccesco, is, n. 3. [*Secarse* יָבֵשׁ jabesch חָרַב charab. G. Trucken werden. *Gal. Seicher, deuenir sec.* Hisp. *Secarse, hazerse secc.*] ξηραίνομαι. ficco, ces, siccus sio. Pli. lib. 18. ca. 35. Aquilonem prænunciat terra siccescens repente, Austrum humescens rore occulto. Col. libro vltimo; Fœnum Græcum vetere vino macerato, deinde in Sole exponito, aut in furno, vt siccescat. Hinc Asiccesco, siccus & aridus fio. Idem ibidem; In muria luere oportet, & expicllos in ctatibus pandere, dum asiccescant.

Sicce, [*Seccamente.* Germ Trucken, mit trucknę. G. *Seichement.* Hisp. *Seccamente*] ξηρῶς. aduerb. Col. li. 6 c. 12. Vt siccè stabuletur. Dicimus per translationem siccè dicere, vt ieiunè dicere. Cice. in Orat. Id vero desinant dicere, qui subtiliter dicunt, eos solos Atticè dicere, id est, quasi siccè, & integrè & emplè & ornatè, & copiosè.

Siccine, [*Cosi?* Ge. Also? der gestalt?] οὕτως. aduer. interrogãtis est, pro an sic. Ita. Siccine tu illam? siccine nos habes ludibrio omnes?

Siccitas, tis, f. 3. & Siccitudo, dinis, *Secità, seccagine.* יְבֵשׁוּת jeboschem חֹרֶב choreb. G. Truecknę, durre. *Gal. Secheresse.* Hisp. *Secura, sequedal.* ξηρότης. qualitas humiditati cõtraria. Col. l. 21. Si verò tempori cœli, siccitasque regionis suadebit, Februario flatum proscindendi sunt. Cæs. 4. Bel. Gal. Qui cũ propter siccitates paludũ, quo se recipe-

rẽt, nõ haberẽt, &c. Ci. 2. de Nat. Deor. Neq; enim flumine centum boum inanium verborum, nec subtilitate sententiarum, si orationis est siccitas. Penit aliqñ p firmitate, [*Fortezza*] interprete Nonio. Ci. in Cato Maiore; Summum esse in eo corporis siccitatem.

Sicco, as, a. 1. [*Seccare.* יָבֵשׁ jibbesch. חָרַב hecherib. G. Trucknẽ. *Gal. Seicher.* Hisp. *Secar, ξηραίνω.* quod humidum erat siccum reddo. Col. lib. 2. Si humidus erit abundantia vliginis, antè siccet fossis. Pl. lib. 8. c. 25. Emergitq. se limo sæpius, siccatque sole Hora. 2. Ser. Sat. 6. Siccusq. inæquales calices cõuiua, solutus Legibus insanis. Vir. 4. Aen. Atque atros siccabat veste cruores. Qui. 8. Metam. Lachrimas siccauerat ardor. Huius composita sunt Asicco, quod est valde sicco. Pli. lib. 8. c. 24. Ea cum spicas ediderint, priùs quam fœmina hient æstibus, manu carpuntur, & suspensa in sole cũ asiccauerint, reconduntur, atq; ita reposita perennant anno diuus, q cætera. Ab sicco, idem quod exsicco. Pli. li. 1. Plurimum refert non absiccato succo fimum vites continere, & assiduo macerari liquore. De sicco, & Exsicco, vide supra suis locis. Cic. in Ant. Ille paludes exsiccare voluit.

Siccovlvs, adiect. o. 1. 2. ξηρόφθαλμος. Plau. in Pseu. Genus nostrum ęgyptosiccocelum fuit. Nomen videtur a Pla. pctum, pro eo, qd est, siccis oculis, id est, nec lippis, nec lachrimosis.

Siccvs, ca, cum, o. 1. 2. [*Sicco, sutto, asciuto, arido,* יָבֵשׁ jabesch. G. Gãtz trucken, dur. *G. Sec. Hisp. Seco,* ξηρός quod est aridũ, & sine humore. Virg. lib. 5. Aen. Stamina pettit scopuli, siccaque in rupe resedit. Ouid. li. 3. Amor. Ecle. 5. At ubi pro meritis opto, non candide torrens, Sint rapidi soles, siccaque semper hiems. Tibul. lib. 1. Eleg. 6. Sed posćite Bacchi Munera quem vestrum pocula sicca iuuãt. Per translationem ponitur pro exercitato, [*Esercitato*] quod ét Non. annotauit. Nam exercitij vehementia sudantes corpus siccamus. Cic. de Opt. gen. Attici oratores sani, & sicci. Lucil. li. 26 Cũ studio in gymnasio duplici corpus siccaßem pila. Item pro cõtinente, sobrio, [*Sobrio,*] cuius contrarium est madidum, quod significat ebrium. Pla. Asi. Siccum, frugi, continentem, amantem vxoris maximè. Idem in Pseu. Vini modo cupidę Estis, eo vos pantucesq. adeo madefacitis, cum sim ego hic siccus. In sicco, id est, extra aquã. Pli. lib. 8. ca. 8. Non reuersum in maria, atq. in sicco expirasse. Virgil. Georg. Cumque marinæ In sicco ludum fulicæ.

Sicelis, idis, f. 3. σικελίς. patronymicum fœm. forma Græca a Sicilia deductum. Vir. 4. Eclog. Siceliden Musæ, paulo maiora canamus.

†Sicera, æ. σίκερα. omnis potio apud Hebræos, quæ potest inebriare, quacunq; tandem ratione fiat.]

Sicileo, es, lui, vel Sicilo, is, iui, itum, a. 2. & 4. [*Brusare.* G. Nachbin abmaeien, was die macher haben stehen lassen, j verbum est proprię ad prata pertinens, quæ tunc siciliti dicuntur, cum ea, quę prima sectione relicta sunt a fœnisecis, iterata sectione demetuntur. Pli. li. 18. c. 28. Prata quoues secta sunt, sicilire oportet: hoc est, qd fœnisecę prętermiserunt secare. Var. lib. 1. de re rust. c. 29. Quo facto sicilienda prata, id est, falcibus consecanda, quæ fœnisecæ prætermiserunt, ac quasi barba tuberoũm reliquerũt campum: a qua sectione arbitror dictum, sicilire pratum. Hinc Sicilimentum, méta, herba sicilatione refecta, id est, ea quæ a fœnisecis prima sectione relicta, iterata sectione demetitur. Cato c. 5. Item fœnum cordum, sicilimenta de prato demito, eaque arida condito.

Sicilia, æ. [*Sicilia.* Ger. Die Insel Sicilia im Mittelmeer, nahe bey Italien gelegẽ.] σικελία. Tyrrheni maris insula, a Thucydide Sicania dicta, a pluribus Trinacria, quòd tria habeat Promontoria. Patet in circuitu, vt ex Agrippæ sententia tradit Pli. DCXVIII. M. pass. Cic. in Ver. Cato ille sapiens cellam penariã Reip. Siciliam nominauit. Olim agro Brutio creditur adhæsisse, posteaque interfuso mari auulsa M. D. passuum freto, iuxta columnam Rhegiã. A quo dehiscendi argumento, Rhegium Græci nomen dedere oppido. Quin & insula ipsa inde nomen creditur traxisse, quasi Sicilia, id est, resecta. Virg. libro 3. Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina (Tantũ æui longinqua valet mutare vetustas) Dilsiluisse ferunt, cum protinus vtraque tellus Vna foret. Eadem & Triquetra a quibusdam appellatur, a figura trianguli, cuius vnus angulus, q in Meridiem vergit, Pachynus dicitur, alter Pelorus, qui ad Septẽtrionem spectat, & ab Italia mille quingẽtis passibus distat. Tertius Lilybæus, qui Carthaginem maximè spectare videtur, quemque ab Africæ littoribus CXX. M. passuum distare prodiderunt. Hęc ab Oriente, & Occidẽte, Septentrioneque Tyrrheno mari, a Meridie Africo alluitur. Patet in longitudinem a Peloro vsque ad Pachynum, millia passuum centum octoginta septem, in latitudinem centum octoginta nouem. Sicaniam autem dictam putant a Sicanis Hispaniæ populis, qui duce Sicano primum in Italiam venisse feruntur. Solinus auctor est, Siciliam primum Cyclopum sedem fuisse, ijsq. extinctis, Aeolum insulam occupasse. Vnde Virg. lib. 3. Ignarique viæ Cyclopum allabimur oris. Item lib. 11. Aetnæos vidit Cyclopas Vlysses. De hac Diodorus sic scribit. Sicilia optima est insularum omnium, antiquitate rerum cæteras antecellit. In ea fuit Panormus, Catana, Siracusæ, vndecima Olympiade cõditæ. Pręterea Messana, Eryx, & Leontium Gorgię Rhetoris patria. Ibi Arethusa fons, Eryx, & Aetna montes. In ea Comędia primum cre-

Digit

tur inuenta. Viros genuit illustres compiures, ex quibus satis fuerit hic nominare Dionem, Platonis auditorem, & Archimedem insignem Mathematicum.

SICILICVM, ci, pen. c. n. 2. διδραχμον. pars assis quadragesimaoctaua, hoc est, scrupula sex, siue (quod in idem recidit) drachmas duas cõtinens. Dictum sicilicum, a siciliendo, id est, secando, q̃ semunciam per medium secet. Neque solùm de ponderibus dicitur, verum etiam de mensuris. Pli. li. 13. c. 15. Qua in re non omittendum videtur, Tiberio principi mensam quattuor pedes sextante, & sicilico excedente, tota verò crassitudine sescunciali, operimento laminæ vestitam fuisse.

SICILIENSES, m. 2 σικελιῶται. dicũtur qui alibi orti, in Sicilia versantur. Sicilienſis, Sicilienſe, possessiuum a Sicilia deductum. Cicer. 2. Ver. Fisci Sicilienses. Fretum Sicilienſe, apud eumdem 2. de Natura Deor. Quæstura Sicilienſis, apud eumdem in Epist.

SICILISSO, as, a 1. σικελίζω. loquor lingua Siculorum, quorum sermo adeo corruptus fuit, vt abierit in prouerbium. Plaut. in Men. Non Atticissat, sed Sicilissat.

SICILICES, f. 3. hastarum spicula lata, inquit Festus. Ennius, Incedit veles vulgo Sicilicibus latis.

SICINIVM, n. 2. σίκιννις. genus veteris saltationis, quasi siticinium, hoc est, tantum apud sitos, vnde siticen, qui apud sitos canere solitus est, hoc est, vita functos, & sepultos. Gel. lib. 40. c. 2. Budæus ait genus esse saltationis, quæ satyrica esse dicitur. Alij nõ sicinniũ, sed sicinam appellant, ἀπὸ τοῦ σείζαι κινεῖδαι.

SICVI, p. c. [Si in qualche luogo. Germ. So etwan, wo etwan. Ga. Si en quelque lieu. Hisp. Si in algun lugar] εἴπου. idem quod si alicubi. Liu. li. 3. ab vrbe Cõsul prouidere omnia, laudare fortes, increpare sicubi segnior pugna fuisset. Cicero. 7. Verr. Hæc sicubi facta sunt, &c.

SICVLI, m. 2. Siciliani,] σικελοί. qui Siciliam insulam incolunt. Ci. in Diuin. cum Quæstor in Sicilia fuissem, iudices, itaq. ex ea prouincia decessissem, vt Siculis omnibus diuturnam iucundamque memoriam mei nominis relinquerem.

SICVLVM mare, n. 2. [Mar di Sicilia] σικελικὸν πέλαγος. angustum atque anceps, alterno cursu, modo in Tuscum, modo in Ionium pelagus influit, vorticosum, & Scyllę, & Charybdis sęuitia inclytum. Sicula tellus, pro Sicilia. Vir. 1. Aen.

SICVNDE, ἀπόθεν. si ex aliquo loco. Cice. ad Att. lib. 13. Sicunde potes eruere, &c.

SICVT, & sicuti [Come, sì come, כאשר chaasscher כמו chemoschе. G. Eben wie, gleich wie. Ga. Comme, ainsi que, ainsi comme. Hisp. Assi come,] ὡς. ὥσπερ. ad uerbia similitudinis sunt. Plaut. in Rud. Quib. s cum parua periit Athenis, sicut dixit. Interdũ tamen non res similes, sed diuersas, & planè contrarias denotant, & ita in priore mẽbro ponuntur. Quint. Sed hęc eloquendi præcepta, sicuti cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad vim docẽdi valent, nisi illis quędam facilitas, quæ apud Græcos ἑξις nominatur, accesserit. Habẽt etiam venustatem, atque vtilitatem magnam, quoties antecedentem sententiam annectunt cum sequente. Pli. li. 7. c. 19. Ferũt Crassum auum Crassi, a Parthis interemptum, numquam risisse, ob id Agelastum vocatum, sicuti nec fleuisse multos. Cice. Acad. Amau hominem sicuti ille me.

SICVON, nis, f. 3. σικυών. vrbs vetustissima Peloponnesi, non procul a Corintho, olim Aegialos dicta, a rege Aegialeo, qui totius eius tractus imperium tenuit. Hanc Pli. li 36. c. 4. metallicarum omnium officinarum patriam fuisse scribit. Præcipuè autem nobilitatã cõstat Occasionis simulachro a Lysippo fabricato. Ab hoc oppido vicina regio Sicyonia appellatur. Ex hac vrbe ort⁹ est Aratus ille, cuius in clarorum virorum catalogo meminit Plutarch.

† SIDERALIS, le, o. 3. ἀστρικός. Quod ad sidus pertinet. Plin. lib. 7. cap. 49. Poscere videtur locus ipse sideralis scientiæ sententiam.]

SIDERATIO, nis, f. 3. ἀστροβολία. propriè plantarum morbus est, cum nimio æstu humore absumpto, vel totę, vel aliqua sui parte iarescũt. Quod quoniam sideris alicuius afflatu fieri putatur, & præsertim Caniculę (quam Theophrastus peculiariter ἀστερα vocat (factũ est, vt hoc plantarum vitium Græci ἀστροβολισμόν. nos sidérationem dicamus. Pl. li. 17. ca. 24. Sideratio tota è Cęlo constat. Et paulo post; Proprium tã sidérationis est, sub ortu canis siccitatum vapor, cũ insitę, ac nouellæ arbores moriũtur, præcipuè ficus, ac vites. Quin & in animalibus sideratio dicitur, cum pars aliqua corporis pestifero sidere percussa, subito inarescit, ipsaq. etiam ossa carie consumuntur. Quod morbi genus Galenus σφακελισμόν appellat.

SIDERARI, d. 1. [Siderarsi, assiderarsi. G. Durch eines gestirns einfluss, furnemlich von hitz vbertriben werden. G. Estre gasté du chaud, froid, ou autre iniure du ciel, pluye, orage, vent, gelee, ou tempeste. Hisp. Pasmarse subitamente] ἀστροβολίζεσθαι. est sidere pestifero afflari, & propriè de arboribus dicitur, cum per sideris cuiuspiam, & præcipuè Caniculæ exortum, æstu vehementer inualescente, aut alia quauis ratione, humor consumitur, torręque, vel aliqua sui parte, subito inarescunt. Transfertur & ad animalia, quæ & ipsa sideratа dicuntur, cum simili sideris afflatu aliqua sui in parte sphacelismon, hoc est, ossium cariem patiũtur, ita vt subito ea pars cũ ipsi etiam ossibus inarescat, omnemq. prorsus sensum amittat. Pli. lib.

28. ca. 16. Sideratis vrina pulli asinini nardo admisto perunctione prodesse dicitur. Plau. Sideratus est, moueri non potest.

SIDEREVS, a, um, o. 1. 2. [Di Stelle, stellato. G. Gestirnt, das sternen hat. Ga. D'astres, d'estoilles, estoille. H. Estrellado,] ἀστρώδης. idẽ quod stellatus: vt Siderea sedes, apud Vir. 10. Aen. Id est, sphæra stellata. Cælum siderum. Ou. 10. Metam. Aliquando ponitur pro alto. [Alto] Mar. lib. 1. Hic vbi sidereus propius videt astra colossus. Aliquando pro fulgenti, & lucido. [Lucente] vt, Ignes siderei, apud Oui. 1. Met. Vir. 3. Nec lucidus æthra Siderea polus.

† SIDERITIS. σιδηρῖτις. lapis occulta proprietate ferrum ad se trahẽs, qui & Magnes, & lapis Heraclius dicitur. Est & nomen gemmæ, ex genere adamantum. Item herbę.]

SIDO, dis, sedi, sessum, n. 3. [Sedere, ירד iaradh. G. Sich setzẽ, oder sich niderlassen. Gal. Aller a fond, deualler, descendre en bas s'asseoir. Hisp. Assentarse, hazer assiento la cosa pesada,] κατατίθεμαι. deorsum feror, subsido, ad sedendum me demitto. Vir. l. 6. Sedibus optaris gemina super arbore sidũt. Pl. l. 6. c. 22. Marę interest vadosum, sensim non ampliùs altitudine passibus. sed certis canalibus adeo profundum, vt nullę anchoræ fidant. Huius composita sunt, Assido, Cõsido, Circumsido, Desido, Insido, Obsido, Resido, & Subsido, quorum significata vide suis locis.

SIDON, onis, p. p. f. 3. σιδών. vbs Phenices, cum Tyro & vetustate certans, & claritate: ita dicta (vt Eustathio placet) a Sida Beli filia, q̃quam Iosephus a Sichem filio Chanaã appellatam mauult, vnde etiam apud Hebræos cõditoris nomine integro seruato, Sichẽ vocari tradit. Alij a Phenicibus conditam volunt, qui mediterranea incolebant, qui cum perpetuis vexarentur terræmotibus, relictis sedibus suis, nouam vrbem ad mare condiderũt, quam a piscium vbertate sua lingua, Sidon appellarunt.

SIDONIVS, a, um, o. 1. 2. antepen. indifferente, nam apud Græcos, testẽ Steph. indifferẽter σιδώνιος, scribitur per ω magnum, aut σιδόνιος, per o paruum. Vir. 1. Aen. Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. Et paulo post; Sidoniasq. ostentat opes. Cic. de Oratore; Sidonius Antipater.

SIDVS, ris, n. 3. stella, astrum, [Stella, segno celeste, כוכב chochab. G. gestirn. Gal. Astre, signe au ciel, planette, estoille. Hisp. Estrella o costellacion de las estrellas,] ἄστρον. licet quidam Græcũ esse velint, ἀπὸ τοῦ σὺν, quod est simul, & ἰδεῖν, videre, quod plures stellæ simul conspiciantur, aut παρὰ τὸ συνοδίαν, quod est commeo, & conuenio, vt sit plurium stellarum conuentus: rectius tamen Latinum esse putatur, & a Sido deduci, propterea quod sidera occidentia in mare subsidere videantur. Est autem Sidus signum ex pluribus stellis compositum, vt Aries, Taurus, Andromeda, Perseus, Corona, & quæcumq. variarum genera formarum feruntur in cælũ recepta. Stella verò singularis est. Sic etiam apud Græcos ἀστὴρ, & ἄστρον, dĩuersa sunt, teste Suida. Nam ἀστὴρ, est stella vna, ἄστρον, signum stellis coactum, quod nos sidus vocamus. Quandoq. tamen sidus pro stella ponitur. Ci. Itaq. nescium hos siderum errores Quint. Quid hæc fulgentium siderum venerãda facies, quę quadam veluti infixa, ac cohærentia perpetua semel capta sede collucent, alia toto sparsa cælo, vagos cursus certis emetiuntur erroribus.

SIFILATORES, m. 3. a veteribus dicebantur Sibilatores, & Sifilare. σιφλάζειν, quod nos sibilare dicimus. Nonius.

SIGALION, n. 2. σιγαλίον. simulachrũ apud Aegyptios in sacris Isidis & Serapidis, quod digito labijs impresso silentium imperare videbatur, vnde & nomẽ accepit ἀπὸ τοῦ σιγᾶν, quod est silere, alio nomine Harpocratem appellabant. Vide Harpocrates.

SPECVLOR , ris,lari,d.1.[*Contemplare,ſpeculare*,נצף tſaphah. Germ. auſſpaehen , ein vvachtbars auffſehen tragen,ſchavv vnd ſpaechhaben.*Ga.Guetter,eſpier.Hiſ.Contemplar,mirar,atalaiar*,]κατασκοπέω.exploro,contemplor,quaſi è ſpecula proſpecto. Plau. Mil. Sed ſpeculabor,ne quis aut hinc ab leua,aut ab dextra Noſtro cõſilio venator adſit cum auritis plagis.Cæſ.8. Bel. Gal.Qui ſpeculandi gratia eſſent remiſſi.Vnde ſpeculatores,[*Spioni.*] i.exploratores , qui è ſpecula aſpiciunt , vel in bello ante exercitum explorandi gratia mitti ſolent. Cæſ. 2.Bel. Gal.Hac re Cęſar ſtatim per ſpeculatores cognita. Per trãſlationem pro ſcrutari,[*Inueſtigare*] Tac.l.18.Satis patuit ijs,qui principũ offenſas acriter ſpeculantur. Ci.in Cat.Multi te oculi & aures non ſentientẽ ſpeculabuntur atq; cuſtodient.A quo Præſpeculor,antè ſpeculor,vel præmiſſis ſpeculatoribus exploro.Suet.de Cęſ. Exercitum neq; per inſidioſa itinera duxit vnquam,niſi præſpeculatus locorum ſitus.Hinc Speculatus, huius ſpeculatus,[*Speculatione*]ipſe ſpeculandi actus.Pl.li.10.c.70.

SPECVLATRIX,cis,f.3.[*Speculatrice*,צפר tſophar מרגלה maraghghelah. Ger. Ein auſſpacherin,beſchavverin,]ἡ θεωρὶς.verbale.Cic.3. de Nat.Deo.Furiæ deæ ſunt ſpeculatrices & vindices facinorum.

SPECVLATORIVS,a,um,0.1.2.κατασκοπικὸς,quod ſpeculationi eſt accommodatum : vt ſpeculatoria nauigia , quibus in mari ſpeculamur quid fiat.Cæſ.4.Bel.Gal.

SPECVLVM,li,n.2 *Specchio,ſpera*,ראי roi,מראה mareah גלין ghillaiõ Germ.Ein ſpiegel.*Gal.Miroir.Hiſp.Eſpero enque nos miramos*,]κάτοπτρον.inſtrumentum ex vitro,chalybe,ſtanno,argento ve,intuẽtium imaginem repræſentans , cuius inuentionem Aeſculapio aſſignat Cic.de Nat.Deo.Ter.in Adelp.Inſpicere tanquam in ſpeculum vitas hominum iubeo.Oui.3.de Arte: Quid quamque decebit Eligat,& ſpeculũ conſulat ipſa ſuum. Cic. 2.de Fin. Nec tamen argumentum hoc Epicurus à pueris petiuit, aut etiam à beſtijs,quæ putat eſſe ſpecula naturæ.

SPECVS,cus,tam maſc.quam fę.ge.& Specus,oris,neut.gene.[*Spelonca,cauerna*,מחרה mecharab.Ger.Ein huele,Klufft,ein loch oder grub in dẽ erdtreich.*Gal.Vne foſſe tenebreuſe, profonde,& grande. Hi. La cuena,hoya,o cauerna.*]σπήλαιον.idẽ quod ſpelunca.Gel.li.9. Sole medio,& aridо,ac flagranti,ſpecum quandã nactus remotã, latebroſamq.penetro.Hor.li.3.Car. Quæ nemora,aut quos agor in ſpecus.Ouid.3.Met.Eſt ſpecus in medio.Virg.7.Aen.

SPELAEVM,σπήλαιον.nomen Græcum,quod à noſtris dicitur ſpelunca.Virg.10.Ecl.Inter ſpelęa ferarum Malle pati.

SPELVNCA,lunçę,f.1.[*Spelonca*,מערה meharah.Ger.Ein huele]σπήλαιον.antrum,ſpecus ſubterranea,vel montis cauitas. Virg.6.Aen. Spelunca alta fuit,vaſtoque immanis hiatu.Cic. 2.de Fin.Iam decimum annum in ſpelunca iacet.

SPERCHIVS, p.p.m.2. σπερχειὸς.fluuius Theſſalię, qui Pelio monte effuſus velociſſimo curſu defluit in ſinum Maliacum . Strab.lib.8. Luc.lib.6.Ferit amne cito Maliacas Sperchius aquas.

SPERNO,nis,ſpreui,ſpretũ,a.3.[*Refutare,ſprezzare*,בזה bazah, געל ghahal,זרם zihẽ,מאס maas,G.Verachten,vernichtigen,verſchmehen.*Gal.Meſpriſer,deſpriſer.Hiſp.Menoſpreciar*,]ἐξουθενίζω.faſtidio,deſpicio.Cic.de Senect.Quod ſpernerentur ab ijs,à quibus eſſent coli ſoliti.Ter.in Eun.Ob hæc facta abs te ſpernor. Virg.3. Eclo. Quid prodeſt , quod me ipſo animo non ſpernis, Amynta?

Cic.1.de Nat.Deor.Veritas auſpiciorum ſpreta eſt,Cat,Epigr.20. Hęc tu commoda tam beata Furi Noli ſpernere. Hor.1. Epiſt.2. Sperne voluptates,nocet empta dolore voluptas. Oui.8. Met. Pater huius erat,qui numina diuum Spernebat. Antiqui ſpernere dicebant pro ſegregare, quod & Nonius annotauit, citans Ennium in Hectoris Lytris; Ius atque æquũ ſe à malis ſpernit procul. Spernax,cis, id eſt, contemptor [*Spẽζatore*] Silius lib.8. Ductor Piſo viros ſpernaces mortis agebat.

SPERO,as,a.1.[*Sperare,haver ſperãza*,כמר batach שבר ſabar,G.Hoffen.*Gal.Eſperer-auoir eſperance.Hiſp.1.ſperar algun bien,tener eſperança*]εὐελπιζω.fiduciam habeo aliquid ex voto ſucceſſurum.Plaud.11.Speratur latgiot prouẽtus.Hor.1.Ep.4. Grata ſuperueniet quæ non ſperabitur hora.Cic.Att.lib.1.A quonihil ſperes boni. Idem pro Deiot.Iubeo te ſperare,& bono animo eſſe. Aliquãdo ſperare eſt exiſtimare,ſeu confidere & tã de præſenti, quàm de præterito dicitur.[*Stimare,cõfidarſi*] De præſenti.Quint.Facilis(vt animaduertere vos ſpero)defenſionis meæ curſus eſt.De præterito. Idem; Et innocentiã quidem puellæ ſatis,vt ſpero,defendimus. Accipitur item pro timere.[*Temere.*]Virg.1.Aen.Si genus humanum,& mortalia temnitis arma,At ſperate Deos memores fandi, atq; nefandi.Vbi Seruius,ſperate,abuſiuè,timete. Idem li.4.Hunc ego ſi potui tm̃ ſperare dolorem,Et perferre ſoror potero. Cum aliquo proprièſperemus bona,timeamus aduerſa.Hæc Seruius. Accipit & ſperare,pro gaudere.[*Allegrarſi*]Ter.in Adel.Sperabam iã deſeruiſſe adoleſcentiam. Vbi Donatus; Rectè ſperabam, pro Gaudebam.Sic enim dicimus,cum erraſſe nos cernimus.Speratũ,teſte Nonio,veteres dicebãt eum,qui vxorem peut;& Speratam,virginem,quæ petitur.Afranius;Curre,& nuntia venire: & mecũ ſperatam adducere,vt videat puellam. Poſtquam verò ſponſio facta erat,nõ ſperata,ſed vel Dicta,vel Pacta,vel Spõſa vocabatur.Speratus,participium Plaut.in Merc. Spem ſperatam cũ hac obtuliſti mihi.gratęs ago Sperabilis,& hęc ſo,quod ſperari poteſt.Plaut.in Cap.Hic ille dies eſt,cum nulla vinc falus ſperabilis eſt mecum.

SPES,ei,f.5.[*Speranza*,תקוה tikvah,מברח bitachõ,מבטח mibtach *Hoffnung.G.Eſperance,eſpoir.It.La eſperanza de algun bien*]ἐλπὶς.eſt opinio futuri boni.Cic.4.Tuſc.Spes eſt expectatio boni, Cæl.Bel.Ciu.li.2. Plenus ſpei bonę,atque animi,aduerſus eos profecturus habetur.Spes pro lætitia[*Allegreζza.*]Virg.1.Aen. Sem vultu ſimulat,premit alum corde dolorem. Vbi Seruius,ſpem,lętitiã interpretatur. Eſt & crebra apud Vir. figura,quæ fit, quoties ſignificatur ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Nam ſpem lætitia ſequitur; ſpes verò in vultu nõ videtur,ſed lętitia.In numero pluralì habet nominatiuũ,accuſatiuum,& vocatiuum. Hor.1.Epiſ.5, Quid non ebrietas deſignat?operta recludit:Spes iubet eſſe ratas, ad præla trudit inermem.Liuius ab Vrb.Has ſpes, cogitatione ſaque ſecum portantes,vi bem ingreſſi ſunt.Sperum autem nuſquã, quod ſciam,repetitur;ſpebus rarißimè.Spe prętio emere,prouerbialiter dicitur pro eo, quod eſt certum & præſens detrimentum facere ſpe incerti lucri. Ter.in Adel. Spem prętio non emo.Antiqui,auctore Feſto,declinabant, Hæc ſpetes,huius ſperi.Varr. Qui ſuam delectet ipſe amicam, & ſeſe ſpetibus iactet ſuis. Hinc diſtuum putãt Aſperè,quaſi ſine ſpere;& proſperè, quaſi pro ſpere.

SPEVSIPPVS,in.2.σπεύσιππος.Philoſophus Athenienſis, Platonis ex ſorore nepos,quindecto annos Platonicæ ſchołæ prefuit. Ferũt hũc ſenio confectum,ſibi mortem conſciuiſſe,mœrore impulſum.Plutarchus verò ſcribit,illum pediculis efferueſcentibus interiſſe.Primus inuenit,quo pacto ex gracilioribus lignis fierent vaſa capacia,composuit dialogos a Diogene cõmemoratos. Hunc Plato quaſi philoſophię hæredem reliquit,vt ſcribit Cic.lib.1. Acad. queſt.

†SPHACELVS,li,σφάκελος, proprie eſt oſſiũ affectus,teſte Galeno, cũ tota illorum ſubſtantia corrũpitur.Latini oſſiũ carnem appellant.]

SPHAERA,æ,f.1.[*Sfera,balla,globo*,כדור chidhor,G.Ein kugel.*Gal.vne balle,vne globe,vne eſpoſe rõde,maſſiue & eſpoiſſe*,Hi.*Vella redõda,peſphere,on globe,vne choſe rõde,maſſiue & eſpoiſſe*]σφαῖρα.Græca vox ẽ,dẽ tigu ificãs quod Latinis Globus.Geometræ definiunt eſſe corpus ſolidum,vnica ſuperficie contentum, in medio ſui punctũ habens,a quo omnes lineæ ad ſuperficiẽ ductę ſunt ęquales. Cic.2. de Nat. Deo. Cumq; duæ formę pręſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphæram interpretari libet)ex planis autem circulus, aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur.

SPHAERICA,ricę,f.1.[*Focaccia ſphericia*] placentæ genus, quod ex multis glebulis in ſphæram,& rotundã formam coactis,ac de inde ſimul compactis,fiebat.Cato.c.82.Sphæricam ſic facito,ita vti ſpiram,niſi ſic effingito,detractis caſeo,melle: ſphæras pugnum altas facito:eas in ſolo componito,denſas eodem modo componito,atque ſpiram,iterq; coquito.

SPHAERISTERIVM,ii.n.2.σφαιριστήριον. locus balnei, ſpecie rotunda,cũ aliis pleriſque exercitationum generibus,tum pilæ ludo præcipuè deſtinatus,quam Græci σφαῖραν vocant.Vnde σφαιρίζω,pila ludo, & σφαιρισταί,pilæ itudiſi.Plin.in Epi.Apodyterio ſuppoſitum eſt ſphęriſterium,quod plura genera exercitationis,plutęſque circulos capit.Lamprid.in Alex.Poſt lectionem, operam palestræ,aut ſphęriſterio,aut curſui, aut luctationibus dabat.

SPHINX,gis,vel gos,f.3 σφίγξ.monſtrum apud Thebas,cuius caput & manus puellæ,corpus canis,alæ auis,vox hominis,vngues leonis,cauda draconis ſimilitudinẽ referebant.Dicta eſt aũ Sphinx, ἀπὸ τοῦ σφίγγειν,hoc eſt,a conſtringendo,vel vinciẽdo,quod prætereuntes ſuis quæſtionib. ita ſtringeret,vt ſe expedire nõ poſſent. Scribit Lactantius Papinianæ Thebaidos interpres,Sphingamonſtrum fuiſſe,alas, & vngues habens in ſimilitudinem harpyarum, quod inſidens ſcopulo viæ imminenti, inſolubilia ænigmata tranſeuntibus proponebat,& quoſquot diſſoluere nõ poterãt, vngulbus & alis interficiebat.Aenigma aũt erat eiuſmodi Quodrãpedal mane quadrupes, meridie bipes, veſperi tripes eſſet?Cuius ænigmatis nodum Oedipus ita diſſoluit, vt hominem eſſe diceret, qui in infantia manibus & pedibus repens verius,quàm incedens, quadrupes eſt: Factus vir,vt qui nullo alio,quã pedum adminiculo nitatur,bipes; ingrauęſcentibus autem annis, aſſumpto ſcipione tripes.Quã ſolutionẽ illa tam ægrè tulit,vt ſeſtatim de ſaxo præcipitarit. Hinc ſumpſit originem adagium in Terentiana Andria, Dauus ſum,non Oedipus. Sed hęc fabuloſa ſunt. Conſtat,n.cum aliorum multorũ,tum Alberti Magni teſtimonio,Sphingem animal eſſe ex genere ſimiarũ, inſigne duabus in maxilla maculis nigricantibus,cauda coloris ſubnigri,oblonga. Solinus;Inter ſimias habentur & ſphinges,villoſæ comis,mammis prominentibus,docilesad feritatis obliuionem.De ſphingibus ſic Diod. Sicul.lib.4. Sphinges & apud Troglodytas, Aethiopeſque naſcuntur,forma haud ęi diſſimili qua pingũtur,ſed paulo pinguiores; naturã hãc mãſuetã,plurib. exercitijs,diſciplinaq; mutã. De his & Pl.li.8.c.21.

SPICA,æ,f.1. *Spiga* שבלת ſchibboleth מלילה malilah.G.Eine ahr, Kornaehre.*Gal Eſpic de ble.Hiſ.Eſpiga*,]στάχυς.in frumento dicitur totum illud, quo granum continetur,cuius partes ſunt glumæ, & ariſtę.Cic.5.de Fin.Seges ſpicis vberibus & crebris.dicta ſpica, quaſi ſpeca,a ſpe, vt inquit Varr.de re ruſtic. lib.1. Nam cũ fruges in ſpicam exit,ſpem præbet hominibus. Seruius, ſpicam dictã putat à figura ſpiculi, quam refert, vbi primum è folliculo erumpit. Tunc enim ſolum proprię ſpicam dici arbitratur. Sed hoc nõ eſſe vſquequaque verum,ſatis docet Var.lib.1.ca.4.cum granum ſpicæ partem facit: quod certè de ſpica iam primum erumpente intelligi nõ poteſt,quæ cum nondum floruerit,granum habere nõ poteſt.Verba Varronis ſunt hęc,ſpica in hordeo, & tritico tria habet continentia,granum, glumam,ariſtam,& etiam primitus ſpica,cũ oritur,vaginam.Ouid.9.Met.Inerant hirſuta fronti Cornua,cum ſpicis nitido flauentibus auro. Ceretem in ſpicis intercipere.Oui, 8.Met.de Apro Calydonio;Et Ceretem in ſpicis intercipit. Quid ſit Cererem in ſpicis intercipere,iam expoſui,cum inquit, Matura vota coloni. Primo enim herbeſcit ſeges,vnde illud eſt,Segetes proculcat in herba.& in Epiſt. Adhuc tua meſſis in herba eſt. Deinde verò, vbi maturuit,in ſpica eſſe dicitur.Spicæ alij.Ruel.li.1, cap.2.Cohærentes bulbi,in quo alij caput extumuit, qui ſeorſum conſiti nouam creant ſobolem, & Nuclei,& Spicę Laurus auctoribus appellantur.Colum.li.11.c.3.Habet allium plutes cohærentes ſpicas.Antiquis etiam in vſu erat ſpicus,maſc.ge. & ſpicũ,neutri, quod & Nonius annotauit. De neutro genere exẽplũ eſt apud Ciceronem in Arato; Spicum illuſtre ferẽs inſigni corpore virgo. Item apud Var.de Leg.Mœnia; Neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam. De maſculino genere citatur verſus veteſtus à Feſto,ſed ſine auctoris nomine:Quaſi meſſor permeſſum vnumquęque ſpicum collegit.Eſt & ſpica ſignum cęleſte, orens in Virginis parte decima.Iul.Firmicus; Quicumque in ortu ſpicæ natus fuerit, erit ruralibus officijs ſemper applicatus.

SPICA mutica,f.1.quæ non habet ariſtam,quaſi mutila: ariſtæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum. Var.de re ruſt.lib.1.c.47.

SPICEVS,a,um,o.1.2.[*De ſpica.*G.auſſ acher gemacht,acherin.*Gal.D'eſpic, fait d'eſpic.*Hiſ. *Coſa de materia de ſpiga,*] στάχυϊνος. quod ex ſpicis eſt. Tibul. Flaua Ceres tibi ſit noſtro de rure corona Spicea. Meſſis ſpicea. Vir.lib.1.Geor.ſpicea iam campis cũ meſſis inhorruit.Ouid.2.Met.ſtabat nuda æſtas,& ſpicea ſerta gerebat.

SPICIFER,a,um,p c.o,1.2.στάχυοφόρος.quod fert ſpicas, vt Ceres ſpicifera,à poetis dicitur.Seneca Hercul.Oetęo:Et ſpiciferæ conceſſa deę Attica myſtas claudit Eleuſis.Mart.lib.10.Non Hybla,non me ſpicifer capit Nilus.

SPICILEGIVM,ii.n.2.[*Spigolo.*Ger.Die nachſamlung, oder auffleſung der aeher,ſo mã verzettet hat.G.*Le glane qu'on amaſſe apres les moiſſonneurs,cueillete d'eſpros.*Hiſp.*Obra de coger,o cogimiento de eſpigas*] συναλογία,collectio ſpicarum, vel ſpicæ ipſæ in agro à meſſoribus prętęritæ.Var.1.de re ruſt.c.53. Meſſe facta ſpicilegiũ venire oportet. Hinc ſpicilegium facere dicuntur, qui meſſorum telga inſequentes, ſpicas abijs prætereitas colligunt.

SPICO,as,n.1 *Spicciolare,mandar fuora le ſpiglie.*G.Acherẽ gewinnen, in aeher chieſſen.*Gal.Ietter hors les eſpies.*Hiſp *Echar fuera las eſpigas*]συναγωγία,ſpicas emitto.Pl.li.18.cap.7.Grana in ſtipula crumpunt,to textũ ſpicantur.Hinc Spicatus,a,um,nomen adiect.quod habet ſpicas.Et li.24.c.10.Chamæciſſos ſpicata eſt tritici modo.

SPICIO,is,ſpicere,a.3.[*Guardare* עכם raah תכי ſaphah.G.Anſchauwẽ.*Gal.Voir,regarder.*Hiſ.*Ver,mirar*]ὁράω,θεάομαι,verbum eſt ololetum,quo antiqui vtebantur pro aſpicere, ſeu intuęri, quod &

& manus puellæ,corpus canis,alæ auis,vox hominis,vngues leonis,cauda draconis ſimilitudinẽ referebant.Dicta eſt aũt Sphinx, ἀπὸ τοῦ σφίγγειν,hoc eſt,a conſtringendo,vel vinciẽdo,quod prætereuntes ſuis quæſtionib. ita ſtringeret,vt ſe expedire nõ poſſent. Scribit Lactantius Papinianæ Thebaidos interpres,Sphinga monſtrum fuiſſe,alas, & vngues habens in ſimilitudinem harpyarum, quod inſidens ſcopulo viæ imminenti, inſolubilia ænigmata tranſeuntibus proponebat,& quoſquot diſſoluere nõ poterãt, vngulbus & alis interficiebat.Aenigma aũt erat eiuſmodi Quodrãpedal mane quadrupes, meridie bipes, veſperi tripes eſſet?Cuius ænigmatis nodum Oedipus ita diſſoluit, vt hominem eſſe diceret, qui in infantia manibus & pedibus repens verius,quàm incedens, quadrupes eſt: Factus vir,vt qui nullo alio,quã pedum adminiculo nitatur,bipes; ingrauęſcentibus autem annis, aſſumpto ſcipione tripes.Quã ſolutionẽ illa tam ægrè tulit,vt ſeſtatim de ſaxo præcipitarit. Hinc ſumpſit originem adagium in Terentiana Andria, Dauus ſum,non Oedipus. Sed hęc fabuloſa ſunt. Conſtat,n.cum aliorum multorũ,tum Alberti Magni teſtimonio,Sphingem animal eſſe ex genere ſimiarũ, inſigne duabus in maxilla maculis nigricantibus,cauda coloris ſubnigri,oblonga. Solinus;Inter ſimias habentur & ſphinges,villoſæ comis,mammis prominentibus,docilesad feritatis obliuionem.De ſphingibus ſic Diod. Sicul.lib.4. Sphinges & apud Troglodytas, Aethiopeſque naſcuntur,forma haud ęi diſſimili qua pingũtur,ſed paulo pinguiores; naturã hãc mãſuetã,plurib. exercitijs,diſciplinaq; mutã. De his & Pl.li.8.c.21.

SPICA,æ,f.1. *Spiga* שבלת ſchibboleth מלילה malilah.G.Eine ahr, Kornaehre.*Gal Eſpic de ble.Hiſ.Eſpiga*,]στάχυς.in frumento dicitur totum illud, quo granum continetur,cuius partes ſunt glumæ, & ariſtę.Cic.5.de Fin.Seges ſpicis vberibus & crebris.dicta ſpica, quaſi ſpeca,a ſpe, vt inquit Varr.de re ruſtic. lib.1. Nam cũ fruges in ſpicam exit,ſpem præbet hominibus. Seruius, ſpicam dictã putat à figura ſpiculi, quam refert, vbi primum è folliculo erumpit. Tunc enim ſolum proprię ſpicam dici arbitratur. Sed hoc nõ eſſe vſquequaque verum,ſatis docet Var.lib.1.ca.4.cum granum ſpicæ partem facit: quod certè de ſpica iam primum erumpente intelligi nõ poteſt,quæ cum nondum floruerit,granum habere nõ poteſt.Verba Varronis ſunt hęc,ſpica in hordeo, & tritico tria habet continentia,granum, glumam,ariſtam,& etiam primitus ſpica,cũ oritur,vaginam.Ouid.9.Met.Inerant hirſuta fronti Cornua,cum ſpicis nitido flauentibus auro. Ceretem in ſpicis intercipere.Oui, 8.Met.de Apro Calydonio;Et Ceretem in ſpicis intercipit. Quid ſit Cererem in ſpicis intercipere,iam expoſui,cum inquit, Matura vota coloni. Primo enim herbeſcit ſeges,vnde illud eſt,Segetes proculcat in herba.& in Epiſt. Adhuc tua meſſis in herba eſt. Deinde verò, vbi maturuit,in ſpica eſſe dicitur.Spicæ alij.Ruel.li.1, cap.2.Cohærentes bulbi,in quo alij caput extumuit, qui ſeorſum conſiti nouam creant ſobolem, & Nuclei,& Spicę Laurus auctoribus appellantur.Colum.li.11.c.3.Habet allium plutes cohærentes ſpicas.Antiquis etiam in vſu erat ſpicus,maſc.ge. & ſpicũ,neutri, quod & Nonius annotauit. De neutro genere exẽplũ eſt apud Ciceronem in Arato; Spicum illuſtre ferẽs inſigni corpore virgo. Item apud Var.de Leg.Mœnia; Neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam. De maſculino genere citatur verſus veteſtus à Feſto,ſed ſine auctoris nomine:Quaſi meſſor permeſſum vnumquęque ſpicum collegit.Eſt & ſpica ſignum cęleſte, orens in Virginis parte decima.Iul.Firmicus; Quicumque in ortu ſpicæ natus fuerit, erit ruralibus officijs ſemper applicatus.

SPICA mutica,f.1.quæ non habet ariſtam,quaſi mutila: ariſtæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum. Var.de re ruſt.lib.1.c.47.

SPICEVS,a,um,o.1.2.[*De ſpica.*G.auſſ acher gemacht,acherin.*Gal.D'eſpic, fait d'eſpic.*Hiſ. *Coſa de materia de ſpiga,*] στάχυϊνος. quod ex ſpicis eſt. Tibul. Flaua Ceres tibi ſit noſtro de rure corona Spicea. Meſſis ſpicea. Vir.lib.1.Geor.ſpicea iam campis cũ meſſis inhorruit.Ouid.2.Met.ſtabat nuda æſtas,& ſpicea ſerta gerebat.

SPICIFER,a,um,p c.o,1.2.στάχυοφόρος.quod fert ſpicas, vt Ceres ſpicifera,à poetis dicitur.Seneca Hercul.Oetęo:Et ſpiciferæ conceſſa deę Attica myſtas claudit Eleuſis.Mart.lib.10.Non Hybla,non me ſpicifer capit Nilus.

SPICILEGIVM,ii.n.2.[*Spigolo.*Ger.Die nachſamlung, oder auffleſung der aeher,ſo mã verzettet hat.G.*Le glane qu'on amaſſe apres les moiſſonneurs,cueillete d'eſpros.*Hiſp.*Obra de coger,o cogimiento de eſpigas*] συναλογία,collectio ſpicarum, vel ſpicæ ipſæ in agro à meſſoribus prętęritæ.Var.1.de re ruſt.c.53. Meſſe facta ſpicilegiũ venire oportet. Hinc ſpicilegium facere dicuntur, qui meſſorum telga inſequentes, ſpicas abijs prætereitas colligunt.

SPICO,as,n.1 *Spicciolare,mandar fuora le ſpiglie.*G.Acherẽ gewinnen, in aeher chieſſen.*Gal.Ietter hors les eſpies.*Hiſp *Echar fuera las eſpigas*]συναγωγία,ſpicas emitto.Pl.li.18.cap.7.Grana in ſtipula crumpunt,to textũ ſpicantur.Hinc Spicatus,a,um,nomen adiect.quod habet ſpicas.Et li.24.c.10.Chamæciſſos ſpicata eſt tritici modo.

SPICIO,is,ſpicere,a.3.[*Guardare* עכם raah תכי ſaphah.G.Anſchauwẽ.*Gal.Voir,regarder.*Hiſ.*Ver,mirar*]ὁράω,θεάομαι,verbum eſt ololetum,quo antiqui vtebantur pro aſpicere, ſeu intuęri, quod &

Feſtus annotauit, citans locum Plau. in Mil. Quo ſupercilio ſpicit.

SPICVLATORES, m. 3. [*Alabardieri.* G. Trabanten, die ſchaefelin oder glæ tragen, wie die fuerſten haben. *G. Sergeans ou officiers portans saucline, archers de la garde.* H. *Hombres armados que acompañan los principes,*] δορυφόροι. ſatellites principum, a ſpiculis, quę geſtant. Com. Tacit. Dilapſis ſpiculatoribus.

SPICVLO, a. 1. [*Aguzzar la punta.* Ger. Spitzen oder wetzen,] ἀκονάω. cuſpidem acuo. Pli. li. 11. Telum perfodiendo tergori quo ſpiculauit ingenio.

SPICVLVM, li. n. 2. [*Dardo, punta* חנית romath. G. Ein glaen, ſchaefelin, ſechſtha lb ſchuch lang, mit einem dreiecketen eyſen] λόγχη, ξυστός. lancea breuis, ſeu (vt Vegetius ait) telum miſſile, cuius ferrũ eſt triangulum, vnciarũ nouem, haſtile pedum quinque & ſemiſſis. Antiqui pilum neutro genere vocauerunt. Ad huius iactũ exercebantur milites, ita vt arte & virtute directa, ſcutatos pedites, & loricatos equites ſæpe tranſuerberarent. Pla. in Caſ. Si non impetrauit, ſpicula etiam inſortita ſunt mihi. Cic. in Piſ. L. Craſſus ſpiculis prope ſcrutatus eſt Aſpes. Vir. 5. Aen. Gnoſſia bina dabo læuato lucida ferro Spicula, cęlatamque argento ferre bipennem. Accipitur & pro ſagitta. Virg. 11. Aen. Spicula conuerſo fugientia dirigat arcu. Aliquãdo ſagittę ferrum, ſeu cuſpis ipſa, & aculeus, vt ſunt ſpicula ſagittarũ, & aculei apum. Cur. Alexander ſagitta ictus eſt, quæ in medio crure reliquerat ſpiculũ. Vir. 3. Georg. de apibus; Et ſpicula cæca relinquunt. Dictũ ſpiculũ a ſpicarũ ſpecie.

SPINA, æ, f. 1. [*Spino* חוח choach קוץ kots, סלון ſilion סוד ſir. Ge. Eindorn. *Ga. Espine. Hiſ. Eſpina,*] ἄκανθα. propriè eſt aculeus ſentis vel rubi, quo pungimur. Virg. 5. Ecl. Carduus & ſpinis ſurgit paliurus acutis. Colum. lib. 11. c. 3. Ea ſint vaſtiſſimarum ſpinarum maxime rubi, & paliuri, & eius, quam Græci appellant κυνόσβατον, nos ſentẽ canis appellamus. Spinam facere dicitur aſparagus, cum percreuit, & ſpinoſus fit. Colum. li. 11. cap. 3. Spina etiam dicitur, vertebrarum in quocunq; animali contextus inter ſe, (quam & Græci ἄκανθα nominant) qui eſt a collo ad extremum vſq; os, quod ſacrum dicitur: ſic autem appellata eſt, quod ipſæ vertebræ in ſuo contextu, proceſſus vtrinque oſtendant, ſpinis haud abſimiles. Plin. li. 11. c. 37. Spina lumbis oſſea, ſed tereti ſtructura, per media foramina a cerebro medulla deſcendente. Eandem eſſe ei naturam, quam cerebro colligunt, quoniam prætenui eius membrana modo inciſa ſtatim expiretur. Spina etiam pro aculeo, qualis ſerpentibus, & hyſtricibus, & pleriſque piſcibus ineſt. Pli. lib. 8. cap. 35. Hyſtrices generat & Africa, ſpina contectas. Spinæ, per translationem, pro difficultatibus. Cic. 4. Tuſc. Peripatetici ſpinas partiendi & definiendi prætermittunt. Spineus, ea, eum. ἀκάνθινος quod ex ſpinis factum eſt, vt Corona ſpinea. Vincula ſpinea. Ouid. 2. Met. Baculumque capit, quem ſpinea tortum Vincula cingebant. Spinoſus, ſa, ſum, ſpinis abundans. [*Spinoſo.*] Var. 2. de re ruſtic. c. 3. Quod vſu ſæpe venit his, quæ inter ſeſe cornibus pugnãt, atque in ſpinoſis locis paſcuntur. Spinoſa oratio, per translationem, pro dura, & aſpera. Cic. 1. de Orat. Hæc erat ſpinoſa quędam & exilis oratio.

SPINETICVM, n. 2. vnum ex Padi oſtijs, quo Claud. Cæſ. è Britannia triumphans, prægrandi illa domo verius, quàm naui intrauit Adriam, à Spina vrbe nomen habens, quam cõditam volunt a Diomede, vide Pli. lib. 3. c. 13.

SPINETVM, ti, n. 2. [*Luogo piẽtato di ſpine.* G. Ein dorngeſtaud, Heckẽ, ein ort an dem viel dorn ſtehn. *Ga. Vn eſpinaye. Hiſ. Eſpinal.*] ἀκάνθων. locus ſpinis abundans. Pli. lib. 10. cap. 47. Aſinus ſpinetis ſe ſcabendi cauſa atterens. Vir. 2. Ecl. Occultant ſpineta lacertos.

† SPINIFER, ra, rum, [*Che porta o produce ſpine*] ἀκανθοφόρος. Cic. in Arat. Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhęſit.]

SPINTER, m. 3. βραχιονιστήρ. armille genus erat, teſte Feſto, quo mulieres vtebantur in ſummo brachio ſiniſtro. Plaut. Menæch.

SPINTRIAE, n. 1. dicti ſunt repertores monſtruoſæ libidinis, nouique concubitus. Suet. in Tiber. c. 43.

SPINVS, ni, m. 2. [*Pruęnolo, ſufino ſalvatico,* צנין kots דרדם ſir. G. wilder pflaumbaum, ſchlehendorn. *Ga. Prunelier, prunier ſauuage. Hiſp. Circuello monter,*] agreſtium prunorum arbor, quod ſpinis referta ſit. Vir. 2. Geor. Spinos iam pruna ferentes.

SPIONICVS, a, um, adiect. o. 1. 2. vt Spionicus guſtus, id eſt, guſtus vuæ ſpioniæ, de qua Colum. lib. 3. c. 21. Pli. lib. 14. cap. 2.

SPIRABILIS, bile, o. 3. [*Spirabile.* G. Athmig, dadurch vvir leben vnd athmen. *Ga. De quoy nous halenons, qui cauſeq' on iette vent. Hiſ. Coſa que ſpira, y con ella eſpiramos*] ἐμπνευστήν. vitale, quod ſpiramus. Vir. 2. Aen. Per ſuperos, atque hoc cæli ſpirabile lumen. Spirabilis animus. Cic. 2. de Nat. Deor. Animum ipſum ſpirabilem, ſi quis quærat vnde habemus.

SPIRACVLVM, li, n. 2. [*Spiracolo* מפח mappach G. Ein lufftloch, dan pfloch, vvindloch. *Gal. Souſpiral, reſpirement. Hiſp. Reſpiradero,* ἀναπνευτήριον. per quod odor, aer ve expiratur, aut exhalat. Virgil. 7. Aen. Sęui ſpiracula Ditis. i. aditus, ait Ser. Pli. lib. 2. c. 39. In Sinueſſano agro, & Puteolano ſunt, quæ ſpiracula vocant.

SPIREA, æ, f. 1. σπεῖρα. ſunt reuolutiones, ſiue circuli, qui in ſeipſos non recurrunt: vnde in matronarum ornamentis ſpirę dicuntur, vt eſt videre apud Pli. lib. 9. c. 35. vbi meminit Lolliæ Paulinæ Caij principis matronæ. In ſerpentibus quoque ſpiræ dicuntur, cum in orbem contracti, quoſdam quaſi circulos imitantur. Virg. lib. 2. Geor. Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis. Et lib. 2. Aen. Spiriſque ligant ingentibus. Funes item nautici in orbẽ conuoluti propriè ſpiræ dicuntur. Item ſpira dicitur funiculus, qui pileo ad fauces extenditur, & ſub mento alligatur. Iu. Sat. 8. Et longo iactetur ſpira galero. Baſis item columnæ vnius tori, aut duorum, ſpira dicitur. Plin. lib. 39. cap. 23. In Epheſiæ Dianæ æde columnis ſpiræ ſubditæ. Item ſpira genus operis piſtorij, vt ait Feſtus. Cato; Spiram ſic facito, quantum voles pro ratione, ita vt placenta fit, eadem omnia facito. Ennius etiam ſpiram, hominum multitudinem vocauit. Feſtus.

SPIRAMEN, inis, n. 3. [*Spirame,* מפח mappech. G. Ein luffiloch, gang des athems] φυσητήρ. per quod exit ſpiritus, vt Naris ſpiramina. Lucan. lib. 2. Hic artes, alius ſpiramina naris aduncæ. Sta. 2. Theb. Reficit ſpiramina feſſi Ignis.

SPIRAMENTVM, ti, n. 2. [*Il ſpirare* מריח mappach. Ge. Ein luffiloch, athẽloch] φυσητήριον. per quod exit ſpiritus. Virg. lib. 4. Geor. Certatim tenuia cera ſpiramenta linunt. Spiramentum, pro poris. Pli. li. 32. c. 6. Spiramentum cauernæ. Iuſtinus Virg. 1. Georg. Seu plures calor ille vias, & cæca relaxat Spiramenta.

† SPIRITVALIS, le. & per ſyncop. Spiritalis. πνευματικός. quod halitum emittit. Vnde dicimus Spiritales auras. i. vitales, & Spiritalẽ fiſtulam, pro aſpera arteria.]

SPIRITVS, ŭs, m. 4. anima, inſpiratio, flamen, animus, halitus [*Spirito, anima, fiato,* רוח ruach נשמה reſcamach. Ge. Der athem. *Gal. Halener, ietter hors ſon vent, ſouffler. Hiſ. Eſpirar, o reſpirar, o echar à fuera el ſoplo.*] πνοιά. ſpiritum duco, animam emitto, & attraho. Plin. Hęc duo genera fiſtulis ſpirant, quę ad pulmonem pertinent. Idem lib. 9. c. 7. Spirant confeſſione omnium, & pauciſſima alia in mari. Spirare, flare: vt Valentius ſpirat Eurus. i. flat. Ouid. 11. Met. Cum mare ſub noctem tumidis albeſcere cępit Fluctibus, & præceps ſpirare valentius Eurus. Clementius ſpirant Auſtri. Stat. li. 2. Sil. Aliquando ſpirare, eſt odorem aliquem emittere; ſiue exhalare, & ſic cõſtruitur cum accuſatiuo. Virg. 1. Aen. Ambroſięque comę diuinum vertice odore Spirauere. Exta ſpirantia, hoc eſt, palpitantia. Vir. 4. Aen. Spirantia conſulit exta. Spirantia ſigna, hoc eſt, tam artificioſè facta, vt viuere, atque adeo ſpirare videantur. Virg. 1. Georg. Stubunt & Parij lapides ſpirantia ſigna. Aſpiro, Conſpiro, Expiro, Inſpiro, Interſpiro, Proſpiro, Reſpiro, & Suſpiro, vide ſuis locis.

SPISSAMENTA, n. 2. [*Speſſezza*] vocantur, quę à Græcis σύμματα dicuntur, quę in vnguentorum confectionibus, & oliuarum, aliorũque id genus fructuum condituris extrema adduntur, ne fluitet quod conditum fuerit. Col. lib. 12. c. 46.

SPISSE, συχνῶς. πυκνῶς. denſè, ſiue ad multam ſpiſſitudinem. Pli. lib. 36. cap. 25. Cic. de Clar. Ora. Spiſsè, atque vix ad Antonium, Craſſumque peruenimus.

SPISSESCO, is, ere. a. 3. συμπυκνοῦσθαι, πηγνύναι. ſpiſſum fieri. Ceſ. li. 5. de Curat. aduerſus ictum aſpidis; Eadem vi veriſimile eſt ſpiſſeſcentem intus humorem hominis ab eo diſcuti. Lucr. lib. 6. Fecit vt ante cauam docui ſpiſſeſcere nubem.

SPISSITAS, atis, f. 2. [*Speſſezza,* חבי habi, מעבה mahabeh. G. Dicke.] πυκνότης. ſpiſſitudo. Pli. lib. 28. c. 30.

SPISSIGRADVS, a, o. 1. 2. βραδύπους. qui tardo paſſuum motu in ambulando vtitur, antiqui enim ſpiſſum dicebant pro tardo, Hinc Spiſſigradior, & ſpiſſigradiſſimus. Plaut. in Pœn.

† SPISSITVDO, idem quod ſpiſſitas. Senec. quęſt. nat. lib. 8. ca. 3. Eſt autem nubes ſpiſſitudo aeris craſſi.]

SPISSO, as, a. 1. [*Inſpeſſire,* עבם hibbag. G. Dick machen. *Gal. Faire ou rendre espois, reserrer, & reſtraindre. Hiſp. Eſpeſſar lo ralo o liquido*] πυκνόω, πήγνυμι. ſpiſſum facio. Pli. lib. 11. ca. 41. Omne hac igne ſpiſſatur. Spiſſari in panem farinæ modo. Idem lib. 31. cap. 11. Dentes in circuitu marginum hẽnt pectinatim ſpiſſatos. Pli. lib. 12. c. 4. Dentes pectinatim ſpiſſati. Ou. 15. Met. Ignis. n. dẽſum ſpiſſatus in aerea trãſit. Nubes ſpiſſatæ. Luc. li. 4. Inſpiſſo, & Cõſpiſſo, ſuis locis.

SPISSVS, a, um, o. 1. 2. [*Speſſo,* עב hab. G. Dick. G. *Eſpois, m. ſſif. H. Eſpeſſo, macizo,*] πυκνός. idem quod denſus, cui opponitur Rarus. Vir. 2. Georg. Scrobibus ſuperabit terra repletis. Spiſſus ager. Ou. 1. Met. Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aere cælum. Pli. li. 12. c. 24. Aſpalathi probatio eſt in colore rufo, vel igneo, tactuque ſpiſſo. Corona ſpiſ-

ſa veris. Vi. 9. Æn. Non tam ſpiſſa viris. Quandoq; ſignificat tardũ, Plau. in Ciſtel. Spiſſum hoc eſt amanti dicere, veniet. Cic. ad Att. l. 10. Omnia adhuc tarda, & ſpiſſa. Cæcil. Dardano; Omnes res ſpiſſas facit. Hinc etiam Spiſſiùs legimus, tardiùs. Varro Myſterijs, vt citat Nonius, Naſcimur enim ſpiſſius, quàm emorimur. A ſpiſſus fiunt ſpiſſior, & ſpiſſiſſimus. Plin. li. 12. c. 21.

† SPITHAMA, σπιθαμὴ. Palmus, conſtans ex duodecim digitis, quẽ Latini dodrantem vocant.]

SPLEN, huius ſplenis, m. g. [*Milʒa.* G. Die miltz. *Ga. Larate.* *His El baſo.*]σπλὴν. viſcus eſt in ſiniſtra animalis parte ſitum, ſuccos craſſos, & melancholicos in hepate genitos ad ſe attrahens; quorũ partẽ ſubtiliſſimã cum ſe aluerit, quod ſupereſt, proprio quodã meatu ad ventriculum remittit. Latini Lienem appellant. Celſ. libr. 4. Splẽ in ſiniſtra parte eſt inteſtino innexus, natura mollis & rarus, longitudinis, & craſſitudinis modicæ. Plin. li. 8. cap. 35. Viſcera ſine ſplene, Perſ. Sat. 1. Petulanti ſplene cachinno.

SPLENDEO, es, ui, [*Riſplendere, rilucere,* נגה naghah, זהר hophiaph, G. Scheinen, glãtzen. *Gal. Reluire, reſplendir.* H. *Reſplandeſcer,*] λάμπω. Luceo. Mart. lib. 4. Et facies multo ſplendeat alba pilo. Virg. 7. Æn. Splendet tremulo ſub lumine pontus. Ci. pro Seſt. Virtus in tẽpeſtate quieta eſt, & lucet in tenebris, ſplenderque per ſe ſemper; neque alienis vnquam ſordibus obſoleſcit. Ho. 1. Car. Ode 14. Vritur me Glyceræ nitor ſplendentis Pario marmore purius.

SPLENDESCO, cis, n. 2. [*Incarſi lucẽre,* נגה naghah, זהר hophiah, זרח tſach. Ge. Scheinend oder glantzẽd werden, ein glantz gewinnen.] λαμπρύνω. ſplendidus fio. Apul. Cum iam Aurora ſplendeſceret. Mar. lib. 8. Defluat, & lento ſplendeſcat turbida limo Amphora. Cic. in Para. Nihil tam horridum, tam inculcatum, quod non ſplendeſcat oratione, & tanquam excolatur. Virg. 1. Geor. Deprenſo incipiat iam tũ mihi taurus aratro Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer.

SPLENDIDE, [*Splendidamente.* German. Scheinbarlich, herlich. Ga. *Illuſtrement, magnifiquement.* H. *Reſplandeſcientemente,*] λαμπρῶς. lautè, magnificè. Cic. 3. Tuſc. Etiãſi ætas honeſtè, ac ſplendidè, tã tam affert conſolationem, vt eos, qui ita vixerunt, aut non tangat, ægritudo, aut perleuiter tangat animi dolor.

SPLENDIDVS, a, dũ, o. 1. 2. [*Splẽdido, riſplẽdẽte,* נגה nogheah צוח tſach mophiah. *Gal. Clair, & reluiſant, reſplendiſſant. His. Reſplandeſciente*]λαμπρός. clarus, lucidus, nitidus. Cic. Parad. Renuntiat M. Curius, aut eorũ aliquis, quorũ in villa, ac domo, nihil ſplendidum, nihil ornatũ fuit, præter ipſos. Vir. 1. Æne. At domus interior regali ſplendida luxu. Ho. li. 3. Car. Ode 13. O fons Blanduſiæ ſplẽdidior vitro, Dulci digne mero, Cicero 1. Offic. In maximis animis ſplẽdidiſſimiſq; ingenijs plerumque exiſtunt honoris, imperij, potentiæ, gloriæ, cupiditates. Splendidus homo. [*Magnifico, liberale.*] Magnificus, diues, lautus, liberalis, cui opponitur ſordidus. Cic. 1. de Finib. C. Plotius, Eques Romanus ſplendidus.

SPLENDOR, oris, m. 3. [*Splendore, luce,* נגה noghah, זהר iiphhah. Ge. Ein ſchein, glantz. G. *Reſpiendiſſement, lueur, clarté. His. Reſplandor*] ἀυγή, lux, nitor, claritas. Plau. in Merc. Cælum vt ſplendore eſt pleraque nonne ex aduerſo vides? Hor. 1. Ser. Sat. 4. Hunc capit argẽti ſplendor, ſtupet albius ære. Per translationem pro decore, dignitate, gloria; [*Honeur, gloire,*] vnde Splendor nominis, Splendor familiæ, Splendor virtutum. Cic. pro Ponip. Nunc imperij noſtri ſplendor illis gentibus lucet. Idem pro Cluent.

SPLENETICVS, a, um. 1. 2. lineoſus, cui poſt inflammationem lien in priſtinum non reſtituitur habitum, ſed tumor permanet. Pli. lib. 20. c. 9.

SPLENIATVS, a, um, o. 1. 2. σπληνιώτης. ſplenio obuolutus. Mar. lib. 10. Cur ſpleniato ſæpè prodeam mento.

SPLENIVM, ſplenij, n. 2. σπλήνιον. emplaſtri genus oblongum, quod ferè fronti, ad ſedandos capitis dolores, ſolet adhiberi, quamquam & alijs partibus interdum accommodetur, nomẽ habens ab oblõga ſplenis figura. Mart. Splenia tolle, leges. Pli. li. 29. Super imponi oportet ſpleniũ è melle.

SPOLETIVM, tij, n. 2. [*Spoleto*] σπολήτιον. ciuitas ĩ Vmbria, etiã hodie nomẽ retinẽs. Inde Spoletinus, a, um, p. p. σπολητῖνος. vt ab Aretio Aretinus. Mar. lib. 13. De Spoletinis quæ ſunt cariora lagenis.

SPOLIARIVM, rij, n. 2. ἀποδυτήριον. proprie locus ante balneũ, in quo loturi ſeſe ſpoliabãt. Accipitur tñ & ſ. quonis alio loco, in quo qs veſtibus, pecunia, aliaue re a latronib. exuitur. Pli. in Panegyr. Nõ ſpoliarium ciuium, ciuentarumq; prædarum fæuũ receptaculum.

SPOLIATIO, nis, f. 3. σκύλευσις. ſpoliorum detractio, depopulatio. Ci. 4. Verr. Fanorum ſpoliationes.

SPOLIATOR, ris, m. 3. *Spogliatore,* שלל ſcholel, בז bozez. G. Ein rauber der einẽ auſzeucht vnd im das ſein nimpt. *Ga. Pilleur, voleur. His. deſpotador.*]λαφυραγωγός. qui alterum ſpoliat. Cic. 6. Ver. Spoliatorem vexatoremque eorum defendes?

SPOLIATRIX, f. 3. Mart. libro 1. Sic ſpoliatricem cõmendat Fauſtus amicam, Cicer. Cæl. Venus ſpoliatrix.

SPOLIO, a, 1. *Spogliare,* שלל ſchalal נצל nitſtſel בז bazaz. G. Beraubẽ, auſſziehen. G. *Deſpouiller, piller, deſtrouſſer. His. Deſpoiar,*] σκυλεύω, exuo, nudo, orbo, priuo, ſpolia detrahо. Liu. li. 1. ab vrb. Regẽ ĩ præſidio obtruncat & ſpoliat. Ci. 6. Ver. Apollonij omni argento ſpoliato

ſti] *Rubbare,*] Tet. in Hec. Quin ſpolies, mutiles, jaceres. Virg. 5. Æn. pars ſpoliant aras. Luc li 3. Triſti ſpoliãtur tẽpla rapina. Ci. 3. Ver. Neſciebas ab eo Cn. Carbonem conſulem non modo relictum, ſed etiam ſpoliarum auxilijs. Idem pro Quin. qui amicũ, ſociũ, affinẽ, fama, & fortunis ſpoliare conatus eſt Virg. 5. Æn. Cedit, quoniam ſpoliata magiſtro eſt. Compoſita Deſpolio, & Diſpolio, ſuis locis.

SPOLIOR, d. 1. [*Spoliare,*] inquit Nonius, antiqui dicebant pro Spolio. vnde Deſpolior, & Exſpolior in actiua ſignificatione leguntur. Aſt. Quos impune depopulatur, & deſpoliatur dedecus. Quadrigarius: Agrum Campanum expoli abatur.

SPOLIVM, lij, n. 2. [*Bottino,* שלל ſchalal מלקח malkoach בז baz bizzah. G. Ein raub, beut. *G. Deſpouille, pillage, butin. H. Deſpoio de los enemigos, preſa, o robo.*] σκῦλον. quicquid hoſtibus detrahitur, vt ait Seruius. Vir. 8. Aen. Tergemini nece Geryonis, ſpoliiſque ſuperbus Alcides. Spolia opima, quæ dux duci detrahit, qualia fuerunt, quæ primus omnium Ioui Feretrio obtulit Romulus, Rege Ceninẽſiũ manibus ſuis in acie occiſo. Liu. lib. 1. ab Vrbe.

SPONDA, dæ, f. 1. [*Sponda,* מסגר dameſcheк. Ger. Ein Spanbett, oder ein ſeitẽbrett eines ſpanbetts, ort, ortbretter. G. *Vn cheuit, ou les coſtez d'vn cheuit. Hiſp. La cama ò lecho de madera ò marcor, los lados de la cama, o las orillas,*] latus lecti: nam ſpondæ ſunt tabulæ, quæ vtrinque lectum ſuſtinent. Mar. lib. 1. Nec nudi ſponda grabati. Virg. 1. Aen. Aurea compoſuit ſponda, mediamque locauit. Hor. Epod. 3. Extrema & in ſponda cubet.

SPONDEO, des, ſpopõdi, ſponſũ, n. 2. [*Promettere,* נדר jahadh הקים hekim נדר nadhar ערב harab. G. Gutwillig verheiſſen. G. *Promettre de franche volunté. Hiſp. Prometer.*] σπένδω. idem quod ſponte promitto. Cicer. 14. Phil. Pro ſua aut morte, aut victoria ſe ſatisfactum reip. ſpoſpõdit. Idẽ Lentulo li. 1. Dependẽdũ tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. Idem ad Trebonium lib. 15. Quod ego non modo de me tibi ſpondere poſſum, ſed de te etiam mihi. Virgi. 12. Aen. Quæ iam ſpondet fortuna ſalutem? Ouid. in Ibin; Te fera nec quicquam placidum ſpondentia Martis Sidera preſſerunt. Spondere puellam dicitur pater alicui, cum pollicetur futurum eſſe, vt eã vxorem ducat. Plau. Trin. Sponden' ergo tuam gnatã vxorẽ mihi? CH. ſpondeo. Eius compoſita ſunt Conſpondeo, vnde veteres Conſponſos dicebant, telle Feſto, fide mutua obligatos. Et Cõſpõſores, duo plures ve eandem rẽ promittẽtes. Cic. Lepta: De negotio tuo quod ſponſor es pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit. Deſpondeo, & Reſpondeo, de quibus alibi.

SPONDEVS, p. p. m. 2. σπονδεῖος. pes duabus ſyllabis longis conſtãs, qui in Heroico verſu omnem ſibi vẽdicat locũ, licet raro quinto loco reperiatur. Dictus, quod in ſacrificijs, & libamentis eo maxime vterentur. Nam σπονδή, libamentum, fœdusque ac ſponſionem, ſignificat. Cic. de Ora. Ne ſpondeus quidẽ funditus eſt repudiãdus.

SPONDYLVS, li, ſiue ſphondylus, m. 2. σπόνδυλος, ἀσφόνδυλος. nodus, ſeu vertebra ſpinæ dicitur. Sunt autem in ipſa ſpina ſpondyli quatuor & viginti, quorum ſeptem collum conſtituunt, duodecim thoracẽ, quinq; alij lumbos. Spondylus in mari animal apud Pli. li. 32. c. 11. Spondylus calculus æneus, quo ſuffragia ſua iudices Athenis dabant, vt eſt apud Iulũ Pollucem. Spondylus, verticulũ quod apponitur fuſis, vt nendo melius vertantur. Spondylus, callus, ſiue caro interior oſtreorum Pli. lib. 3. c. 6. Spondylo vtitur Martialis pro animalium officulis lib. 7. Roſos tenenti ſpondylos ſinu condu.

SPONGIA, f. 1. [*Spugna, ſpogna,* Ger. Ein ſchwam. *Gal. Eſponge. His. ſponias.*] σπόγγος. quiddam eſt in natura tertium ordinem habens, vt neque animal, neque frutex, ſed tertium quiddam, ac mediũ inter vtrũq; genus dici poſſit, quod Græci ζωόφυτον appellãt. Plurimis locis in ſaxis marinis naſcũtur ſpongiæ, diuerſiſque nominibus ab antiquis diſtinctæ, quoniam non vna eſt earum bonitas & vſus. Sẽ ſum ijs ineſſe appatet, quia vbi aurifores ſenſere, cõtractæ multo difficilius abſtrahuntur: auriſæ relinquunt in petris veluti cruoris veſtigiũ, atq; ex his, quaſi molliores peniculi recreſcũt. Spõgias antiqui in delicijs habuerunt, ſtrigilum vice, linteorumq; illis vtẽtes ad diſtringenda, & mundãda corpora. Quapropter purpuraringe bant eas, alias cura candidas faciebant, tinctas per ætatẽ ſalis ſpuma ad lunam, & pruinas ſternentes inuerſas, vt candorem biberẽt. Apud antiquos in vſu erant tergendarũ menſarum, adhibebanturque ad obſcæna emundanda. Mar. li. 14. Hæc tibi fortè datur tergẽdis ſpongia menſis Vtilis, expreſſo cum ſeuis imbre tumet. Cic. de Nat. Deo. In pulmonib. ineſt raritas quædã, & ſimilis ſpõgijs mollitudo. Sen. lib. 10. Epiſ. Vnus è Germanis lignum id, quod ad emundãda obſcæna, adhærente ſpongia, totũ in gulam farſit. Accipitur & Spongia, pro aſparagi ſatiui radice apud Pli. & Col. li. 11. c. 3.

SPONGIOLA, æ, f. 1. σπογγίδιον. dimin. a ſpõgia, quo nomine etiam ſignificatur quiddam ſquamatim compactum è cynorrhodi ramis, paruæ ſpongiæ modo dependens. Plin. lib. 25. cap. 2. Spongiolæ radiculę aſparagorum inter ſe implicitæ. Col. lib. 11. cap. 13.

SPONGIOSVS, adiect. o. 1. 2. [*Spongioſo.* G. Schwammig, luck vnd löche rechtig wie ein ſchwam,] σπογγώδης. quod ſimilitudinem ſpõgiæ habet. Pli. lib. 11. c. 37. Pulmo ſpongioſus.

SPONGIARE, n. 1. ἀποσπογγίζειν. ſpongia extergere. Apicius.

SPONGIATORES, m. 3. σπογγιάτορες. qui ſpongias captant. Purpurario-

re,

tes,qui purputas piſcantur. Cæl. Rhod. lib.8.cap.11.

SPONSALIA,orum,n.2.[*Sponſalitio,mariaggio.*G.Verſprechung zur ehe,verheuratūg,ehebetredungē.*Gal. Fianzailles,d'accord,& appointement de mariage a venir. Hi.promeſſa por caſamiento,*] μνηστεία. promiſſio,ſiue ſtipulatio futurarum nuptiarum. Sponſalia hoc modo fiebant, qui vxorem deducturus erat, ab eo vnde deducenda erat, ſtipulabatur eam ſibi in matrimonium traditum iri: qui datus erat itidem ſtipulabatur eam ductum iri. Is contractus ſtipulationum ſponſionumque dicebatur ſponſalia. Vide Gell. lib.4.c. 4. Vlp.lib.2.de ſponſalibus. Sponſalia dicta ſunt a ſpondendo. Nā moris fuit veteribus ſtipulari,& ſpondere ſibi futuras vxores. Iuu. Sat.6. Sponſalia noſtra Tempeſtate paras.

SPONSIO,nis,f.3.[*Promiſſione,promeſſa.*עֲרֻבָּה harubbah הִתְעָרְבָה haarubah.G. Ein freywillige verheiſſung,zuſagung. *Ga. Promeſſe. Hiſ. Promeſſa fianza,o apueſta.*] ἐγγύη. verbale a Spondeo, idem quod promiſſio. Paulus de verb.ſignif. Sponſio appellatur non ſolum quæ per ſponſi interrogationem fit,ſed omnis ſtipulatio,promiſſioq;. Erat etiam Sponſio,genus actionis apud antiquos, quod fiebat interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is, qui ſponſione vinceretur,& coram recuperatoribus,aut alio iudice diſceptabatur. Erat autem decima pars controuerſæ rei in cauſis priuatis, in publicis autem quinta apud Græcos, auctore Pollvce,pœna ſcilicet temere litigantium. Ci.li 3.Off. Cum ſponſionem feciſſet,niſi vir bonus eſſet. Fiebat ſponſio plerumque in interdictis,id quod oſtendit Quin.l.7. Efficiendum eſt,vt de re quacunq; bene ſentiat iudex: ſic enim iuri noſtro libentius indulgebit,vt in ſponſionibus,quæ ex interdictis fiunt, etiam ſi non tantū poſſeditis nos,ſed etiam rem noſtram poſſediſſe dicere oportebit. Ci.in Or.pro Cæc. Reſtituiſſe ſe dicit: ſponſio facta eſt,hac de ſpōſione vobis iudicandū eſt. Sponſio voti Ci.2.de leg. Diligentia votorum ſatis in lege dicta eſt,ac voti ſponſio,qua obligamur Deo.

SPONSO,as,a.1.*Promettere,ſpoſare.* יָעַד jahadh אָרַשׂ aras. G. Vermaehlen.] μνηστεύω. frequentatiuum a ſpondeo, quod ſignificat vxorē ſibi ſtipulari. Pau. de ritu nup. lib. 1. Quamuis ſponſare non prohibeatur.

SPONSOR,ris,m.3.[*Segurtà,*עֵרֶב horeb. G. Ein burg,der für ein anderen verſpricht. *Gal. Qui promet,promettant. Hi. Prometedor,fiador*] ἐγγυητής,qui pro altero ſpondet. Cice.ad Att.lib.1. Tulliola tuum munuſculum flagitat,& me, vt ſponſorem,appellat. Sponſor item dicitur is,qui puellam viro promittit. Ouid.Epiſt.2. Qui mihi coniugij ſponſor,& obſes erat.

†SPONSVM,ſi.idem quod ſponſio. Cic. pro Quin. Te iudicem ſumpſit,ſponſo egit.]

SPONSVS,ſi,m.2.[*Spoſo,*חָתָן chatan. G. Ein breutigam. *Gal. Accorder & fianzè. Hiſ. eſpoſo* μνήστωρ. cui ſpondetur puella, ſiue qui ſpopōdit eam ſe ducturū. Sponſa,æ,[*Spoſa,*] puella,quæ ſpondetur. Plau. Caſi. Huc veniſti ſponſam præreptum meam? Iuuen. Sat.1. Quem ſponſæ turpes, & prætextatus adulter.

SPONSVS,ſus,m.4.[*Promeſſa.*עֲרֻבָּה harubbah הַתְעָרְבָה taharubah. G. Ein verheiſſung,zuſagung. *Gal. Promeſſe. Hi. Obra de promotter, promeſſa.* ἐγγύη. ſponſio. Seru. Sulp. Si poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur,qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat.

SPONSVS,a,um,μνηστευθεὶς ἐγγυητὸς. part. promiſſus. Ter. in Eun. Scis ſponſam mihi? ſubaudi,eſſe. Idem Phor. Quæ ſponſa eſt mihi.

SPONTALIS,& hoc le.[*Volantario,ſpontaneo.* Ge. Freiwillig,das auß eignem willen iſt.] αὐτομάτος, ἀβιαίατος. idē ſignificat,quod ſpōtaneus, vltroneus. Apul. lib.4. Cum nulli noſtrum ſpontale parricidium ſuadens perſuadere poſſet.

SPONTE,vltro,ſua natura,ſuapte,vi ſua,per ſe. [*De ſua poſta,di volontà.* G. Freiwillig,von ihm ſelbs. G. *De bon gre,ſans contrainte,volontairement. Hi. Voluntarioſamente*] αὐτομάτως. nomen ablatiui caſus,idem valens quod vltro,hoc eſt,propria voluntate. Ci.ad Att. Gaudeo id te mihi ſuadere,quod ego mea ſponte pridie feceram. Vir.4.Ecl. Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos. Hinc Spontaneus,a,um[*Volantario naturale*]quod eſt voluntariū,aut naturale. Sunt qui putent ſponte aduerb. eſſe, quod certè verum eſſe non poteſt,tum quod admittat ſecum adiectiuum, quemadmodū alia nomina ſubitantiua: vt mea,tua,vel ſua ſponte: tum quod non raro legatur eius generis Spontis. Cel.li.1,ca.1. Sauus, qui & bene valet,& ſuæ ſpontis eſt,nullis obligare ſe legibus debet. Varr.li.2. de re ruſt. Spontis ſuæ ſtatuerat finem.

SPORTA,tę,f.1.[*Sporta,*סַל ſal מַלְמָלָה ſalſillah. Ge. Ein geflochtner korb. *Gal. Vn panier ou vne corbeille. Hiſ. La eſpuerta.* σπυρὶς. aut a ſparto herba,quę frequens apud Hiſpanos naſcitur; aut ab aſportando,vaſis genus, ex vimine,iuncis, aut ſparto, aut ſimili leuiore materia. Saluſt.lib.2.Hiſt. E muris canes ſportis dimittebant. Col. lib.8.c.7. Sportis incluſæ rendeant aues.

SPORTVLA,lę,f.1.[*Sportella.* Ge. Ein geflochten koerblin.] σπυρίδιον. dimin.a Sporta. Plaut.in Curc. Qui incedunt ſuffarcinati cū libris, cum ſportulis. Idem in Men. Sportulam cape. Et quoniam in ſportulis pecunia, quandoque etiam cibus in quotidianum vsū deferri ſolebat,factum eſt,vt ſportula pro ijs cibis,& pro ea pecunia acciperetur, quæ a magnatibus ijs quotidie dabatur, qui ipſos officij

gratia eſſent concomitati,aut domi ſalutauiſſent. Iuu. Sat.1. Nunc ſportula primo Limine prima ſedet turbæ rapienda togatæ. Idem Sat.3. Non ne vides,quanto celebretur ſportula fumo? A ſportula fit aliud diminutiuum Sportella, genus quoddam bellatiorum ſignificans. Cic.ad Pap. Pætum: Vediſcendæ tibi ſunt ſporteilæ,& Artolagani tui.

SPRETOR,ris,m.3[*Spregiatore*]Ou.7.Met. Vtque deorū Spretor erat.

SPVMA,mæ,f.2.[*Spuma,ſchiuma.* G. Schaum. *G. Eſcume. Hi. Eſpuma*] ἀφρός. tara quędam fex, quę per ebullitionem aut vehementē agitationem rebus liquidis ſupernatat. Cic.1.de Nat.Deo. Venus ſpuma procreata,&c. Vir.1.Aen. Spumas ſalis ere ruebāt. Oui.3.Met. Spumaque peſtifero circumfluit albida rictu. Vir.3. Aen. Ter ſpumam eliſam,& rorantia vidimus attra.

SPVMATVS,adie.o.1.2.[*Schiumato,ſpumato.* G. Mit ſchaum beſprēgt. *Gal. Couuert ou plein d'eſcume. Hi. Eſpumado,*] ἀφρώδης. ſpuma aſperſus. Cic.2. de Diu. Saxaque cana ſalis niueo ſpumata liquore.

SPVMATVS,tus,tui, ſubſtantiuum. Stat.1.Syloar.

SPVMESCO,is,ere,n.3.ſpumoſus fio. Qui. Epiſt.2. At ſi noſtra tuo ſpumeſcant æquora remo.

SPVMEVS,a,um,[*Spumoſo,* Ge. Schaumig.] ἀφρώδης. ſpuma abundans. Virg.10.Aen.

SPVMIFER,a,o.1.2.[*Spumoſo.* G. Das viel ſchaum treget. *Gal. Qui porte eſcume. eſcumant. Hi. Coſa que trae,o anabe eſpumas.*] ſpumoſus, vt Fluctus ſpumiferi. Stat. lib.1. Achil.

SPVMIGER,a,um,o.1.2.[*Spumoſo,*] idem quod ſpumifer, vt Fons ſpumiger. Ouid.lib.11.Metam. Lucr.li.5 Spumigeri ſuis aduentu validique leonis.

SPVMO,as,n.1.[*Mandar fuori la ſpuma,far la ſpuma.* Ger. Scheumen. *Gal. Eſcumer,rendre eſcume. Hi. Hazer eſpuma,hecar de ſi eſpuma.*] ἀφρίζω. ſpumā emitto. Pli.lib.12.c.7. Poſtquam deſierit ſpumare, repidū infundere. Vir.2.Geo. Spumat plenis vindemia labris. Spumans,tis,par. Vir 4.Aen. Stat ſonipes,ac fræna ferox ſpumātia mādit. Col.li.10. Sordidus & muſto ſpumantes exprimit vuas.

SPVMOSVS,a,um,o.1.2.[*Spumoſo*] ἀφρώδης. quod ſpumam facit. Pli.l.2. cap.7. Virg.6.Aen. Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat vnda.

SPVO,ſpuis,ſpui,ſputum, a.3.[*Sputare.*יָרַק jarak רָק rak. Ge. Speuwen oder ſpruetzen. *Gal. Cracher. Hi. Eſcupir.*] πτύω. ſalitam ejicio. Virgil.lib.4. Georg. Et terram ſicco ſpuit ore viator Aridus Conſpuo, Deſpuo, Exſpuo, Inſpuo, & Reſpuo, ſuis locis.

SPVRCIFICVS,o.1.2.qui ſpurca,& fœdera facit. Plaut.in Trin.

SPVRCIDICVS,o.1.2.ὁ τὰ χοιρολέγος. qui ſpurca loquitur. Plaut.in Cap.

SPVRCITIA,f.1.& Spurcities,[*Sporcitia,ſporchezza.*טֻמְאָה tumeah. צוֹאָה tſoah (vel) tſeah. G. Vnflat,vnſauberkeit,wueſt. G. *Ordure,ſaletè. Hi. Suciedad,*] ἀκαθαρσία. immunditia. Lu.li.6. Cœni teterrima cū ſit Spurcities, eadem porcis hæc munda videtur. Col.lib.12.ca. 22. Eluit ſpurcitiam.

SPVRCO,as,a.1.[*Sporcare,lordare,imbrattare,*טָאַח tāme. G. Vnſauber machen,verwueſten,geſchenden. *Gal. Souiller, villainer. Hi. Enſuciar,*] ῥυπαίνω. fœdo, vitio. Cel. Iurec. Cum eo agi poſſe Aquilia,qui vinū ſpurcauit,vel effudit. Plau.in Men. Spurcauit nā ū odore illutibili. Antiqui Spurcum vinum dicebant cum aqua miſtum,tanquam non amplius purum foret,aut igne calefactum,aut muſtū antequam deferueſcat. Cat. Ep.103.ad Siconiū; Siconi arbitrio populi tua cana ſenectus Spurcata impuris moribus intereat. Hinc Cōſpurco,de quo ſuo loco. Spurcè. *διὰ χοιρῶν.* ſpurciùs, ſſimè, adu. Cic.1. de Inu. Si quid eorū ſpurcè, ſuperbè,malitioſè facti in proferetur.

SPVRCVS,a,um,o.1.2.[*Lordo,ſporco,mal netto.*טָמֵא tame. G. Vnrein, vnflætig,wueſt. *Gal. Ord,& ſale,deshoneſte,vilain. Hi. Coſa ſucia,*] μιαρὸς, ῥυπαρὸς. quod eſt impurum, obſcēnū, lutulentū. A ſpuendo dictū,quod tale ſit, vt deſpuētes auertſemur. Pla. Tot noctes redat ſpurcas,quot puras habuit. Cic.2. Tuſc. ex poeta quodam, Sannis ſpurcus homo. Idem pro Domo; Spurciſſimus homo,præguſtator libidinum. Aliquando pro fętido. [*Putolente*] Apul. Tā multę res ſpurcæ,& graues nares infeſtant. Aliquando pro vehementi aſpero. *Nives.* Cic. lactati tempeſtate ſpurciſſima. Col.in Præfat.li. 1. Quid ſiccus,& ſpurcus ager. Aliquādo pro ſæuo & ſanguinario. [*Crudele.*] Var. Spurcus,& carnifex. Hinc Spurcè. [*Sporcamente,*] Cic. Att.l.7. Spurcè,ſed tamen prudētiùs,quàm Lucius noſter. Idē lib.11. Perſcribit ſpurciſſimè,quas ob cauſas fecerit.

SPVRINA,m.1.dux regis Parthorum,qui Craſſum interemit. Itē Mathematicus,ac vates,qui Cæſari prędixit, vt Martias caueret Idus: Tranquillus in Cæſare,& Valerius.

SPVRIVS,rij.m.2.[*Baſtardo,mulo,*מָאזֵר manzer טָמֵר tame. G. Ein baſtart,oder bācxart,vnehlich. G. *Baſtard,nè d'une paillarde publique. Hi. Quelquiera,coſa baſtarda,*] νόθος. incerto patre natus. ἀπὸ τοῦ σπόρου, hoc eſt,a ſemine,quod nihil habeat a patre,niſi ſemē: vnde ſpurios verſus dicimus,quaſi adulterinos,ſuppoſititios. Auſo. Quique notas ſpurijs verſibus appoſuit. Ser. Spurius dicitur,qui ex muliere nō nota ortus eſt. Mode. Iurec. Spurios eos dici affirmat quos & Vulgo conceptos appellamus, eos ſcilicet,qui incerto patre nati ſunt,vel qui eum habeant patrem,quem habere non liceat. Plut.in Probi. de hoc verbo loquens ita inquit; Spurius propriū nomē eſt

apud

apud Rom. vt Sextus, Decius, & Caius, prima autem nomina non tota scribunt, sed aut vna littera, vt T. Titũ; aut duab. vt Cn. Cneũ aut tribus, vt Sex. Sextum: sic Spurius, Sp. scribebatur. Eos autem qui sine patre erant, qui ἀπάτορες Græcè dicuntur, S. & P. designabant, quasi sine patre, hoc errore factum, vt spurij, qui sine patre sint, dicerentur.

SPVTATILICVS, o. 1. a. adiect. est infitatũ, a verbo Spuo. Cic. de Clar. Or. Quo accusante Chritilliũ, Sisenna defendens dixit, quædã eius sputatilica esse crimina. Tũc C. Roscius, Circumuenior, inquit, iudices, nisi subuenitis, Sisenna quid dicas nescio: metuo insidias: sputatilica, quid est hoc? sputa quid sit, scio; tilica, nescio.

SPVTATOR, oris, m. 3. qui frequenter spuit. Plaut. in Mil.

SPVTO, as, n. 1. [*Sputare*. G. Offt ispewen] ἀναπτύω. a spuo frequentatiuum. Plaut. Iti qui spũtatur interdum morbus venit, id est, morbus comitialis, quem nominantes solemus despuere.

SPVTVM, ti, n. 2. [*Sputo* פלק G. Speichel, spewen, geifer. *Gal. Crachat. Hi. Escopina.*] πτύελον. saliua, a spuendo dicta. Dicitur & Sputus: Lact. lib. 4. Inpurato ore expuebant venenatos sputus.

S A N T E Q

SQVALIDAM vestem, pro squalida veste dixere veteres, vt annotauit Nonius, citans locum Ennij ex Telamone, Elauere lachrymis vestem squalidam & sordidam.

SQVALEO, les, lui, n. 2. [*Esser sporco*, מגוה tame. G. wuest sein, vnsauber sein. G. *Estre plein de crasse & ordure. Hi. Estar sucio.*] αὐχμέω. a squamarum crebritate & asperitate dictum est, teste Macr. lib. 6. Saturna. Olim enim hoc verbum de omnibus ijs dicebatur, quæ dura essent, densa & rigida, & squamarum similitudinem imitãtia. Hinc Vir. lib. 10. Æn. Tunicam auro squalentem dixit, hoc est, rigentem, & in squamarum modum contextam. Virgil. libr. 12. Æneid. Auro squalentem alboque orichalco. Circundat loricã humeris. Postea tamen assiduo vsu effectum est, vt hoc verbum de ijs tãtum dicatur, quæ inculta sunt, de sarmia, & multarum sordium cõgerie cõtaminata: Vir. 2. Æn. Squalentem barbam, & cõcretos sanguine crines. Quid. 10. Met. Neque ego squalere arma situ, & rubigine velim. Cic. pro Sest. Erat in luctu Senatus, squalebat ciuitas. Vir. 1. Geor. Squalent abductis arua colonis.

SQVALIDE. [*Lardamente*. Germ. Vnrahtlich, vnfletigklich. *Gal. Salement, mal proprement. Hi. Suciamente.*] horridè, inculte. Ci. 4. de Fin. Sed vos squalidius illorum videtis quam niteat oratio.

SQVALIDVS, da, dum, o. 1. 2. [*Sporco, lordo.* מגוה tame. G. Vnflaetig, vnsauber, kottig, mued vnd oed. *Gal. Crasseux, ord, & sale. Hi. Sucio.*] αὐχμηρός. sordidus, incultus. Ter. in Eun. Video sentum, squalidũ, egrum. Liu. li. 1. Bell. Pun. Otium enim ex labore, cultus ex illuuie tabeque squalida. Ouid. 1. Fast. Squalidaque humanis ossibus albet humus. Cic. in Ora. Quia sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erat quidam orationis nitor.

SQVALOR, oris, m. 3. [*Sporchezza, lordura*, טמאה tumeah, צואה tsoah. *vel* tseah. G. Vnraht, wust, der sich an ein ding allegemach henckt, wan man es nicht sauber vnd in ehren haltet. *Ga. Crasse, & ames d'ordure. Hi. Suciedad.*] αὐχμός. inquinatio, sordes. Gell. In corporibus incultis, & squamosis alta cõgerie sordiũ squalor appellabatur. Liu. lib. 2. ab vrbe: Obsita erat squalore vestis. Ci. ad Ter. Mihi ante oculos diẽs, noctesque versatur squalor vester, & mœror. Vir. 6. Aen. Terribili squalore Charon.

SQVALVS, li, m. 2. piscis marinus, ex genere cartilaginosorum, qui parit circa æquinoctium vernum. Pl. li. 9. c. 51. Varr. 3. de re rust. ca. 3.

SQVAMA, æ, atũ, f. 1. [*Scaglie, squame*. קשקשת kas keset. G. Ein schuep. *Gal. Escailles. Hi. Escamas.*] λεπίδες. quibus corium piscis, aut serpentis tegitur. Pl. li. 9. c. 10. Alia corio, & pilis teguntur, vt vitulina, alia squamis, vt pisces. Virg. 11. Aen. Arrectisque horret squamis, & sibilat ore. Hinc Desquamo, mas, suo loco. Ab harũ similitudine, loricarum quoq; catenulæ squamæ dicuntur. [*Maglie.*] Virg. 11. Aen. Quem pellis ahenis. In plumam squamis auro conserta tegebat. Est & Squama æris, de qua Plin. li. 34. c. 11. Cicer. de Nat. Deo. Pluma alias, alias squama videmus obductas.

SQVAMATIM, aduer. ad similitudinem squamarum. Pl. lib. 16. ca. 10. Nucamenta squamatim compacta dependent.

SQVAMEVS, a, um, o. 1. 2. [*Scaglioso. Ge. Schueppechtig, voll schupen.*] λεπιδωτός. plenum squamis. Vir. 2. Geor. Squameus in spiram tractu se colligit anguis.

SQVAMIFERI pisces, m. 2. Cic. in Arat.

SQVAMIGER, a, um, o. 1. 2. quod habet squamas. Luc. lib. 1. E terra posset oriri Squamigerum genus. i. pisces. Pl. lib. 11. cap. 37.

SQVAMOSVS, o. 1. 2. idem, [*Scaglioso. Gal. Plein d'escailles. Hisp. Lleno de esquamas.*] Pli. li. 9. c. 16. Vagantur gregatim cuiusque generis squamosi. Virg. 4. Georg. Squamosusq; draco.

SQVAROSVS, o. 1. 2. λεπιδώδης. a squamatum similitudine dicitur, cuius cutis exturget ob assiduam illuuiem. Luc. Apud Festum; Varonũ ac rupicum squarosa incondita rostra.

SQVATINA, f. 1. *Pisces*, quo propter squalorem hoc est, asperitatẽ cutis, ligna & ebora poliuntur. Plin. lib. 9. cap. 2.

SQVILLA, æ, f. 1. Varroni, reliquis Scilla. σκίλλα. Dios. bulbus nobilissimus, cepæ modo multiplicitet tunicatus, qui etiã hodie in offici-

nis nomen retinet. Est præterea squilla paruus piscis, qui cum pinna pisce comparandi cibi init societatem. Cic. 2. de Nat. Deo. Alio nomine Pinnotherem, siue Pinnophylacem appellant. Pl. l. 9. c. 40. Iuu. Sat. 5. Quæ fertur domino squilla.

S A N T E T

ST, vox silentiũ indicentis. Ter. in Phor. St. S. quis has metuis fores?

STABIÆ, arum, f. 1. Campaniæ oppidum, bello sociali a Sylla deletũ. Plin. lib. 3. cap. 5. Hinc est Stabianus, a, um, vt Ager Stabianus. Pli. lib. 32. cap. 1.

STABILIO, is, a. 4. [*Stabilire, fermare*, קים hexim, חזק chizzek. G. Bestaetigen, bestendig machen, G. *Affermir, asseurer, establir. Hi. Firmar, establecer.*] βεβαιόω. stabile facio, firmo. Pla. in Amph. Creon in regnum stabiliuit suum. Ci. 4. de Fin. Cum alter stabilire remp. studuerit, alter euertere. Hinc Constabilio, omnibus modis stabile, & securum reddo. Plau. in Cap. Ego rem meam constabiliui.

STABILIS, le, o. 3. constans, immutabilis) (lubricus, incertus. [*Stabile, immutabile*, נאמן neeman. G. staet, steiff, bestendig. G. *Ferme, stable, asseuré, immuable. Hisp. Cosa firma que no se mude.*] βέβαιος. firmus & fixus, vt apud Ter. in Adel. Errat longè, qui imperium credat grauius esse, aut stabilius, Vi quod sit, quam illud quod amicitia adiungitur. Cic. 1. de Ora. Nihil est tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quam in quo aliquid offenderis. Qui. 5. Trist. Eleg. 14. Ram quidem virtus, quam non fortuna gubernet, Quæ manent stabili, cum fugit illa pede. Stabile est, id est, certum, & statutum. [*Certo, fermo.*] Pla. Bacc. Ptolecho stabile est, me fratri aurum reddere: Mala stabilia, hoc est, poma non decidua, & quæ diutius in arbore stant, vel diu maturitatem retinent. Cato cap. 7.

STABILIMEN, minis, & stabilimẽtũ, n. 3. & 2. [*Stabilimento.*] ἱδρυμα βεβαιωτικόν. idem quod firmamẽtũ, siue corroboratio. Pla. in Curc. Hæc sunt ventri stabilimenta, panis, & assa bubula. Cice. 2 de Nat. Deo. Regni stabilimen eius.

STABILITAS, atis, f. 3. [*Stabilità, fermezza*, קיום kiumanah. G. Bestendigkeit. *Gal. Fermeté. Hisp. Firmeza para estar.*] βεβαίωσις. firmitas, Cæs. 4. Bel. Gal. Stabilitatem peditum in prælijs præstat. Cicer. 1. de Fin. Videtur quibusdam stabilitas amicitiæ vacillare. Pli. li. 35. c. 3. Dentium stabilitati efficacissimè subuenit.

STABVLARIAE mulieres, f. 1. καπηλίδες. inquit Aug. l. 8. de Ciu. dicuntur, quæ exercent stabulum, & viatores mercede pascunt.

STABVLARIVS, rij, m. 2. [*Stallaro, alloggiator da caualli.* Ger. Ein wirt. *Gal. Hostelier, qui loge, nalle, d'estable. Hi. Establerizo, mesonero o ventero.*] πανδοχεύς. caupo viatores pretio recipiẽs. Vlp. Cauponer, & stabularios eos æquè accipiemus, qui cauponam, & stabulum exercent. Stabularius itẽ dicitur, qui stabuli, hoc est, loci, vbi animalia stant, curam gerit. [*Famigli da stalla.*] Col. li. 7. Si velut ex militari disciplina intra stabularij castra manserint. Var. 2. de re rust. c. 10. In quibus stabularij solent equas abigere.

STABVLATIO, f. 3. ἐπισθμενεσις. mansio in stabulo. Col. li. 7. Stabulatio boum præparanda est.

STABVLO, las, a. 1. [*Alloggiare alla stalla.* G. Im stall thun, im stall haltẽ. *Gal. Establer, mettre a l'estable. Hisp. Tener, meson ó establo, retirar al ganado en el establo.*] σταζω. in stabulum recipio. Var. lib. 2. de re rust. Danda opera, vt alienum pecus in suo fundo pascat, & stabulet. Stat. lib. 1. Theb. Creticoq; pecus stabulare sub Hemo.

STABVLOR, stabularis d. 1. verbum deponens. αὐλίζομαι. in stabulo ago, stationem aliquo in loco habeo. Col. li. 7. Curæ fuerit, vt stabulentur sicco in loco. Ouid. 15. Met. Multæ stabulantur in arctis.

STABVLVM, li, n. 2. [*Stalla*, אורה auerat אורות vrauah. G. Ei heiberg, vndet schleiff, item ein stall. *Gal. Estable. Hi. Establo.*] ἴστανται. a stando, locus dicitur, in quem longo itinere fessi succedere solẽt, quod & Diuersorium & Hospitium dici solet. Vnde & prostibula meretrices dictę, quod quæstus copiosioris gratia concurrentibus illuc aduenis, mansiones ante stabula habuere. Pla. in Aul. Neutrobi habeam stabulum stabile. Stabula quoque dicuntur loca generaliter omnia, in quibus armenta gregesque consistunt, veluti quedã stationes animalium. Nã vbi equi tenentur, specialiter Equile; vbi oues, Ouile; vbi sues, Haram dixere; Boutle quoque a bobus; Caprile a capris nomen traxerunt. Vir. 8. Aen. Quattuor a stabulis præstãti corpore tauros Auertit. Potest etiã præcipe in diuersorijs stabulum dici. Apul. Ad vectorem meum in stabulum concedo. Stabulũ etiam sumitur pro quacumque statione, seu habitatione, & loco, vbi quis stare consuenit. [*Stanza.*] Virg. 7. Aen. Ardua tecta petit stabuli. Stabulum confidentiæ, flagitij, nequitię. Pla. in Most. Nusquam stabulum est confidentię. Cicer. pro Sest. Stabula pastorum præclara.

STACTE, stactes, f. 1. teste Dioscoride, vocatur pinguitudo recentis myrrhæ, cum exigua aqua tusę, & origano expressa distillãdo dicta, quod Græci στάζειν dicunt, quia è stillatitia dumtaxat myrrha fiat. Lucr. lib. 2. Stractæque liquorem.

STACTEVS, a, um, o. 1. 2. adiec. a stacte deductum; vt, Myrrha stactea, id est, stillatitia, è qua stacte exprimitur, quam Theophrastus fluctitię opponit. Pli. lib. 12. cap. 16.

STADIODROMI, m. 2. dicti sunt, qui in stadio cursu ce[illegible] Fi[illegible] micus, Si Mars respexerit Leporem cælestem in [illegible]

Stadiodromos. Stadiodromus etiam locus, in quo ludi, & cursus exercentur. Pl. lib. 34. cap. 8. Leontius fecit stadiodromum astylon, qui Olympię ostenditur.

STADIVM, dij, n. 2. [*Stadio.* G. Ein Rẽnplatz, das ist, ein ort an dẽ mã sich mit renné vnd lauffen vebt. G. *Vne stade, mesure de cent vingt, & cinq pas, lieu pour s'exercer a la course.* Hi. *Carrera da caualios, o lugar donde corran espacio de 125. passos, o de 625. pies.*] στάδιον. Latinè curriculum, siue locus, in quo equi hominesve currunt, & certant athletæ. Dictum Stadium ἀπὸ τῆς στάσεως, hoc est, a statione, quod Hercules eo spatio vno spiritu confecto constituisset. Nam clarissimũ fuit curriculũ stadij Olympici, quod Hercules suis pedib. mẽsus fertur, continetq; octauam M. passuum partem, quod centum viginti quinque (inquit Pli. li. 1. c. 23.) nostros efficit passus, hoc est, pedes sexcentos viginti quinque, quæ mẽsura octies sumpta efficit mille passus. Dicimus autem, Curro stadiũ, in stadio, & per stadiũ. Cic. 2. Off. Qui stadium currit, eniti & contẽdere debet, vt vincat. P. M. Stadialis ager habebat passus CXXV. i. pedes DCXXV. Cuius mensura octies comparata milliarium facit, quod constat quinq; millibus pedum. Ex I bello variorum auctorum de limitibus.

STAGIRA, ę, σταγιρα. oppidum in finibus Macedoniæ, ad sinũ Strymonicum, Aristotelis Peripatetici patria.

STAGNO, as, a. 1. [*Stagnare l'acqua, serrata intorno.* Ge. Auff schwellen, zu einem see machen. *Gal. Faire estang, deuenir eau de lac ou d'estang, & ne retourner en la mer comme les eaux qui se desbordent.* Hi. *Hazer se estanque el rio, o la mar.*] λιμνάζω. Stagnum facio, propriè que de mari aut flumine dicitur, cum litora, aut ripas prætergressum, aliquo in loco stagnum efficit. Vir. lib. 4. Geo. Effusio stagnãtem flumine Nilum. Aliquando actiuè accipitur pro inundare. [*Inundare.*] Tac. lib. 1. Tiberis plana vrbis stagnauerat. i. plana loca inundauerat. Stagnare item agri dicuntur, qui non absorbent, sed continent aquam. Stagnantior comparatum. Claudianus de Nilo; Defluit Argeo stagnantior. Restagno, exundo, vt apud eundem lib. 9. Vbi nullę restagnent aquæ.

STAGNATVS, adiect. o. 1. 2. aqua stagnante humidus. Colu. lib. 10. Nec quæ stagnata palude Perpetitur querulę semper conuicia ranæ.

STAGNVM, gni, n. 2. [*Aqua morta, stagna,* ברכה berechah יאם iam. Ge. Ein stillstehend wasser, ein see, oder weyer. *Gal. Estang.* Hi. *Estanque, agua represada.*] λίμνη. à stando, dicitur aqua stans. Vir. 4. Geo. Et stagna virentia musco. Virg. 1. Aenei. Stagnum pro parte maris profundissima posuit, quod ea minimè moueatur, semperque stet, id est, quiescit; Imis stagna refusa vadis.

STAMEN, inis, n. 3. [*Stame, garn oder lana da filare.* G. Ein Kuncketen, es sey woll, flachs, hanff. &c. *Gal. Estain de laine.* Hisp. *Ordiembre de la tela.*] στήμων. dicitur lana, linum, cannabis, vel aliud simile in colu positum, vnde fila dicuntur; a stando, eo quod non moueatur. Pli. l. 8. c. 48. Inde factum, vt nubentes virgines comitaretur colus cõpta, & fusus cum stamine Ouid. 1. de Art. am. Reijce succinctos operoso stamine fusos. Stamina (inquit Sipontinus) et dicuntur fila recta in opere textorio, & stabilia per pectinem transmissa, quibus alia, quæ subtegmina vocant, interexuntur. Dicuntur præterea stamina in ligno, vel herbis quædam quasi filamenta. Pli. l. 21. c. 5.

STAMINEVS, ea, eũ, o. 1. 2. a stamine deductum, vt Vena staminea. Pli. lib. 16. c. 43. Prop. lib. 3. Elegg. Staminea rhombi ducitur ille rota.

STANNVM, ni, n. 2. [*Stagno,* אר anach. Ge. Zinn. *Gal. Estain.* Hi. *Estanno.*] κασσίτερος. metalli genus, quod in fodinis inuenitur cum argẽto, & in fornace primum liquescit. Pli. multis locis plumbum albũ vocat, ad differentiam plumbi nigri, quod velut argenti stãnique quoddam purgamentum in fornace remanet. Verba eius sunt hæc ex lib. 34. c. 16 Plumbi nigri origo duplex est, Aut enim sua prouenit vena, nec quicquam aliud ex se parit, aut cum argẽto nascitur, mistisq. venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacib. liquor, stannum appellatur, qui secundus, argentum. Ibidem c. 17. Stannũ illitum cneis vasis saporem gratiorem facit, & compescit æruginis virus. Stanneus, a, um, factum. ex stanno. Pl. lib. 19. cap. 2.

STAPHYS, huius staphydis. f. 3. σταφίς. quę etiam Staphylagria, Latinis Pituitaria, & pedicularia dicitur, vitis est, cauliculis nigris, rectis, foliis labruscę, folliculos verius, quàm acinos ferens, viridis, similes ciceri. Plin. lib. 23. c. 1.

STAPHYLINVS, m. a. σταφυλῖνος. quam Pastinacã vocant Latini, duorũ generum est, hortensis, quem σταφυλῖνον κηπευτὸν nominat Dioscorides: & agrestis, quẽ idem σταφυλῖνον ἄγριον appellat; Romani etiam Pastinacam erraticam.

STARE, n. 1. [*Stare,* אמר hamadh. G. Stehẽ. G. *Estre debout, demeurer, en un'estat, s'arrester.* Hisp. *Estar en piè o en hueso.*] ἱστάναι. steti, statum propriè significat erectum esse, & sua mole consistere, cui opponitur sedere. Pl. capt. Hi stant hic ambo, non sedent. Ter. i Eun. Dum ante ostium sto. Et non tantum de animatis, sed de inanimatis quoq; dicitur: vt Nauis stat, flumen stat, Currus stat. Sol item stare dicitur, cum ad alterum Tropicorum perueniens, vlterius progredi non potest, sed cursum incipit reflectere. Vnde duo dicimus esse Solstitia, alterum æstiuum, alterum hibernum. Itẽ permanere, durare. [*Durare, essere.*] Cicẽ. 1. Off. Facere promissa, stare conuentis. Virg. 4. Aen. Et bene apud memores veteris stat gratia

facti. Item horrere, vt annotauit Nonius, citans locum ex Titinnio; Atque illud ante partum comedet, fundi stabunt setibus. Itẽ alterum ex Cæcilio; familiæ fame pereant, ager stet sentibus. Item plenum esse. [*Esser pieno.*] Virg. 12. Aen. Iam puluere cælum Stare vident. Item prominere, vt annotauit idem Nonius, citans illud Lucilij, ex lib. 29. Hic corpus solidum inuenies, hoc stare papillas Pectore marmoreo. Item præstitutum esse, & immobile. [*Esser determinato*] Vir. 10. Aen Stat sua cuiq; dies. Ouid. Met. Sic stat sententia. Item in animo esse, & constitutum habere. Virg. 12. Aen. Stat cõferre manum Aeneæ. Item positum esse. [*Esser posto.*] Vir. 1. Aen. Omnis in Ascanio chari stat cura parentis. Item quiescere. [*Riposarsi*] Apuleius; Dum fortè starent in taberna ludentes. Item in primo statu manere. Vir. 12. Aen. Troiaq; nunc stares. Item constare, & magno pretio emptum esse. [*Comparare*] Liu. lib. 23. Multo sanguine, ac vulneribus ea Pœnis victoria steterit. Gell. Magno ei stetit ea nocte absentem fuisse. Stare firmum, est nõ moueri, sed cõstantem esse. Liu. Resistes aduersus famam; rumoresq; hominum, si satis, firmus steteris. Stare per me, per te, per illum aliquid dicitur, cum ego, tu, aut ille impedimento est, ne quid fiat (*Impedire che.*) Plin. lib. 18. Non stat per me, quo minus cælum intelligas. Quint. Non per me stetit, sed per illam. Stare a Senatu, vel ab optimatibus, est Senatus, vel optimatum cãm tueri. Cic. de Clar. Or. Nemo a Senatu, & a bonorum causa steterit constantius. Stare a mendacio contra verum. Cicer. 2. de Inuen. pro tueri falsum, & verum oppugnare. Stare extrema fortuna, est summo in periculo situm esse. [*Essere in pericolo*] Cicer. in Sallust. Bis ad subsellia attractus, extrema fortuna stetit. Adsto, vel Asto, Consto, Circumsto, Antesto, Contrasto, pro aduersor. Næuius: Cõtra stat semper, nec me sinit loquier. Exto, a quo Superexto, Insto, Intersto, Disto, Obsto, Perito, Præsto, Prosto. Resto, Substo, Superstо.

STATA sacra, n. 2. [*Sacrificij, che si faceuano in giorni determinati,*] τὰ στατὰ θύσια. quę certis, ac statuis diebus fiebant, & nõ mutabãtur, sed firma, & stabilia erant: diuersa ab illis, quæ indicta vocantur, quæ nimirum vel in alia tempora reijci possunt: vel etiam omitti penitus. Cat. Sacra stata solemnia sancta sensisti. Ouid. 1. Fast. Quid a Fastis non stata sacra petis? Ennius, modicum & modestam formẽ mulieris statam vocauit, quam Phaorinus apud Gellium non inuenustè Vxoriam formam nominat. Vide Gel. lib. 5. cap. 11.

STATANVS, m. 2. Deus pueritiæ præses credebatur antiquis, in cuius tutela pueri esse putabãtur, cum primum stare atque incedere inciperent: vt ex Varrone de liberis educandis docet Nonius.

STATARIVS, ria, rium, o. 1. 2. [*Fermo, immobile.* Ger. Staetig, bestendig, staet. *Gal. Qui ne bouge d'vna place, ferme.* Hisp. *Cosa firmo, y no variable.*] μόνιμος. fixus, firmus, immobilis. Vnde Statariæ fabulæ dictæ sunt, quæ motoriis opponuntur, histrionibus minimè laboriosæ, quippè quæ à stantibus, non discursantib. tumultuantibusve peragerentur. Ter. in Hea. Date potestatem mihi Statariã agere vt liceat per silentium. Statarius orator. Cic. de Cla. Ora. C. Piso, statarius, & plenus sermonis orator. Et paulo ante; Ij, quos statarios appellant, quorum est illa simplex in agendo veritas. Pugna stataria, in qua non excursionibus, non leuibus prælijs, sed collatis vtrinque signis decertatur. Statarij ordines, ad statariam pugnam instructi. Liu. lib. 9.

STATER, eris, p. p. m. 2. στατήρ. genus numismatis, duo didrachma, hoc est, quattuor valentes drachmas, siue solidos Turonenses quattuordecim. Dictus Stater, à verbo Græco ἱστάναι, quod inter cætera significat põderare. Erat autem hęc appellatio Persis cum Macedõnibus communis. Vnde & Philippeos, & Daricos, & Alexandreos stateras passim legimus.

STATERA, terę, f. 1. [*Statera da pesare,* מאזנים moznaijm. G. Ei wag, schnellwag, ein wag die kein schuffel hat] στάθμιον. instrm, quo res sine lancib. ponderantur. Nam quod lances habet, propriè libram dicimus. Dicta Statera a verbo Græco ἱστάναι. Cicer. 1. de Ora. Hæc nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda, ad eã probanda, quæ nõ artificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. Erat item Statera, vasis genus in argentea supellectili, quod & Tympanum, & Magida appellant. Plin. lib. 33. cap. 11.

†STATHMVS, mi. στάθμιον. Latinè stabulum, diuersorium vel stationem significat. Est & mensuræ geometricæ genus, apud Persas maximè usitatum.]

STATICVLVM, li, n. 2. genus vehiculi, seu gestatorij. Sicut Essedum, & Petoritum. Plin. lib. vlt. c. 10. Apud Pla. in Persa. Staticuli sunt motus in arte saltatoria, & gesticuli, in quibus ad numeros modulosque musicos nunc subsistendum erat, nũc subsiliẽdum. σχήματα, ὑποσχήματα. Cato quoque, referente Gellio, Cæciliũ senatorem, saltatorem, & fescennium vocare solebat, quod elegantiùs saltaret & staticulos daret. Macr. lib. 3.

STATIM, cõtinuo, illico, mox, protinus, cõfestim, q̃ primũ [*Subito,* פתע pethah, פתאם pitheom. G. Stendlingen. Item, Eins wegs, võtud an. *Ga. Incontinent, soudain.* Hi. *Luego, a la hora.*] ἐξαίφνης. per seuerãter, cõtinuè, quasi insistendo, & vno statu, a stando. Pla. in Ampli. Nec recedit loco, quin statim rẽ gerat. Ter. in Pho. Bina talenta capiebãt statim. Aliqñ mox, illico [*Subitamente*] quod ea q̃ mox fiũt,

conti-

cõtinẽter fieri videãtur. Ci. I Ver. Statim Messanam literas dedit.

STATIO, nis, f. 3. [*Stagione*, מעמר mahamadh מצב matsisab, עמדה hẽdah, G. Stelle, schiffstelle. *G. L'assiette de quelcun ou d'autre chose. Fr. La estanza. Hi. La estantia.*] στάθμος. locus in litore sinuosus, i quo naues ad tps pñt cõsistere, minus tñ tuto q̃ i portu. Vir. 2. Æn. Nũc tantum sinus, & statio malefida carinis. Stationes item dicuntur loca, in quibus milites consederunt, quæ & Statiua dicuntur & præsidia. Curtius: Exploratores stationes hostium fuerant ingressi. Locum item vigilibus ad excubias agendas assignatum, Stationẽ vocamus, quod in eo subsistere cogãtur, neq; eũ sine graui noxa possint relinquere. Vir. 9. Aen. Statione relicta, Ipse comes Niso gradi tur. Hinc stationarij milites dicũtur, quibus custodiæ aut præsidij gratia assignatus est locus. Item officina, in qua multi cõueniũt, vt de aliqua re decernatur, & ius dicatur, Statio appellatur. [*Stãza.*] Gel. li. 13. c. 13. In plerisq. Romæ stationib. Ius publicè docentiũ. Iu. Sat. 1. Stationes oẽ theatrũ. Similiter errantium stellarum matutinæ (quas primas vocant) & vespertinæ (quas secundas) cum stare spectantibus videantur in Oriente, & Occidente, Stationes vocantur. Per metaphoram etiam statio pro temporaria habitatione accipitur. Cic. ad Ar. li. 6. Athenis statio mea nunc placet. Translatio a loco litorali, vbi naues ad tempus subsistunt, quamuis non eq; nitò, atq; in portu. Propriè ãt Statio dicitur ipse standi actus, vnde cæteræ omnes significationes fluxerunt.

STATIONALIS, o. 3. [*Della stagione.* G. Gehoerig zu der stellung auff die wacht,] φυλακτικός. a statione deductũ, vt Stationales milites, qui & stationarij, quibus certa ad excubias agendas assignata est statio. Stationales stellæ, quæ matutino tpe olim nouissimæ, & vespertino olim primæ in cælo apparentes, quasdam quasi excubias facere videntur. Pli. lib. 2.

STATIONARII milites. φυλακικοί. dicuntur, quibus custodiæ, aut præsidij gratia statio assignata est.

STATIVA, orũ, n. 2. σταθμοὶ, ἕρυμα. castra, siue munitiones militares: a stando dicta, quòd in ijs milites subsistant. Liu. lib. 1. ab vrb. In his statiuis satis liberi commeatus erant. Cice. de lege Agr. Quid causæ est, quin omnes agros, vrbes, statiua, portus, totam denique Bithyniam Decemuiri vendituri sint?

STATIVVS, a, um, p. p. o. 1. 2. stationalis: vt Præsidium stativum, quod certis locis custodiæ, & securitatis gra disponitur. Castra stativa, quę & statiua absolutè, munitiones sunt militares, quibus copiæ sepiuntur, vt aduersus repentinum hostium incursum tutæ sint. Cic. in Ant. Hęc mea custodia est, hoc præsidium stativum.

STATIVS Cæcilius, m. 2. poeta Comicus fuit, cui Volcatius Sedigitus primas comędiæ partes tribuit, q̃q̃ a Cicerone nonnũq̃ malus linguæ Latinę auctor, nõnunq̃ ẽt ferreus scriptor appelletur. Statius alius, cognomẽto Papinius, illustris Poeta fuit, Neapolitanus, Domitiani tpib. Iuuenali ꝑ & Martiali æqualis: cuius multa extant poemata, Siluarũ libri quattuor, Thebaidos libri duodecĩ: ꝑterea Achilleidos opus inchoatũ, q̃ morte ꝓuẽtus absoluere nõ potuit. Scripsit & Agauen Tragædiam, q̃ inopia coactus Paridi histrioni vendidit. Iuu. Sat. 7. Esurit intactam Paridi nisi vendat Agauen.

STATONES, m. 3. Hetruriæ populi, apud Pl. li. 3. c. 5. quorũ oppidũ Statona cõmemoratur a Str. li. 5. In horũ agro vinũ satis generosũ nascebatur, quod stationense vocabatur, cuius meminit Pl. li. 14. c. 6.

STATOR, oris, m. 3. [*vfficiale, sbirro, messo, zaffo, famiglio della corte,* שטר scoter. Ge. Ein statknecht, der stehn muß vnd warten, wo man ihn hin schicket, ein weibel,] κλητὴρ. apparitor, viator, qui magistratui præsto est, vt illius iussu quẽlibet accersat, & corã illo fistat, a ingi astãdi munere dictus. Ci. li. 2. ep. Vt ad te statores meos cũ litteris mittere. Idẽ li. 9. Præsto mihi fuit stator eius cũ litteris. Stator item Iouis cognomen fuit apud Romanos, Græci στήσιον vertunt, nonnunque etiam στησάτριον, inde dictũ, quod Romanos a Sabinis in fugã versos stare fecerit, qua de re scribit Liu. lib. 1, ab vrbe: Romulus, turba fugientiũ actus, Iupiter, inquit, de me terrorem Romanis, fugãq; fœdã siste. Hic ego tibi tẽplũ statori Ioui, q̃ monumẽto sit posteris tua præsenti ope seruatã vrbẽ esse, voueo.

STATVA, uæ, f. 1. [*Statua, imagine, simulacro, effigie, forma* מצבת mast sebah, פסל pesel. Ge. Ein auffgericht bild, iemãdts zu ehrẽ etwã hin gestelt, ein bildsaul. *Gal. Statue, image de piere, de bois, & de metail. Hi. Estatua, imagen,*] ἄγαλμα, ἀνδριάς. simulacrum ex ære aliove metallo, quod alicui vel mortuo, vel ẽt viuenti antiquitus decernebatur, & in foro, aut aliquo loco conspicuo collocabatur, ad alicuius rei bene gestę memoriã. Generalius est autem Imaginum nomen quã statuarum, cum pictas etiã tabellas imagines vocemus: ad quas certè statuarũ appellatio nõ extẽditur. Su. in Tib. Etiam statuas atque imagines, nisi permittente se, poni prohibuit. Cic. 6. Ph. Maiores quidem nostri statuas multis decreuerunt, sepulchra paucis: sed statuę interęrit tempestate, vi, vetustate, sepulcrorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moueri, neque deleri potest. Catul. Hospes inaurata statua pallidior.

STATVARIA, æ, f. 1. [*Scoltura.* Ge. Die kunst bilder zu machen, es seyen gieſſen, oder auſſhawen, Bildwerckerkunſt. *G. L'art de tailler images. Hi. Arte de hazer estatuas,* ἀγαλματοποιία, ἀνδριαντοποιία. ars statuas ex ære, aliove metallo conficiendi. Plin. lib. 36. c. 5. Non

omittendũm, hanc artem tãtò vetustiorem fuisse, quàm picturã; aut statuariam, quarũ vtraque cum Phidia cæpit, 83. Olympiade. Quo inloco Pli. manifestè statuariã distinguit a sculptura, statuariæ nomine intelligens fusoriã, qua ex ære potissimũ, nonnũq̃ etiã ex alio metallo statuę cõficiebant. Sculptura aũt, qua ex marmore, lignove, aut alia materia simulacra scalpro exculpebãt. Idẽ quoq; no temerè statuam appellat, nisi ex metallo cõfectã, nã q̃ ex marmore exculpit, simulactũ potius, vel imaginẽ, vel signũ appellat.

STATVARIVS, ij, m. 2. [*Intagliatore, maestro d'intagli.* G. Ei bildhawer, bildschnitzler, bildgiesser,] ἀγαλματοποιός, ἀνδριαντοποιός. qui ex ære, aliove metallo fusoria arte signa conficit: quo in genere claruerunt Lysippus, Phydias, Praxiteles, Polycletus, & Alcamenes, quorum memnit Plin. lib. 34. cap. 7.

STATVARIVS, ria, riũ, o. 1. 2. ἀγαλματοποιϊκός, ἀνδριαντοποιϊκός. quod ad statuarum conficiendarum rationem pertinet: vt Ars statuaria. ἀγαλματοποιϊκή. Plin. lib. 34. cap. 7.

†STATVMEN, nis, n. 3. χάραξ. pedamentum, ridica, vel palus, quo vitis fulcitur. Colum. lib. 4. cap. 30. & 31.

STATVMINO, as, a. 1. [*Soſtentare,* העמיד hehemidh. G. Stickẽ, vnder stuzen,] ἐρείδω, στηρίζω. fulcio, firmo, & quasi statumino. b. quibusdã fustineo. Plin. lib. 18. cap. 6.

STATVO, is, ui, tum, delibero, decerno, fancio. *Statuire. deliberare, ordinare,* הושיב hoschib הציב hitstsib הציץ hitsig. G. Stellen, setzen, auffrichten. *Gal. Poser & mettre, asseoir, arrester. Hi. Estableter, ordenar, deliberar.*] τίθημι. pono, colloco, erigo. Ci. 2. de inu. Thebani in finibus æneum trophęum statuerunt. Nonnunquam pro cõstituo decerno. Liu. lib. 1. ab vrb. Ferro eam arcere contumeliam statuit. Ci. 5. Ver. Iste statuerat, ac deliberauerat non adesse. Aliquãdo ad iudicia pertinet, vt idẽ sit quod decernere, & pro potestate iudicare. Idem 5. Ver Statuit Senatus hoc. Idẽ 2. de Or. Sine vlla dubitatione sic statuo & iudico. Statuo pro dedico. [*Dedicare.*] Virg. 5. Ecl. Craterasque duos statuã tibi pinguis oliui. i. dedicabo. Teren. pro concutere posuit, cum ait: Sublimem illum arriperem, & caput in terrã statuerẽ, vt cerebro dispergat viã. Statuere, prouidere, existimare. [*Prouedere.*] Cic. vlt. Ver. Statuerat causam sibi esse dicendam, ẽt antequam hoc vsu venit. Exemplũ statuere in homine, idẽ quod edere exemplum. Cic. 4. Ver. Vt intelligere possint, in quo homine tu statueris exemplum eiusmodi. Budæus.

STATVRA, æ, f. 1. [*Statura, grande* ζωὸ *picciole* ζῶα. גדל ghodhel. G. Die leibs maß, die groesse vnd lenge des leibs. *Gal. Stature, grandeur de corps. Hi. Estatura, corpulencia, y altra de hõbre.*] μεγέθος. modus corporis, siue procerus sit, siue humilis. Suet. Statura fuit eminenti. Cic. 2. Phil. Velim mihi dicas, L. Turseius qua facie fuerit, qua statura. Statura de vitibus. Col. lib. 5. c. 5. Producat in tantã staturam, quantam permittit agricola.

STATVR, impersonale [*Sistã*] Plau. in Pseu. Quid agitur? statur hic ad hunc modum?

STATVS, tus, m. 4. [*Stato,* מעמד mahamadh. Ge. Ein stand, oder wesẽ. Ga. *Estat, condition, gesto, maintien, contenance. Hisp. Estado de cada vna cosa.*] κατάστασις. conditio, habitus. Col. li. 8. Status eius lõgior productiorque ad hos casus magis habilis est. Cic. Lentulo li. 1. Ep. Ex eodem de statu rerum omnium cognosces. Idem de Arusp. resp. Hunc statum, qui nunc est, concordia retinete possumus. Deducere aliquem de statu vitæ, est eum a solito vitę tenore abducere. Ci. 3. Ver. Me de vitæ meæ statu lacrimis suis deduxerũt. Apud Rhetores autem Status. στάσις. dicitur summa causę constitutio, ad quam totius orationis argumẽta referuntur, hoc est, id qd nascatur ex conflictione petitionis actoris & defensionis rei. Id autẽ dilucidius fiet huiusmodi exẽplo; Deiotarus insidias struxit Cæsari, Intentio est actoris. Non struxit, Depulsio rei. Hinc oritur constitutio, siue status, Struxerit ne insidias Cæsari Deiotarus. Et quoniam in omni disceptatione quæritur, an sit, quid sit, vel quale sit, tres inde oriuntur status differentiæ, Coniecturalis, Legitima, & Iuridicialis, Ci. in Top. Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis, Græce στάσις, Latinè Status vocatur.

P. M. Status, ex quibus omne genus controuersiarum de agris exoritur, octo omnino sunt, infectiuus, expositiuus, subiectiuus, recuperatiuus, assumptiuus, initialis, materialis, effectiuus. Iniectiuus ergo status est gnalis: nã siue de possessione, siue de fine cõtrouersia nascatur, per hoc repetitio iusta, iniustaq; eliciur. Expositiuus est status controuersiæ, quoties finitimorum argumentorũ caret demonstratione, & partium magis exigit narrationem, per quam exponendum sit, quo sint genere determinandę, aut persuadendum iudici, etiam si loci natura finitimã exhibeat similitudinẽ. Subiectiuus status est, cum relinquitur status generalis, & alio quolibet statu cõtrouersia defenditur. Recuperatiuus est status, quoties nõ a trifinio, aut quatrifinio, sed ex quolibet finis loco incipientis termini recturam dirigit, & per incessum definitionis loca quædam alteri fundo acquirit, aut solũ aufert, & eius loco redditur. Assumptiuus primę cõtrouersiæ status, qui est depositione terminorum, in rigorem, aut in finem transcendit. Initialis controuersię status, de rigore pertinens ad materiam, transcendit in controuersiam, q̃ est loco tertio de fine status materialis, non conditionẽ mutat, neque

ſpecie ſolida, ſtellata, ſtriata, ſtellata, ſtriata, ſtellata, ſtriata

vt id,ſupra qđ ſterninus,hoc eſt,extendimus aliq̃d,tegimus,ſternere ét pro tegere ſumitur;[*Coprire.*]vnde Sternere equos. Liu. li. 8.Bel.Pun.Teſſerã veſperi per caſtra dedit, vt armatus eques frænatos ſtratoſq; teneret equos. Sternere mentiam, vel lectum. i. inſtruere,apparare. [*Apparecchiare.*] Ter. in Heaut. Videt alios feſtinare,lectos ſternere,cænam apparare.Ci.2.de Le Quod erat factũ,vt lecti plures ſterneretentur. Triclinia ſternere.Ci.1.Ver. Sterni triclinia etiã in foro iubebat. Item quoniam ſternẽdo.i.extendendo,id quod extendimus, complanamus atque cõponimus, fit vt ſternere quoq; pro componere , ac complanare vſurpemus; & Stratũ dicamus,complanatum atq; compoſitum.στρωμάτιον. Vnde Stratũ mare dicimus, qñ nullo vrgente in fluctus vento,æquatum manet. Virg.9. Eclog. Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor. Et ſtratas vias dicimus,ſiue qđ complanatæ ſint, ſiue quod lapidibus tectę Liu lib 8.ab Vrb. Viua ſub terram ſtratam defoſſa. Item quia iacendo quodammodo extẽdimur,fit vt eos ét ſe ſternere dicamus,qui ſe ad iacendum collocant,vt quieſcant.Vir.li.4.Georg. Sternunt ſe ſomno diuerſo in litore Phocæ. Aſterno , Conſterno , Exſterno,à quo Superexſterno, Deſterno, Inſterno, Proſterno, & Subſterno,vide ſuis locis.

STERNVO,is,nui,nutũ,n. 3.[*Sternutare,Sternutire,*] זרר zorer. G.Nieſſen.*Gal. Eſternuer.Hiſ.Eſternudar,*]πτάρνυμι.flatũ è pectore exurgentẽ cũ capitis concuſſione emitto.Pli.l.7.c. 6.Sternuiſſe à coitu abortiuũ.Proper.li.2.Ele.3.Nũ tibi naſcendi primis mea vita diebus Aridus argutum ſternuit omen amor?Col.lib.8.Surculi nepotę ſilueſtris lana inuoluti naribus inſeruntur,verſanturq; donec ſternuationis.Hinc Sternuto,as,are frequentatiuũ.Pli.lib. 28. cap.8. A quo Sternutatio,onis,ipſe ſternurandi actus.πταρμός.

STERNVTAMENTVM,[*Stramen.Gal.Eſternemẽt.Hi.Eſternudo.*]πταρμός.ſternutatio.Plin.lib. 20. c. 12.Semen tritum, & hauſtum naribus, ſternutamenta mouet.

STEROPE,es,p.c.f.1.στερόπη.Suidæ,Atlantis filia,vna Pleiadũ: quam nonnulli Aſteropen vocant. Vide Pleiades.

STEROPES,pis, p. c.m.3.vnus ex Vulcani miniſtris, a fulgure nomen habens. Virg.8.Aen.Bronteſque,Steropeſque.

STERQVILINIVM,nii,n. 2.[*Foſſa da ſterco,*] רמן domen.Ger.Ein miſtgrub,oder miſthauff. *Gal. Fumier. Hiſ.Muladar, lugar de eſtiercol*] χόπρια,καθάρμα. locus ſtercoribus plenus,ſeu ſtercoris receptaculũ.Col.li.1.Sterquilinia duo ſunt: Vnũ, quod noua purgamẽta recipiat,& in annum conſeruet; Alterum ex quo vetera vehantur.

STERTO,is,ui,n.3.[*Roncheggiare,ronfare.*] G.Schlaffen, oder ſchnarchlẽ.G.*Ronfler.Hi.Roncar dormiendo.*]ῥέγχω.dormio,ſiue dormiẽdo rhonchos emitto. Ter.in Eun.Stertit noctes dieſq;. Pla. in Mil. Sorbet dormiẽs.PA.Quid ſorbet? LV.illud,ſtertit volui dicere. Ci. 2.de Diuin.Cum ſtertentem aliquem viderint. Iuuen.Satyr.1.Doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo.Horat.1.Ser.Sat. 3. Noctes vigilabat ad ipſum Mane,diem totum ſtertebat.Hinc Deſterto,pro expergiſcor,Perſius;Cor iubet hoc Enni,poſtquàm deſtertuit eſſe Mæoni des.

STESICHORVS,p.c.m.2.στησίχορος. poeta Lyricus, ex Himera Siciliæ vrbe,à qua Himeræus eſt dictus. Alij ex Methauria vrbe natũ dicunt.Alij ex Palantio Arcadiæ oppido.Ferunt inde profugũ Catanam veniſſe,eoq; in loco defunctum,& extra portam vrbis ſepultũ fuiſſe,portamq; ab eo Steſichoriã nuncupatam.Natus eſt trigeſima ſeptima Olympiade, ſextaq; & quinquageſima obijt. Fertur luſciniã aliqñ in ore Steſichori infantis cecinisſe , mirabili auſpicio,ſummum eum poetam futurum, & cãtus ſuauitate omnes, qui ante eum fuiſſent,ſuperaturum. Dicitur & ſcripſiſſe Helenæ vituperationem, ex quo exoculatũ fuiſſe , rurſuſq; ob palinodiam viſum recuperaſſe. Quam fabulam tetigit & Horat. in Epod. ad Canidiam ſic ſcribens; Infamis Helenæ Caſtor offenſus vice,Fraterque magni Caſtoris,victi prece,Adempta vati reddidere lumina. Vocatuſq; eſt Steſichorus , quoniam primus cum citharæ cantu chorum inſtituit: nam priùs Tiſias vocabatur. Auctor Suidas. Qui. vero li.10.c. 1. ſic eum taxat ; Steſichorus quàm ſit ingenio validus, materiæ quoq; oſtendunt;maxima bella,& clariſſimos canentem duces,& epici carminis onera lyra ſuſtinentem. Reddit. n. perſonis in agendo ſimul loquendoq; debitam dignitatem,ac ſi tenuiſſet modum, videtur æmulari proximus Homerum potuiſſe;ſed redundat,quod eſt reprehendendum.

STESIMBROTVS,p.c.m.2.στησίμβροτος. hiſtoricus Tarſenſis, qui Cimonis Athenienſium ducis res geſtas ſcripſit,teſte Plutarcho ĩ vita Cimonis.Steſimbrotus alius fuit Epaminondę filius,à patre interfectus , quod cũ Lacedęmonijs ipſo inconſulto manum conſeruiſſet,etiam ſi ſpecioſiſſimam ex eo prælio victoriam reportaſſet. Idem Plutarchus in Parallelis.

STIBADIVM,dij,n.2.στιβάδιον.propriè eſt ſedile.ſiue lectulus ex herba ſiue frondibus, quo ſulti conuiue menſis accũbere ſolebãt. Dicta ſtibadia,a ſtibadib.herbis ad diſcũbendũ idoneis.Latini a tortis herbis Torũ appellant.Pli.l 5.ep.Ex ſtibadio aqua velut expreſſa cubantiũ pondere ſiphunculis effluit. Seruius in primũ librum Aeneidos;Stibadia(inquit)antiqui non habebant,ſed ſtratis tribus lectis epulabantur: vnde & triclinũ dicitur.Mar.lib.14. de ſtibadio; Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſignum. Octo capit, veniãt quiſquis amicus erit. Fiebant etiam ſtibadia è tabulis , quæ ebore atq; auro ornabantur,transferebanturq; de loco ad locũ , prout libido animi ferebat. De hoc locutus eſt Martialis cum inquit: Et te ſtudineũ menſis quater hexaclinon Ingemuit atrio non ſatis eſſe ſuo. Hexaclinon vocat ſtibadium ſex capiens lectos.

STIBIVM,bij,n.2.quod & Stibi & Stimmi[*Antimonio.*G.Spiesglaſſ. *Gal.Anti moine.Hiſ.El alchol,*]στίμμι.metalli genus eſt,ſimile galenæ,ſed magis radians,quod vulgo Antimonium dicitur.Pl.l.34. ca.6.Vnde in Ieremia propheta ; Cum pinxeris ſtibio oculos tuos. Hieron.ad Furiam; Nõ habuit orbes ſtibio fuliginatos.Hinc Stibinus,a,um,p.p.quod ſtibij colorem habet.

STIGMA,tis,n.3.[*ſegno,ſegnale,bollatura*] קעקע Kaharah.G.Ein mal zeichen,brãdzeichen,brandmal.*Ga.ſigne,& marque de playe,peinture.Hi.ſennal que dexa la llagua deſpues que ſana,punzadura,punctura.*] στίγμα. nota, ſiue ſignũ, q̃ inuritur,à στίζω,pungo.Matt.lib. 12. Frons hæc ſtigmate non meo notanda eſt. Plin.lib. 25. cap. 15. Vruntur ad tollenda ſtigmata. Iuu.Sat.10.Mitius id ſane,quod nõ & ſtigmate dignũ credidit. Per translationem quandoq; ponitur pro infamia.[*Infamia.*]Suet. in Cæſ.Dictat.Val.Catullum , a quo ſibi verſiculis de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat, ſatisfacientem eadem die adhibuit cænæ.

STIGMATICI,m.2.dicuntur nocentes, quibus ſtigma , hoc eſt, nota aliqua ita inuſta eſt,vt ſemper appareat. Cice.lib.2.Offic. *O miſerum,qui fideliorem & barbarum , & ſtigmaticum putaret , quàm* coniugem.

STIGMOSVS,a,um,o.1.2.idem Pl.ep.5.Virelliana cicatrice ſtigmoſũ.

STILICO,onis , m. 3. Honorij Imperatoris ſocer , a Claudiano poeta multis laudibus celebratus;de eo vide Eutropium.

STILLA,æ,f.1.[*Goccia,ghioccia,gioccio, giozzo,goẓa,gocciola ,*] דלף deleph אגל eghel דמים teſis.Ger.Ein tropff.*Gal. Vne gout te qui cheoit.Hi.Gota que cae deſtillando.*]στάλαγμός. dim. a Stiria (inquit Feſt.)& accipitur pro gutta, vt Stilla ólei, ſtilla aquæ. Plin.li. 29. cap.4. Temis ſtillis additis in oleum.Apuleius ; Vt nulla ſtilla compareat vſquam. Vitr.li.2. Faſtigia facientes, proclinatis tectis, ſtillicidia deducebant,per id ſtillæ decidunt in impluuium. Mar. Atque olei ſtillam donaret Opellicus vnctor.

STILLATITIA RESINA,f.1.κατασταγής.quæ rufo colore lenteſcit,dicta quod guttatim ſtillaret. Plin.lib.17.cap.11.

STILLICIDIVM,cidij,n.2.[*Grondana.*] דלף deleph.Ger.Ein Tachtrauff,ein ort dahin es tropffet.*Gal. Degout, ouc ſgout , qui chet des bauts.Hiſ. Gotera.*] στάλαγμός. locus , in quem è tecto guttæ decidunt:quaſi ſtillarum cadium.Cice.1.de leg. Vt libellos conficiam de ſtillicidiorum,ac parietum iure? Idem in Orat. Quam.n.indecorum eſt de ſtillicidijs,cum apud vnum iudicem dicas,ampliſſimis verbis,& locis vti communibus;de maieſtate Pop.Ro.ſubmiſſe,& ſubtiliter?

STILLO,as,n.1.[*Gocciare,goccialare,*] דלף dalaph נטף nataph.G.Tropffen. *Gal. Degoutter ,cheoir goutte.Hi.Gotar deſtillar alguna coſa gota a gota,*]σταζω,λείβω.guttatim fluo,ſiue emitto.Plin.lib.28.cap.7. contra morſum eiuſdem bibitur , ſtillatuique. Hor.de Arte; *Stillabit amicis Ex oculis rorem.*Lucr.lib.7.Sanguineis ſtillauit roribus arbor.Iuu.Sat.3. Nam cum facilem ſtillauit in aurem Exiguã de naturę, patriæq; veneno.Stillans,tis participium.Ci.2.Philipp. Qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit.Ouid.1.Amor. Eleg.8.Sanguine(ſi qua fides)ſtillantia ſidera vidi.Stillatus,a,um,participũ. Ou.2.Met.Inde fluũt lachrymæ,ſtillataq; ſole rigeſcunt.Stillatio, nis,actus ſtillandi.Deſtillo,Diſtillo,Exſtillo,& Inſtillo, ſuis locis.

STILPO,m.3.στίλπων.Megarenſis philoſophus, tempore primi Ptolemæi ,diſcipulus Paſiclis Thebani; præfuit ſcholę Megarenſi:ſcripſit Dialogos viginti. De hoc Cic. de Fato.

STIMVLO,as,a.1. [*ſtimolare , pungere,* המרוש hiphriſch החאוי himeir סמת hiſſit.G.Stupffen,treiben.*Gal.Eſguillonner, poindre,poinſonner,inciter.Hiſ.Aguijonear,o incitar.*]παροξύνω. pungo, commoueo,ago,concito,incito.Tere. in Heau. Magis me nunc amicæ dicta ſtimulant.Cic. pro Sex. Roſ. Hunc mihi ex animo ſcrupulum euelle,qui me dies noctesq; ſtimulat ac pũgit.Idẽ ad Att.li. 9. Me congreſſus Cæſaris ſtimulat.Liu.2.ad vrb. Hæc indignatio ferocẽ animum ad vexandum ſæuo imperio exercitum ſtimulat. Pla. in Ciſtel.Iactor,cruciot,agitor,ſtimulor , verſor in amoris rota. Vir. 4.Aen.Ecce iterũ ſtimulat.Hinc Extimulor,valde ſtimulor. Col. lib.7.Libidinis extimulatur furijs.

STIMVLVS,li,m.2.Aculeus,incitamentum [*Stimolo,pungione,*] מלמד malmadh, דרכן dorbam.Ge.Ein gert,ſo mã braucht die Ochſen damit zu itupffen.G.*Eſguillon,ou aguillon.Hi. Aguilon,ò incitamiento*] κέντρον ἀπὸ τοῦ κεντέω. proprie dicitur ſuſtis acutæ cuſpidis, quo ruſtici boues ſuppũgunt . Pla. in Aſin. Vtinam nunc ſtimulos in manu mihi ſit . Per translationem dicitur omne illud,a quo vexamur.[*Pena,tormento*]Cic.2. Tuſc. Non modo ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina fortunę contemnimus.Hinc Stimulum carnis, & vitiorum dicimus. Pla.in Truc. Næ iſta ſtimulum longè habet, quæ vſque illinc cor pungit meum. Virg. 3. Geor. Cæci ſtimulos auertęq; amoris, Ouid.2. Met. Parce puer ſtimulis.

STI-

STIMVLATIO,nis,f.3.[*Stimulatione*.G. Das treiben mit ſtupffen. *Gal. Aguillonnement, ou eſguillonnement. Hi. Obrade aguijonear.*] κέντρισμα. ipſe ſtimulandi actus. Pli.li.35.c.4. Eratq; hæc ſtimulatio ſumma & ingẽs. Stimulator,ris, κέντωρ. Ci. p Domo; Seditionis ſtimulator, & concitator tu fuiſti. Stimulatrix,tricis. Pl. in Moſt. Vt ene cum ſceleſtam ſtimulatricem. Stimuleus,a,um,p.c. vt ſuppliciũ ſtimuleũ, quod ſtimulis infligitur. Pla. in Milite; Niſi ubi ſupplicũ ſtimuleum deditur. Dedecoris pleniorem herum faciam mũ. Stimulatus,a,um,partic. vt Rabie furenti ſtimulatus animus. Catul. epi.58. Ouid.1.de Arte; Iurgia, præcipuè vino ſtimulata cauero.

STINGO,ſiue Stinguo,is,xi,ctum,a.3.[*Eſtinguere*, כבח chibbah. Ger. Leſchen. G. *Eſteindre. Hi. A pagar.*] σβέννυμι. eiuſdem ſignificationis eſt cũ Exſtinguo. Ci. in Prognoſt. Stinguũtur radij ceca caligine tecti. Luc.li.1. Euaneſcere paulatim, ſtinguiq. colorẽ. Diſtinguo, Exſtinguo, Interſtinguo, Inſtinguo, & Reſtinguo, ſuis locis.

STIPATIO,nis,f.3. ipſe ſtipandi actus. Cicer. pro Sylla; Eius ſtipatio, greges hominum perditorum. Pli.li.10.c.23. Stipatione naturali.

STIPATORES,m.3. qui in nauibus onera componunt. ἁμαξευταί. Itẽ ſatellites, quos principes corporis cuſtodiæ cauſa ſibi adhibent. ἀπὸ φύσεως. a ſtipe quam accipiebant: vel quod reges ſtipent, & vndique circũdent, ac claudant, pene conſtringẽtes, inſtar apum circa ipſarum regem: aut quod ipſi ferro ſtipati ſint. Cic.lib.2.Off. Premittebatque de ſtipatoribus ſuis, qui ſcrutarentur arculas muliebres. Hos antiqui a latere Latrones vocabant. Hor.1.Ser. Sat. Neque te quiſquam ſtipator ineptum Præter Criſpinum ſectabitur.

STIPENDIALIS,le,o.3.[*Tributario*. Germ. Das ſold oder ſteur geben ſoll.] φόρου τελής. idem quod ſtipendiarius; vnde Fœdus ſtipendiale, apud Sidonium Apollinarem.

STIPENDIARIVS,a,ũ,o.1.2.[*Tributario*. Ge. Der ſteur oder ſchatzũg vnderworffen, das ſteur geben muß. *Gal. Tributaire, taillabre. Hiſp. Pechero, que paga aquel d. nero.*] φόρου τελής. tributarius, qui ſolvẽdo ſtipendio obnoxius eſt: vt Ciuitates ſtipendiariæ, quibus certũ ſingulos in annos imperatũ erat tributum. Cęſ.Com.1. Reliquaſq; ciuitates ſtipendiarias haberent. Stipendiarij, ſubſtantiuè; Stipendiarijq; pop. Rom. afflicti miſeri, &c. Idem pro Com. Balb.

STIPENDIOR,aris,d.1.[*Fare ſtipendio*. G. Verſolden vmb ſold dienẽ. *Gal. Eſtre ſoldoye, gagner loyer. Hiſ. Mercer ſueldo.*] μισθοφορέω. ſtipendia facio, vel mereo. Pl.lib.6.

STIPENDIVM,ij.n.2.[*Paga, ſtipẽdio*. שכר ſachar. G. Kriegsſold. *Gal. Les gages des gens de guerre, leur ſolde, loyer. Hi. Sueldo, ò ſalario.*] στρατεία. militare, ſeu præmium, quod militibus datur. Compoſitum nomen ex ſtipe, & pendo, quod ante numum ſignatum Quæſtores ſtipẽ militibus appendere ſolebant, non annumerare. Stips aũt dicebatur ab antiquis a ſtipando, quod eo tempore, quo pop. Ro. ære graui vtebatur, in cellulis æs ſolebat ſtipari. Nã etiam exiguæ æris grauis ſummæ maiorem faciebant cumulũ, quàm vt crumenis vel loculis poſſẽt includi. Paulo aliter Vlp. de ver. ſign. l. Ager. Stipẽdiũ (inquit) a ſtipe appellatum eſt, quod per ſtipes, id eſt, modica æra colligatur. Emeritis ſtipendijs, & cõfectis ſtipẽdijs, in eadem dicuntur ſignificatione. Dicebantur.n. ſtipendia cõfecta, vel emerita, cũ elapſo tempore iuſtę militiæ, milites iureiurando ſoluebantur. Ci, pro lege Manilia; Partem militum, qui iam ſtipendijs cõfectis erãt, dimiſit. Emerita ſtipẽdia ambitionis. Ci. de Sen. At illa quanti ſunt, animum tanquã emeritis ſtipendijs libidinis, ambitionis, cupiditatum omnium ſecum eſſe. Explere ſtipendia. Tac. lib.3. Quanquam ipſe plures per prouincias quadraginta ſtipendia expleuiſſet. Facere ſtipendia pedibus. Liu. Sed qui tũ ſtipẽdia pedibus propter paupertatem feciſſet. Stipendiũ etiã dicitur tributi genus, quod quis tenetur ſoluere principi, aut Reipublicæ. Liu.lib.2. Pauperes ſatis ſtipendijs pendere, ſi liberos educent.

STIPES,huius ſtipitis,m.3.[*Tronco*, גזע ghezah. G. Ein ſtock, pfal, ſparrẽ. G. *Vne tronc d'arbre, ou un gros pieu, ou gros baſton. Hiſ. Tronco de larbol ȝel madero, ò palo de recho.*] κορμός. truncus aut validus fuſtis humi defixus. Cæſ.2. Bell. Ciu. Foſſas trãſuerſas vijs perducit, atq; ibi ſudes, ſtipiteſq; præacutos defigit. Oui.4. Faſt. Querno religãt in ſtipite funem. Per translationem accipitur, pro ſtulto, inſulſo, & ſtupido. [*Sciocco, paʒzo.*] Ter. in Heau. Caudex, ſtipes, aſinus, plũbeus. Cic. in Piſ. Tanquam truncus, atque ſtipes, ſi ſtetiſſet modo, poſſet ſuſtinere titulum conſulatus.

STIPO,a.1. *Riempire le fiſſure*, אטם atam סבר ſachar. Ge. Verſchoppen, zuſtopffen. *Gal. Eſtouper ȝ entaſſer. Hiſp. Recalcar, o tupir, o coſtribar.*] στέγω, πυκνόω. rimas obturo, condenſo, in vnum cogo, claudendo coarcto. ἀπὸ τοῦ στύφειν. i. condenſare: vnde & Stipare, ſiue ſtupare quidam ſcribendum exiſtimant. Aut certè a ſtupa, hoc eſt, lini purgamento, quod in ſtipandis nauium rimis ſolet adhiberi. Col. lib.7.cap.8. Stipatur per plura tabulata. Vir.4.Geo. de Apibus; Aut cum liquentia mẽlla Stipant. Idem 6. Aen. Stipatque carinis Ingens argentum. Stipari item [*Circondare*] dicuntur principes, qui cuſtodiæ cauſa ſatellitio cinguntur: item qui amicorum, clientum, comitumve turba ſepiuntur. Liu.lib.1. Stipatus agmine armatorum, in forum irrumpit. Cic. ad Att. lib.1. Cum ad forum ſtipari gregibus amicorum deſcendimus. Virg.1. Aen. Magna iuuentus ſtipante caterua. Stipatus, ſtipata, ſtipatum. Virg. lib. 11. Aen. Namque omnis eum ſtipata tegebat Turba ducum.

STIPS, ſtipis, f.3. & Stipis, huius ſtipis, [*Paga, mercede* בסף נשכרה cheſeph ghurſgholeth. G. Zuſammen geleſen gelt. *Gal. Paye, loyer, vne piece de monoye, deuoir, ou autre choſe. Hiſ. Moneda que ſe coge para pagar ſueldo, paga.*] pecuniæ genus, quod per capita colligi ſolet, quod ἀγυρμὸς dicitur a Græcis. Cic.2.de leg. ex xij. Tabu. Præter Ideæ Matris famulos, nequis ſtipem cogito. Et rurſum; Stipem iuſtulimus, niſi eam quam ad paucos dies propriam Idææ Matris excepimus. Pecunia quoque, quam vel in ærarium reponebant, vel dijs offerebant, vel mendicis porrigebant ad ſuſtentationem vitæ, Stips dicebatur, a ſtipando, quod in cella ſtipabatur, id eſt, componebatur. Pl. ep. 161. Gurges purus, & vitreus, vt numerare iactas ſtipes & relucentes calculos poſſis. Stipem magnam confert heres, id eſt, fructum. Col. lib 8.cap.2. Conferre ſtipem. Vlp. De Coll. illic. Sed tenuioribus permittitur ſtipem menſtruam cõferre. Spargere ſtipem. Pl. lib.33.cap.10. Populus Rom. ſtipem ſpargere cępit, Sp. Poſthumio Q. Martio Coſſ.

STIPTICVS,adiect.o.1.2. ſiue potius Stypticus. στυπτικός. quod vim habet ſtipandi, hoc eſt, denſandi: ἀπὸ τοῦ στύφειν. i. denſare. Pli. lib. 21. cap.23. Quæ ex his phœniceum colorem habet; vicerum habet ſtypticam vim.

SVSPICIOSVS,a,ũ,o.1.2.[*Soſpettoſo.Ga.Souſpeconneux.Hiſ.Soſpechoſo*] ὑποπτικός.qui pronus eſt ad ſuſpicionem.'Teren.in Adelph.Omnes,quibus res ſunt minus ſecundę,magis ſunt neſcio,quomodo ſuſpicioſi;ad contumeliam omnia accipiũt magis,Propter ſuam impotentiam,ſe ſemper credunt negligi.Cice.7.Ver. Te conſcientia mmidum,ſuſpicioſumq; faciebat,Idem ad Q.Fr.lib.11.Eſſe nimis ſuſpicioſum,& durum in ſuos. Accipitur etiam quandoq; pro eo, qui ſuſpectus eſt.Ci.pro Roſc.Am.Verũ id, quod adhuc eſt ſuſpicioſum,niſi perſpicuum res ipſa fecerit,hũc affinem culpa iudicatote.Suſpiciosè,Suſpicioſiùs,aduerb.Cic.pro Sex.Roſ.Amer.Cum enim aliquid habeat,quod poſſit criminosè ac ſuſpiciosè dicere:apertè ludificari,& calumniari ſciens non videatur. Idem de Clar. Ora. Qui ſuſpicioſiùs,aut criminoſius diceret audiui neminem.

SVSPICOR,aris,d.1.[*Penſare,ſoſpettare.*Ge.Argwonen.*Gal.Souſpeconner.ſe douter meſcroire.Hi.Soſpechar,o barruntar,*]ὑπολαμβάνω.ſuſpicionẽ habeo. Ter.in Hea.Nã mihi nũc nihil rerum omniũ eſt. Quod malim, quam hoc falſo ſuſpicarier.Cæſ.8. Bell.Gal.Cæſar,etſi diſceſſum hoſtium animaduertere non poterat, incendijs oppoſitis, tamen id cõſilium cum fugæ cauſa initium ſuſpicaretur, legiones promouit.Cic 3.Ver.Hoſpes ianitor,qui nihil ſuſpicaretur,veritus nequid in ipſo offenderit,hominem ſumma vi retinere cæpit.Ouid.1.Quæcunque æquor habet,quæcunque pericula tellus, Tam longæ cauſas ſuſpicor eſſe more. Cic.ad Att.lib.7.Scribe non modo ſi quid ſcies, aut audieris, ſed etiam ſi quid ſuſpicabere. Suſpicans, tis, partic. Ter.in Andr.Egomet quoque eius cauſa in funus prodeo,nihil ſuſpicans etiam mali.

SVSPIROSI,m.2.qui ſpirandi difficultatẽ patiuntur, vel quib. vitioſa eſt reſpiratio,quos Græci *δυθματικοὺς* vocant.Col.li.6,ca.37.Febrienti mulæ cruda braſſica datur, ſuſpirioſæ ſanguis detrahitur.

SVSPIRIVM,rij,n.2.[*Soſpiro.*אנחה anachah,אנקה anakah. Ge.Ein ſeufftzen.*Gal.Souſpir.Hiſ.Sospiro.*]ἐπιαγμὸς,ἀναχή.ipſa ſuſpiratio hoc eſt,ab imo pectore ſpiratio,Cic.ad Att. lib. 13. Conſul eſt impoſitus is nobis,quem nemo,præter nos philoſophos,aſpicere ſine ſuſpirio poſſet.Ouid.2.Met,Præſagaq; luctus Pectore ſollicito repetens ſuſpiria,&c.Idem 10.Meta. Myrrha patre audito, ſuſpiria duxit ab imo Pectore.Col. lib. 6. cap. 14.Interdum tumore palati cibos reſpuit,crebrum ſuſpirium facit.Martial.li.1.Collo nexa cubat, cupitque ſomnos, Vt ſuſpiria nulla ſentiantur. Accipitur aliquando Suſpirium,pro ipſa ſpirandi difficultate[*Aſthma*]Græci ἄσθμα vocant.Pli.lib.10,cap.9.Ad tormina,regios morbos,tuſſim veterem cum ſuſpirio.

SVSPIRATIO,nis,3.f.actus ipſe ſuſpirandi.Quintil.lib.11.ca.vlt.Suſpiratione ſolicitudinem fateri.]

SPIRATVS,us,m.4.[*Soſpiro,*אנחה anachah,אנקה anakah.Ge.Erſeufftzung,]ἐπιαγὴ.idem quod ſuſpirium,hoc eſt, actus ipſe ſuſpirandi.Ouid.14.Met.Reſpicit hunc vates, & ſuſpiratibus hauſtis; Nec dea ſim,dixit,

SVSPIRO,ãs,p.p.n,1.[*Soſpirare.*אנח anah אנק anak נאנק neenak.G. Erſeuff.zen.*Ga Souſpirer.Hi.Sospirar,o acecar.*]ἐπιάω.ſpiritũ ab imo pectore traho,quod ſollicitudinis,aut doloris argumẽtum eſt. Pla. in Menæc.Quin ſuſpirabo ſexcentum dies.Ci.ad Att.li.1.Reperire ex magna turba neminem poſſumus, qui cum aut iocari liberè, aut ſuſpirare liberaliter poſſimus.Ouid.ep.20.Ingemit,& tacito ſuſpirat pectore. Per translationem accipitur pro deſiderare,[*Deſiderare,*]& ſic ferè accuſatiuo iungitur.Iuu.Sat.11.Suſpirant lõgo nõ viſam tempore matrem.Tibul.lib.4.Ele.5.Quod ſi fortè alios iam nunc ſuſpirat amores.Suſpirare in aliquem.Ouid.1.Faſt. Hanc cupit,hanc optat,ſolam ſuſpirat in illam.

SVSTENTACVLVM,n.2.[*Soſtentaculo*]ἔρεισμα.i.fulcimentum, quo aliquid ſuſtinetur.

SVSTENTO,as,a.1.[*Soſtentare,*סמך ſamach.G.Auffenthaltẽ, vondem fall enthaltẽ.*Ga.Souſtenter.*H.*Soſtentar,*]ἀνέχω.frequen.eſt a Suſtineo,idẽ ſignificans,quod fulcio,& alioqui ruiturum retineo. Vir. 10.Aen.Huic frater ſubit Alcanor,fratremque ruentem Suſtentat dextra.Nonnunquam idem quod tolero,ſeu patienter fero.[*Mantenere.*Sal.ad Cęſ.de rep. ord. Poſtremò ſapientes pacis cauſa bella gerunt,laborem ſpe otij ſuſtentant.Cic.pro Flac.Hominum mentes,cogitationesq; ſpes ſuſtentat.Cæſ.7.Bel.Gal.Vſq; eo,vt cõplures dies militer frumento caruerint, & pecore è longinquioribus vicis adacto,extremam famem ſuſtentarent.Idem 3.Bel.Ciu.Iamque frumenta matureſcere incipiebant,atque ipſa ſpe inopiam ſuſtentabat,quod celeriter ſe habituros copiam confidebant.Suſtentare ſe.i.fortem animum in rebus aduerſis gerere, & fortunæ non ſuccumbere Cic.Ter.li.14.Quod reliquum eſt,ſuſtentare mea Terentia,vt potes. Idem Att.li.3.Me vix miſerèque ſuſtento,Suſtẽtare,pro alere,ſeu reficere,& egeſtatẽ alicuius ſubleuare.Cic.ad Att. P.Valerium negat habere quicquam Deiotarus rex, eumque aitã ſe ſuſtentari.Ter.in Ade.Alit illas,ſolus omnem familiam ſuſtẽtat. Suſtentatum eſt.imperſo.Cæſ.2.Bel.Gal.Id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cæperunt,atqẽ eo die ſuſtentatum eſt.

SVSTENTATIO,onis,f.3.[*Indugio,*תוחלת tocheleth.G.Auffhaltũg, auffzug.*G Souſtien,patience, attente.Hiſ. Soſtentacion,ſoportacion,*] ὑπομονὴ.idem quod expectatio,ſiue dilatio.Cic.2 de Inuen.Deinde vtrum ſtatim fieri neceſſe ſit,vtrum habeat aliquam moram & ſuſtentationem.

SVSTINEO,es,a.2.ſecunda ſylla.cor.[*Soſtentare,*סמך ſamach.Ge.Obſich halten,auffenthaltẽ.*Gal.Souſtenir,endurer,& ſouffrir.Hiſ.Soſtener.*]ἀνέχω.fero;fulcio, labẽtẽ excipio, alioqui ruiturũ retineo. Pla.in Men.Suſtine has Penicule exuuias.Idem in Pen.Quantum hominum terra ſuſtinet,Ci.2.de Nat.Deo.Ex quo concluditur,cũ omnes mundi partes ſuſtineantur calore,&c.Pli.li.12.c.25. Vineæ ſine adminiculis ſe ipſæ ſuſtinent.Suſtinere,pati,tolerare,[*Patire, tolerare,*]Cic.3.Phi.O dij immortales,quis huius potentiam poterit ſuſtinere?Ter,in Phor.Prima coitio eſt acerrima, Si eam ſuſtinueris,poſtilla iam,vt luber,ludas licet.Aliquando alo,reficio,egeſtatẽ ſubleuo,nutrico.[*Nutrire,*]Liu.Milites fluuiali piſce,& herbis ſuſtinebantur.Id eſt, cibabantur.Vir.lib.2.Geor.Hinc patriam parentũq; nepotes Suſtinet.Suſtinere ſe a reſpondendo.i.cohibere. [*Aſtenerſi.*]Cic.4. Acad. Cum ſe a reſpondendo, vt aut approbet, aut reprobet,quid ſuſtineat,vt neq; neget aliquid,neque aiat.Non ſuſtineo,pro non poſſum,neq; non audeo.[*Potere, ardire.*] Quint. lib.2.cap,4 Nec enim huius rei iudicium differre ſuſtineo. Oui.4. Faſt.Nec iam ſuſpendere fletum Suſtinet.Suſtineo, defendo,tueor.Cic.4.Acad.Philo autem dum noua quędam commouet, quod ea ſuſtinere vix poterat, quę contra Academicorum pertinaciam dicebantur,& apertè mentitur.Suſtinere perſonam,expectationẽ, cauſam,dignitatem imperij.i.tueri,itaque ſeſe gerere, vt ijs rebus non impar videatur.[*Defendere.*]Cic.pro domo ſua; Hi tales viri, qui non ſolum conſilijs ſuis,ſed ſpecie ipſa dignitatem reipu.ſuſtinent. Idem poſt reditum; Quorum mentes anguſtæ, & humiles magnitudinem tanti imperij ſuſtinere non poſſunt. Accipitur aliquando Suſtinere,pro compeſcere,reſiſtere.[*Reſiſtere.*]Cic.Attic. Cum iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere non poteris. Suſtinere,differre.Liu.li.5.ab Vrbe; Compreſſique a Centurione, quẽ ſibimet ipſi præfecerant,rem in noctem ſuſtinuere. Suſtineo,gradum teprimo.[*Fermarſi.*]Oui.6.Faſt.Obſtupui tacitus, ſuſtinuiq; gradum. Suſtinere dicitur Deus manum ſuam,quando retrahit. Ouid.lib.5.Faſt. Sæpe;Iouem vidi,cum iam ſua mittere vellet fulmina,ture dato,ſuſtinuiſſe manum.

SVSTOLLO,lis,a.3.[*Solleuare,alçare.*נשא naſa.G.Auffheben.*Gal.Eſleuer en haut.Hi.Alçar,arriba,*]ἀναφέρω.verbum eſt obſoletum,idẽ ſignificans, quod attollo, ſiue ſurſum ſubleuo. A quo manſit præteritum Suſtuli,& tempora ab eo formata.Virg.lib.2.Aen. Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas. Reliqua vide paulo poſt in dictione Suſtuli.

SVSTVLI.ἀπῶρκα.præteritum eſt verbi Tollo, non illud quidem proprium,ſed ab inuſitato verbo ſuſtollo mutuatum,& loco inuſitati præteriti Tetuli vſurpatum.Tollo(inquit Diomedes)tuli,quod in compoſitione ſuſtuli facit. Eius tamẽ perfecti inſtãs apud veteres Suſtollo.Nũc vero a Tollo,ſuſtuli.Hęc ille.Significat autẽ ſuſtuli,idem quod ſurſum tuli,in altum erexi,ſubleuaui.ἀπῶρκα.Ci.pro Deio. Cum eum in equum plures ſuſtuliſſent, vix in eo hærere ſenex potuit. Idem Att.Salaminij nos decretis ſuis in cęlum ſuſtulerunt.Aliquãdo idem quod ſuſcepi.ἀνῄρημαι.vt cum dicimus quẽpiam ex vxore liberos ſuſtuliſſe.i.ſuſcepiſſe. Nam quemadmodũ mater dicitur peperiſſe,ita pater ſuſtuliſſe.Ci.in Ant.Qui ex libertina ſuſtulerit liberos.Nonnũquam pro educaui.τέτροφα.Vir.li.9. Æn. Męonio regi quem ſerua Lycimna furtim Suſtulerat. Nonnunquam item quod occidi, necaui, abſtuli de medio, abrogaui, perdidi,deſtruxi,ſubuerti.ἀνῄρηκα.vnde eſt Diſtichon illud apud Sue.in Nerone:

Quis neget Æneæ magna de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic matrem:ſuſtulit ille patrem.Ci.de Di.Xenophanes diuinationem funditus ſuſtulit.Idem li.1.Offic.Maiores noſtri Carthaginem funditus ſuſtuleruntt.

SVSVM,pro ſurſum,apud antiquos.Cat. c.157.Ita ſubducito,ſuſum animam, quam plurimum poteris, in triduo polypus excidet.

SVSVRRO,as,n.1.[*Murmorare,bucinare,*הלחש hitlachesch.הגה hi rhan.Ge.Fliſſmen,rauſchen,murmlen,ein getummel machen. *Ga Murmurer entre ſes dents,faire un bruit bas.Hi.Zumbar, ò hacer ruido,murmurar,*]ψιθυρίζω.ſummiſſa voce loquor, lenem & ſubmiſſum ſtrepitum edo, qualis eſt aut apum murmur, aut aquę molliter defluentis,aut venti leuiter ſpirantis. Virg. in Culice; Ima ſuſurrantis repetebant ad vada lymphæ.Et paulo poſt; Quos leniter afflans Aura ſuſurrantis poſſit confundere venti.Surgitur aliquando pro clanculum.Ter.in Andr.Iam ſuſurrari audio ciuem Atticã

eſſe

esse hanc. Mar. lib. 2. Nequid forte petam timeteq; cauetque. Et secum sic vt audiam susurrat. Qu. ep. 18. Aut ego cum chara de te nutrice susurro. Susurratio, onis. [*Murmurio,*] verb. Cæl. ad Cic. lib. 8. Ad Cæsarem crebri & non belli de eo rumores, sed susurrationes dumtaxat veniunt. Hinc Insusurro, & Consusurro, composita de quibus suis locis.

SVSVRRO, nis, m. 3. [*Murmoratore, sustentatore,*] ψιθυρος. detractor, maledicus, qui non apertè loquitur, sed voce demissa auribus hominũ obstrepit.

SVSVRRVS, ri, m. 2 [*Murmoratione, murmori,* לחש lachasch. G. Ein gemurmel, gereusch, alss der fliessenden wasseren,] ψιθυρισμος. paruum, & summissum murmur. Ci. 4. Tus. Leuiculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferētis mulierculæ, (vt mos in Græcia est) insusurrantis q; alteri, &c. Hor. li. 1. Carm. Leuesque sub nocte susurri. Vir. 1. Ecl. Sepè leui somnum suadebit inire susurro. Declinatur etiam hoc Susurrum. Ouid. li. 7. Met. Procrin adit, linguaque refert audita susurra.

SVTATES, m. 3. a Plauto (modo emendata sit lectio) dici videtur ijdē, qui sutores, aut saltē quoddā sutorū genus. Sic. n. legitur apud ipsum in Aul. Stat fullo, Phrygio, auifex, lanarius, Ciniflones, patagiarij, īdusiarij, Propolæ, linteones, calceolarij, sutates, dibatharij.

SVTELA. læ, f. 1. καυτοτεχνία. dolosa astutia (vt inquit Festus) siue techna callidè consuta. Plau. in Cap. Quando ego te exemplis pessimis excruciauero, Atque ob sutelas tuas te morti misero, Vel te interijsse vel perijsse prædicent.

SVTERNA, f. 1. ῥάφη. ipsa sutura, siue opus sutorium. Var. Quod suternas facere inscius nihil homo agis.

SVTILIS, & hoc le, p. c. o. 3. [*Cucito, Cusito.* G. Das zusammen geflickt, oder gesetzt ist,] ῥαπτός. quod cō sutum est; vt Corona sutilis, quæ opponitur pactili. Pli. li. 21. c. 3. Summaq; auctoritas pactili coronæ: sutiles Saliorum sacris inuenimus, & solēnibus cænis. Baltheus sutilis. Vir. li. 12. Aen. Teritur qua sutilis aluo Baltheus. Cymba sutilis, qua Charon inferorum portior animas per Stygiam paludem traijcit. Idem lib. 6. Æn. Gemuit sub pondere cymba Sutilis.

SVTOR, m. 3. [*Calceolario.* G. Schuster, schuchbutzer, schuchmacher,] ῥαπτης. qui calceos suit. Propriè. n. artifex calceorum, Sutor appellatur, cum ille, qui suit pannos, potius Sarcinator dicatur. Pl. li. 35. cap. 10. de Apelle; Feruntque a sutore reprehensum, quod in crepidis vna intus pauciores fecisset ansas, eodem postero die superbo emendatione pristinę admirationis cauillante circa crus, indignatum prospexisse, denuntiantem, ne supra crepidam sutor iudicaret: quod & ipsum in prouerbium venit.

SVTORIVM Atramētum, n. 2. [*Vitriolo*] χαλκανθος. corpus metallicū, quo aqua dissoluto corium denigratur. Duo eius sunt genera, Fossitium, quod aliquando est cæruleum, aliquando pallidum, aliàs cādidum, & pellucidum in morē vitri, vnde & vitriolum vulgo appellatur. Factitium vero ex aqua pluuia fit per metalla defluente in lacunam, quę inde ab ijs, qui in metalla sunt dānati, in vasa ampla fictilia perfertur, in quibus æstiuis diebus concrescit. Vide plura de hoc apud Plin. lib. 35. cap. 12. & Dioscor. lib. 5.

SVTRINA, næ, p. p. f. 1. [*Calceolaria.* G. Ein schusters ladē oder werckstatt,] ῥαφειον. officina sutoris. Pl. li. 10. c. 43. Tiberio principe ex fętu supra Castorum ædem genitus pullus, in oppositam sutrinā deuolauit, etiam religione commendatus officinæ domino.

†SVTRINVS, a, um. adiect. Tacit. l. 15. Sutrinę tabernæ. Sutrinum, hi. 2. pro arte sutrina. Seneca epist. 91.]

SVTRIVM, n. 2. σουτριον. oppidū Tusciæ mediterraneū, apud Str. li. 5.

SVTVRA, æ. p. p. f. 1. [*Cusetura.* Ge. Ein naht,] ῥαφη, ῥαφια. commissura partium consutarum. Cor. Cels. lib. 8. Sutura oras tingit, quæ ne ipsæ quidem contingere ex toto debent. In cranio quoque Suturæ dicuntur commissuræ illę, quibus ossa coniunguntur. Cel. lib. 7. Raro caluaria solida sine suturis est, & id caput firmissimum, atque a dolore tutissimum est: ex cæteris quo pauciores sunt suturę, eo capitis valetudo commodior est.

SVTVS, m. 2. vt ex Catonis sententia refert Pli. lib. 8. cap. 5. nomen fuit elephāti, qui Punica acie fortissimè dimicauerat, altero dente mutilato.

SVVS, ua, ud. 2. [*Suo.* Ge. Sein. *Gal. Sien, ſoy. Hiſ. Suyo,*] οφιτερος, σφος, ἑ ὁς. relatiuum reciprocum a Sui genitiuo deductum, de quo supra egimus in suo primitiuo. Hic paucula tantum annotanda sunt, quæ illic sunt omissa. Suus aliquando idem valet, quod sui iuris. Ci. 4. de Fin. Semperque erit in disputando suus, i. non vtetur alienis inuentis argumentorum. Aliquando idem quod proprius [*Proprio,*] Cic. pro Rosc. Am. Sua quemq; fraus, & suus terror maximè vexat, suū quēque scelus agitat. Idem 1. Offi. Expendere oportebit, quid quisque habeat suiid enim maximè decet, quod est cuiusque suū maximè. Sic ad Att. li. 14. Plura nobiscum hic pethonorificè & amicè Octauius, quem sui Cæsarem salutant. Pla. Trin. Neu suum adimerem alteri. Idē Cur. Quibus sui nihil est, nisi vna lingua. A Suus deducuntur composita suaptè, & suoptè, quæ idem valent, quod suamet. & suomet, vt suaptè culpa, id est, suamet, vel sua ipsius culpa. Idē Merca. Suapte culpa ex genere capiūt genus. Suopte ingenio. Li. li. 1. ab Vrb. Suopte igitur ingenio temperatum animū virtutibus fuisse opinor magis, instructumque. Suopte nutu. Cic. 1. Tus. Vt terrena, & humida suopte nutu, & suo pondere ad pares angulos in terram, & in marę ferantur. Suusmet. Tac. li. 14. Pulli cū suis cęlijs integri suomet ipsi metu, & angustijs vratum conflictabantur. Sal. in Lug. Necesse est suomet ipsi more precipites eant.

S A N T E Y

SYAGRA, græ, f. 1. συάγρα. regio Ciliciæ, prope Adum & Laerum, a suum venatione, (vt ex nominis compositione apparet) appellata.

SYAGROS, m. 2. [*Porco cinghiale,*] σύαγρος. canis nomen apud Septuaginta, a suum venatione impositum. Græcis item Syagros, apud eosdem seu suem siluestrem significat.

SYAGRON, n. 2. σύαγρον. extremum Arabiæ felicis promontorium, in mare rubrum, cuius meminit Plin. lib. 6. ca. 23. & 28. & Ptol. Tab. Asiæ 6.

SYBARIS, f. 3. σύβαρις. Stephano, Magnæ Græciæ oppidum, inter Crathin & Sybarin annes, ab Achiuis conditum, qui post Troiæ excidium vi tempestatis eo fuerunt appulsi. Huius olim tāta fuit potentia, vt quaternas proximas rexerit gentes, & quinque & viginti urbes suo subdiderit imperio, & contra Crotoniatas trecenta hominum millia armarit. Auctor Strab. lib. 6. Est & Sybaris (vt iam diximus) fluuij nomen iuxta vrbem eiusdem nominis, a cuius potu accolæ subinouent greges, siue quod pecora sternutamētis exagitet, vt visum est Strabonī: siue quod vellera nigrore inficiat, cum Crathis vicinus amnis ijs candorem inducat, vt tradit Pli. li. 31. c. 2. Est item Sybaris adolescentis nomen apud Hor. l. 1. Car. Ode. 8. Lydie, per oēs Te deos oro, Sybarim cur properas amando Perdere.

SYBARITÆ, m. 1. συβαρῖται. Populi fuerunt ingeniosissimi omnium voluptatum architecti, omnium q; deliciarum genere adeo effęminati, vt Sybaritica mensa in prouerbiū abierit. Traditur hisce fuisse consuetudo, vt conuiuas in proximum annū inuitarent: ne spatium interim deesset, aut continuatori conquisitis terra marque delicijs epulas instruendi, aut conuiuis ipsis corpus auro gemmaque exornandi. Hi postremo aduersus Crotoniatas bello suscepto, cum trecenta hominum millia in aciem eduxissent, turpissime tamen victi, vnaque cum vrbe sua sunt deleti.

SYBARITIS, tidis, f. 3. συβαρῖτις. patronymicum fem. a Sybaritis populis formatum. Ouid. de Trist. ad Augustum: Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit. Quo in loco Sybaritida vocat Ouid. opus Hemitheonis cuiusdam Cynędi, de generibus voluptatum, & obscęnarum deliciarum.

SYBOTA, æ, p. c. f. 1. σύβοτα. Stephan. Insula est ante Leucadiam, teste Plin. lib. 4. c. 22.

SYCAMINON, n. 2. συκάμινον. oppidum fuit in ora Phœnices, cuius sua ætate nihil præter memoriam extitisse auctores sunt Pli. lib. 5. cap. 19. & Strab lib. 16. Sycaminon item Græci morum appellant, arboremque ipsam Sycaminean. συκαμινέαν.

SYCE, f. 1. συκη. insula est Asiæ adiacens, non procul ab Epheso, cuius meminit Pli. lib. 5. c. 13.

SYCHÆVS. Vide supra Sichæus.

SYCITES, m. 1. συκιτης. gemma a fici colore dicta de qua Pli. lib. 37. c. 11. Est item Sycites, vini factitij genus ex fico, quem alij Palmyrenum, alij Catorchiten appellant, singulis modijs in aquę congij tribus maceratis, vt docet idem Pli. lib. 14. c. 16.

SYCOMORVS, p. c. f. 1. [*Sicomoro arbore,* שקמה schikmah. G. Adamsfeigen, Maulbeer feigbaū] συκόμορος. Lutescit arbor est, mediā inter morū & ficum similitudinem habens, vnde & nomen ei impositum est, συκη enim Græcis ficus est, & μορέα, arbor, quā & Latini morum appellant. Hanc nonnulli ficū Aegyptiam, Theophrastus Aegyptiām Morum, Celsus inuersa compositione Morotycō, Dioscorides, & Galenus Sycomorū appellarunt. Dioscorides scribit Sycomorum esse arborem magnam, similem ficui, foliis moro quam proximis, magna lactis copia abundantem. Fructum fert ter quaterve quotannis, non ramis, vt ficus, sed caudice ipso, caprificis similem, ficorū grossulis dulciorem, & qui in interiore farcto nulla, qualia in fico sunt fruméta habeat, nec, nisi ferro vnguibusve scalpatur, maturescentem. Nascitur præcipuè in Rhodo, & Cana, alijsque locis frumenti non admodum feracibus. Prouenit & in Aegypto, maximè in Nili aggeribus, quos radicibus suis colligat, & aduersus Nili inū dationes munit: vñ teste Vlpiano, grauiter in eos solet animaduerti, qui in Nili ripis sycomorum excinderent.

SYCOPHANTA, sycophantæ, m. 1. [*Maligniator da fichi, calommiatore,* חלורכיל holech rachil. G. Ein Anxlager, Verrether. *Gal. Calomniateur, faux accuſateur, trompeur, emputeur mangeur de figues. Hiſ. El que come los higos, calumniador.*] συκοφαντης. idem qui calumniator, siue delator. Cuius significationis ratio ab alijs alia traditur. Nā vt (inquit Plutarchus) Sycophantæ ex cupiditate alijs faciendi negocij nomen factū aiunt. Nam cū Athenis vetitū esset efferre ficus, qui eos deferebant, accusabantque, Sycophantę sunt appellati. Alij tradunt, cum Attici iuuenes in hortos alienos irrumperent, ficusq. sublegerent, pœnam capitis in eos, qui id facerent, sui se constitutam; quam pœnam qui persequerentur oo paruula detrimenta, Sycophantas appellatos. Dicti itaque videntur Sycophantę, παρὰ τὸ τὰ σύκα φαίνειν. hoc est, a ficuū delatione. Alij nonnulli

huius

huius etymon ad huiusmodi referunt fabulam, quã & Maximus Planudes in uita Æsopi refert. Cum Xanthi philosophi seruus ficus domino ex agro allatos absumpsisset,eius rei culpam in Aesopum conseruum suum coniecit. Qui vt domino innocentiam suã probaret,aquam tepidam ebibit,eamdemque puram,ut hauserat, euomuit. Quod cum iubente hero alter quoque feciſſet,unà cum aqua ficuum quoq.frusta eiecit,eaq. ratione prodito calumniatore factum est,ut Sycophantam dicamus, qui insontem falso crimine calumniatur. Pla.in Amph. Nimis hic scitus est sycophãta, qui quidem sit meus pater.

SYCOPHANTIA,æ,f.1.[*Calomnia,fallacia,* שטנה fitnah.G.Luegévvercк,lesterung,falsche aufftrechung eines lasters.G.*Calomnie,fausse accusation,tromperie,deception.H.Calumnia,engaño.*]συκοφαντία. mendacium,calumnia, fallacia.Plau.in Asi.Per fallaciam,q̃ amabat,abduxit a lenone mulierem,neq. puduit id ætatis sycophãtias struere. Idem in Asin.Perfidiæ laudes, gratiasq. habemus merito Dijs magnas, Cum nostris sycophantijs, dolis,astutijsque,scapularum confidentia,&c.

SYCOPHANTOR,aris,ari,d.1.συκοφαντῶ.Suidę,sycophantias struere Plau.in Tri.Quamquam hoc me ætatis Sycophantari pudet.

SYCOPHANTIOSE,[*Con ingeanni.*Ger. Mit falschen auffirechen oder zureden.*Gal.Calonnieusement. His.Calumniosamente,*]aduer.antiquum.συκοφαντικῶς.hoc est,dolosè,seu per calumniam. Plaut.in Pseu.Ego nec sycophantiosè quicquam ago,nec maleficè.

SYCOSIS,pe.p.f.3.συκωσις.vitium est palpebræ asperę, & granorum exiguorum,quę in vicis frumenta a Plin. appellantur, similitudinem ficus referentis,vnde & nomen accepit.

SYCVSA,f.1.συκοῦσα.Insula est i mari Aegæo,ante Ephesum:de qua Plin.lib.31.c.5.

SYDERIS,m.3.fluuius in finibus Caspiorum,& Hyrcanorum,a cuius ostio Caspium mare nomine amisso,Hyrcanum incipit appellari. Auctor Plin.lib.9.cap.16.

SYDVS,n.3.& Syderatio.Vide supra in dictione Sidus.

SYEDRA,dræ,f.1.σύεδρα.oppidum est Isauriæ,quæ est regio Asiæ mediæ inter Ciliciam,& Pamphiliam.Stephanus.

SYENE,f.1.συήνη.vrbs in cõfinibus Æthiopiæ atque Aegypti,nõ procul a Nilo,supra Alexandriam versus meridiem quinque millibus stadiorum,sub tropico Cancri directè locata: vnde Sole existente in Cancro,medio solstitij die,supra uerticem ciuitatis nullã prorsus in ea umbram iaci,ait Plin.lib.2.cap.73.Lucan.libr.2.Vmbras nusquam flectente Syene.

SYGAROS,f.2.σύγαρος.Insula est in sinu Arabico,in qua nulli sunt canes,atque aliunde importati, circa litora errantes moriuntur.Auctor Plin.lib.6.c.28.

SYLA,f.1. per simplex l,mons Lucaniæ, syluam habens eiusdem nominis,latrocinijs crebris infamem.Vnde & nomẽ accepisse videtur,ἀπὸ τοῦ συλᾶν, quod est prædari.Sall.de fugitiuis,in sylua(inquit)Syla fuerunt.Virg.12.Aen.Ac veluti ingenti Syla,summoue Taburno,Cum duo,&c.

SYLLA,m.1.duplicato l.σύλλας.fuit Romanus nobilis,teste Sall.qui ex antiqua Scipionum familia originem duxit.Hic in adolescẽtia omnibus flagitijs inquinatam uitam egit, usque ad Quæsturam, quam sub Mario adeptus est, in qua uitam omnem penitus commutauit.Litteris Grecis,& Latinis bene eruditus,facundus, acer, astutus,gloriæ cupidus,sui securus,pecuniæ maximus largitor, animo grandis adeo,vt de illo dubitari potuerit(inquit Sallust.)fortior ne,an felicior esset.Missus a Mario ad Bocchum regem legatus,Iugurtham vinctum retulit.Deinde & Mithridatem Asiã crudelissimè vastantem cõpescuit:socialis belli luctus repressit: Cinnæ dominationem fregit,& Marium, qui olim se Quæstorem fastidierat, ipsam illam prouinciam proscriptum, & exulem coegit petere. Dictator deinde effectus, ita remp. oppressit, vt teste Cic. in Ver.Nemo illo inuito,nec bona,nec patriam,nec vitam retinere posset.Post remo repub.constituta,dictaturam deposuit, & priuatus Puteolos concessit:vbi & pediculari morbo perijt. Quapropter Cæsar Iulius dicere consueuit,illum litteras nescisse,quia dictaturam deposuisset,vt scribit Tranquillus. Syllę autem nomen ex Sybilla contractum putatur. Ita enim dictus fuit, qui primus exgente Cornelia id cognomen sortitus est:cuius posteri duabus sublatis litteris Syllæ sunt appellati.

SYLLABA,bæ,f.1.[*Sillaba.*Ge.Ein silben eines vvorts.G*a.Sillabe.Hi. Sillaba.*]συλλαβή.est comprehensio litterarum, vel vnius vocalis enũciatio,vnius,aut duorum temporum capax. Omnis.n.syllaba aut breuis est,& vnum tempus recipit,quod atomum metrici vocant:vt,Vir.Aut longa,& duo recipit tempora, vt Res. Dicta est autem Syllaba,ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν, quod est comprehendere. Propriè enim illa est syllaba,quæ ex pluribus litteris constat.Quæ aũt vna vocali perficitur,abusiuè syllaba vocatur,& Monogramma appellatur.Alię dũr Digrammę,vt Ne: vsque ad Hexagrammam,vt Stirps.Accidunt syllabæ quattuor,tenor,spiritus,tempus, & numerus litterarũ.Tenores tres sunt, acutus,grauis,& circumflexus.Spiritus duo,asper,& lenis. Tempora tria, breue,longum, commune. Numerus,quia vnica littera contenta esse potest, aut

plures admittit; senarium tamen numerum non egreditur.

SYLLABATIM,aduerb.[*Al cambino.a compito.*Ge.Den silben nach.] κατὰ συλλαβάς.per syllabas.Cic.ad Att.lib.13.Ergo ego ne Tironi quidem dictaui,qui totas περιοχὰς persequi solet,sed Spintheri syllabatim.Dicere syllabatim.Idem 4.Acad.Cum enim tuus iste Stoicus sapiens syllabatim tibi ista dixerit.

SYLLANION,m.3.συλλανίων.statuarius nullo doctore nobilis:de quo Pli.lib.34.c.8.

SYLLANVS,a,um,o.1.2. Cicero contra Rullum : Qui nos Syllanos in inuidiam rapit.

SYLLATVRIO,is,n.4.p quo & Sullaturio scribimus,verbũ desiderati uum est à Sylla formatũ, quod est Syllã,eiusq; mores,crudelitatẽ, & proscriptionẽ imitari.Cic.ad Att.li.9.Hoc turpe Cn.noster bien nio ante cogitauit: ita Syllaturit aĩus eius,& proscriptus fit iamdiu.

SYLLEPSIS,f.3.σύλληψις.figura est orationis,teste Rufiniano,cũ duabus, diuersisq; sententijs verbum accommodatur alteri non conueniens.Beda definit esse dissimilium clausularum per vnum verbum conglutinatam conceptionem,vt cum substantiuis,nominari tantum respondens.Virg.1.Aen.Socijs,& rege recepto.Idem 1. Eclog.Sunt nobis mitia poma,Castaneæ molles,& prelli copia lactis.Aut cum pro multis vnus ponitur,vt Vterumque armato milite complent.Aut pro uno multi:ut Vos ò Calliope precor aspirate canenti.Vsitatius enim dixisset:O uos Musæ.Dicta syllepsis.ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν,quod est concipere: unde Latinè cõceptionem, siue comprehensionem uertere possumus.

SYLLOGISMVS,m.2.[*Sillogismo.Gal.Syllogisme.H.Syllogismo,*]συλλογισμός. argumenti firmissimi genus,ex duobus pronunciatis conclusionem necessario inferens: Latinè Ratiocinationem uertere possumus,ἀπὸ τοῦ συλλογίζεσθαι,quod est ratiocinari.Qu.li.3.c.7.In syllogismo tota ratiocinatio ab eo est,qui intendit.

SYLOSON,tis,m.3.συλοσῶν.Polycratis Samiorum Tyranni frater,qui cum Dario Hystaspis filio vestem,quam ferebat,aliquando largitus esset, ab eo pro pensatione muneris tyrannidem dono accepit, in qua administranda crudelissime sese gessit,patriam ciuibus exhauriẽs.Vnde tractum est prouerbium,ἔλαττε συλοσῶντος δίψαν.Hoc est,Syloſontis opera facta est loci amplitudo.

SYLVA,æ,f.2.[*Selua, bosco,* יער iahar.G.Ein wald.*G.Foreſt,bois.Hiſ.El bosque de arboles*]ὑμός,ὕλη.nomen generale est nõ solum arborũ, sed etiam herbarum.Virg.li.1.Geor.Subit aspera sylua,Lappæque tribulique.Propriè tamen arborum,& quæ cædua est,hoc est, quę habetur ad eum vsum,vt ex ea materia cædatur. Quod si succisa sit,nihilominus dr Sylua,qm̃ rursus ex stirpibus,aut radicibus renascitur.Cic.ad Att.lib.12.Mane me in syluam abstrudo densam, atq; asperam,non exeo inde ante vesperam. Qu.lib.2.c.10.de Ormpheo : Non feras modo, sed saxa etiã, syluasq, duxisse posteritatis memoriæ proditum est.Vir.6.Aenei.Itur in antiquam syluam,stabula alta ferarum. Dicta sylua,ab eo, quod Græcis ὕλη.i. materia dr. Et vt illi ὕλην,pro materia,sic nostri Syluam posuerunt. Sylua autem vel glandifera est, cuius arbores non cæduntur, sed ad escã quadrupedibus præbendam seruantur : aut Cædua, φ in ea arbores, cum ad iustam proceritatem creuerunt, cęduntur,vt vel ædificationibus,vel alijs vsibus materiam præbeant.Lucus non est cẽneri dedicatus,circa delubrum Dei,vel sepulchri. Saltus est sylua inuia, vbi pasci,& æstiuare,vel hiemare pecudes solent. Nemora voluptatis cã comparata,& plena amœnitatis.Qm̃que Syluam accipimus pro tumultuario, & extemporaneo scripto, quod Græci αὐτοσχεδίασμα appellant:cuiusmodi sunt Syluæ Papinij, quas sibi subito calore,& quadã festinandi voluptate excidisse testatur.Quin. lib.10.c.3.Diuersum est huic eorum vitium,qui primo decurrere per materiam stylo, quam velocissimo volunt, & sequentes calorem atque impetum,ex tempore scribunt : hanc Syluam vocant. Hinc Syluula.ὑλάριον.diminutiuum.Col.li.8.c.15.Sunt enim quibus cordi est,vel in syluulis tamaricum,aut scirporum fruteris immorari:nec ob hanc tamen causam totus locus syluulis occupetur?

SYLVANVS,m.2.[*Siluano*]syluarũ Deus,qui Cyparissum puerũ in delicijs habuisse dr,eumdẽq; in arborem sui nominis,hoc est,in cupressum transformasse.Fabulantur.n.poetę,Cyparissum ceruã habuisse mansuefactam,eamq; vnice adamasse:quam cum Syluanus imprudẽs occidisset,puer doloris impatientia cõtabuit, cuius mortem ægrè ferens Syluanus in arborem cupressum eum commutauit, quam amasij desiderio semper dr circumferre. Quidam Syluanum eumdem esse putarunt cum Pane. Vir.tñ lib.1.Geor.manifeste eos distinguit.Nam cum dixisset, Pan ouiũ custos,&c.interiecta deinde Mineruæ,& Triptolemi mentione,subdit tãdem. Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum. Quem locum explicans Ser.Publica(inquit)cæremoniarum opinio hoc habet, pecorũ & agrorum Deum esse Syluanum. Prudentiores tamen dicunt eũ esse ὑλικόνθειον,hoc est,Deum τῆς ὕλης,ὕλη.autem,est fex omnium elementorum,idest,ignis sordidior, & aer, item & aqua, & terra sordidiora,vnde cũcta procreantur.Quam ὕλην,Latini materiam appellauerunt: nec incongrue, cum materię syluarum sint. Ergo

quam Greci a toto, Latini à parte dixerunt. Hæc ille. Pli. li. 12. c. 1. Quin & Syluanos, Faunosque, & Deorum genera syluis, ac sua numina tamquam è cœlo attributa credimus.

SYLVATICVS, a, um, o. 1. 2. [*Saluatico di selua.* Ger. Des vvaldts. *Gal. De foreſt, ſauuage. Hiſpa. Coſa perteneſciente a boſque,*] ὑλικὸς. quod est syluæ, seu quod ad syluam pertinet. Var. lib. 1. de re rust. Vt falces dicuntur ab eodem scriptore vineaticę opus esse sex, serpiculæ quinque, syluaticæ quinque, arboratię tres, rusticariæ decem. Syluatica laurus, crescens in syluis. Cato cap. 8. Syluaticus mus. i. agrestis, siue in syluis habitans. Pli. lib. 3. c. 9.

SYLVESCO, is, ere. n. 3. [*Faſt ſelua.* G. Zu einem vvald werden mit vie len ſchoſſen. *Gal. Deuenir ſauuage. Hiſ. Hazerſe boſque,*] ὑλομανεῖν, in nimiam ramorum, sarmentorumve vberratem luxuriare. Cic. in Cat. Quam multiplici serpentem lapsu, & erratico, ferro amputas coercet ars agricolarum, ne syluescat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. Col. li. 4. c. 11 Nec pati vitem superuacuis frondibus luxuriantem syluescere.

SYLVESTER, stris, stre, vel hic & hæc Sluestris, & hoc sylvestre. [*Saluatico,*] ὑλάεις, ὑλαῖος. idem quod syluosus. Liu. li. 7. Bel. Pu. Tumulus erat syluestris inter Punica, & Romana castra. Cic in Læl. Cum locis ipsi delectemur montosis & syluestribus, in quibus diutius cõmorati fumus, hoc est, locis qui in montibus sunt, & syluis. Interdum idẽ quod agrestis, siue rusticus. [*Villeſco.*] Ouid. 2. Fast. Transtulit Euander syluestria numina secum. Virg. 1. Eclo. Syluestrem tenui musam meditaris auena. Hinc Syluestrior, comparatiuus. Pli. li, 26. c. 27. Syluestriora omnia tardiora.

SYLVIA, f. 1. quę & Rhea, & Ilia, Numitoris filia, quæ a Marte compressa, (vt Romani credi voluerunt) Romulum peperit, & Remum, vrbis Romanæ conditores. Vide Liu. li. 1. ab Vrb. Est & Syluia apud Virg. 7. Aene. Nomen sorotis Thyrrhæi, pastoris regij armenti, cuius ceruus mansuetus a Troianis vulneratus, initium præbuit belli inter Latinos, & Troianos aduenas.

SYLVICOLA, æ, p. c. m. 1. [*Che habita nelle ſelue. G. Ein vvald vvohner. G. Qui habite es foreſt, Hi. Elque mora en los boſques*] ὑλικοπός. qui syluã incolit. Prop. li. 3. Eleg. 13. His tũ blanditijs furtiua per antra puellę Oscula syluicolis empta dedere viris.

SYLVICVLTRIX, cis, f. 3. syluę habitatrix. Cat. Ep. 58. Vbi cerua syluicultrix, vbi aper nemoriuagus?

SYLVIFRAGVS, a, um, p. c. o. 1. 2. [*Spezza ſelue.* Ger. Das die vvald zerreiſſt.] venti epitheton est, quo arbores in syluis & franguntur, & eruuntur. Lucr. lib. 1. Montesq. supremos Syluifragis nexar flabris.

SYLVIGER, a, um, o. 1. 2. [*Seluoſo.* G. vvaldechtig. *Gal* Plein d'arbores, *boſcageux. Hiſp. Llenobcoſques*] ὑλάδης, ὑλοεις. sylua obsitus, arborum densitate syluæ imaginem referens. Liu. lib. 9. ab Vrbe: Saltus duo alti, syluosiq, sunt, montibus circa se perpetuis inter se cõiuncti. Pli. lib. 12. ca. 5 Superiores eiusdem rami in excelsum emicant syluosa multitudine.

SYLVIVS, m. 2 Ascanij filius, Aeneæ nepos, ita dictus, quod casu quodam in sylua natus esset: a quo deinceps Albanorum reges omnes Syluij dicti sũt, sicut Romanorũ Imperatores Augusti, Aegyptiorum reges Ptolemęi, Parthorum Arsaces. Vide Liu. lib. 1. ab Vrbe.

SYMA, mę, f. 1 siue Syme, es. σύμη. insula est Cariæ adiacens, portum habens clausum, triremibus aptum, & nauale nauium viginti. Auctor Strab. lib. 14.

SYMAETHVS, m. 2. σύμαιθος. fluuius Siciliæ: nõ longè ab Aetna, qui ut ait Strab li 6. agrum Catancum irrigat Hinc deducitur adiectiuũ Symæthius, a, um. Vir. 9. Aen. Eductum Martis luco Symæthia circum Flumina.

SYMBARI, m 2. populi feri, inter Arabiæ montes, & Nilũ incolentes, elephantumq. venatu victitantes. Auctor Pl. li. 6. c. 31.

SYMBALIOTA, p. p. m. 2. συμβαλλωτά. ueſtes quædã coacti per se uelleris implexu potius, quam textu confectæ, ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν.

SYMBOLA, f. 1. apud antiquos in eadem legitur significatione, in qua Symbolum. Pla. in Stic. Iam hercle ego per hortum ad amicã meam sibo meam, Mihi hanc occupatum noctem; eadem symbolam Dabo, & iubebo apud Sangarium cenam coqui.

SYMBOLVM, li. p. c. n. 2. [*Segno. contraſigno, conſentimento.* G. Ein vrte, item ein vvahrzeichẽ. *G. Enſeigne de reconoiſſance, eſcot. Hiſ. Collecta de dichos ſentencias*] nota, signũ, collatio. σύμβολον, ἀ συμβάλλω, confero. Hinc fit, vt Symbolum accipiatur pro eo, quod in cœnam comparandam plures conferunt. Ter. in And. Symbolum dedit, cenauit. Dicitur etiam Symbolum, signum bellicum, quod a Latinis Tessera appellatur, quo socij ab hostibus, & exploratoribus, dignoscuntur vti Marij exercitu, Lar Deusti castus Syllæ, Apollo Delphicus: inter Cæsarianos, Venus genitrix. Ab huius similitudine Symbolum Apostolorum dictum est, quoddam quasi totius nostræ fidei breuiarium, quo veluti quadam tessera, Pseudoapostoli a veris discernerentur. Erant enim eo tempore Indęi quidam, qui simulabãt se esse Apostolos Christi, & lucri alicuius, uel uĕtris gratia ad prędicandum proficiscebantur: nonnunquam quidem Chri-

stum, sed non integris traditionum lineis annunciantes. Hoc etiã nomine dicebantur tesseræ quædam, quæ dabantur publicè a ciuitatibus quibusdam hominibus sibi amicis, ut hospitaliter, & amicè acciperentur in oppidis fœderatis. Sic etiam hodie uocari possunt tesseræ collybisticæ, ad permutandam pecuniam sine uecturæ periculo institutæ. Iulius Pollux interpretatur Symbolum parui numismatis. Aristoteles originem. i. etymologiam uocabulorũ Symbolum appellat, per quam uis uerbi, uel nominis, per interpretationem cognoscitur. Symbola item dicũtur notæ arcanioris cuiuspiã mysterij significatiuæ: vt cum cicomam dicimus esse symbolũ pietatis, & papauer fertilitatis. Item breues quędam & involutæ sententiæ, & quędam quasi ænigmata, rem aliquã occultam, & recõditam significantia: quæ συνθήματα, & ἀλληγορήματα a Græcis appellantur; cuius generis sunt Symbola Pythagorica.

SYMBOLVS. p. c. m. 2. σύμβολος. idem quod symbolum. i. annulus, tessera, chirographum. Pla. in Bacc. Eo præsente homini extemplo ostẽdit symbolum, Quem tute dederas ad eum ut ferret filio. Idem Pseu. Date istum symbolum illi. Iustin. l. 1. Sollicitare inquietos in partes suas statuit, & cum colloquẽndi copiam non haberet, quo applicaturi erant symbolos proponi, & saxis proscribi curat. Quo in loco symbolos uidetur appellare litteras siue notas, quibus militibus indicabatur locus, quo essent conuenturi.

SYME, f. 1. σύμη. insula Cariæ adiacens, medio fere spacio inter Rhodũ & Gnidum, vt tradit Pl. li. 6. c. 31. Vide supra in dictione Syma.

SYMMACHVS, p. c. m. 2. συμμαχὸς. ppriũ nomẽ oratoris cuiusdã Romani, q̃ missus fuit a senatu Cõstãtinopolim ad Theodosij filium, rogatũ, ut Vestales a Christianis desiui minimè paterẽtur. Cuius rei gratia, putabant sẽ aduersa multa à Dijs esse passos. Eius igitur orationem & Prudentius, & Ambrosius, qui huius meminerũt, acerrimè confutarunt. Fuit & Symmachus, sacrorum librorũ interpres, doctrinæ parũ syncerę, cuius meminit Eusebius. Græcis alit q̃ συμμαχὸς, belli socium significat & συμμαχία, belli societatem.

SYMMETRIA, f. 1. [*Proportione.* G. *Symmetrie, proportion. Hiſ. Symetria o proportione,*] συμμετρία. apta membrorum partiumve omnium proportio, quæ quibus adest, symmetra. σύμμετρα. dicuntur. Plin. lib. 34. c. 8. Primus hic multiplicasse varietatem videtur, numerosior in arte, quam Polycletus, & Symmetria diligentior.

SYMMONIANVM, n. 2. trifolium, vel (vt Ruellio placet) symoniacum herba quam in hæc verba describit Col. lib. 6. c. 17. Symmonianũ trifolium, quod inuenitur conuagosis locis, efficacissimum tradit, odoris grauis, neque absimilis bitumini, & idcirco Græci eam ἀσφάλτιον appellant; nostri autem propter figuram vocant *Acutum* trifolium: nam longis hirsutis foliis viret, caulemque robustiorem facit, quam patense.

SYMPATHIA, f. 1. [*Compaſſione.* Ger. Mitleidung, vbereinſtimmung. *Gal. Simpathie, accord, & conuenance naturelle. Hiſp. Compaſſion, conſentimento,*] συμπάθεια. condolentia, naturalis consensus, & conuenientia, qualis est maris cum Lunæ natura, & heliotropij cum natura solis. Cic. 3. de Nat. Deor. Illa vero cohæret & permanet naturæ viribus, non Deorum, estque in ea iste quasi cõsensus, quam συμπάθειαν Græci vocant.

SYMPHONIA, æ, f. 1. [*Sinfonia, conſonantia, concento.* Germ. zuſammenſtimmũg, mithelligkeit. *Gal. Accord de ſon. Hiſp. Conſonancia en la muſica.*] συμφωνία. consonantia, & musicus concentus, ἀπὸ τοῦ συμφωνεῖν, q̃ est cõsonare, siue cõcinere. Cic. pro Cęl. Accusatores quidẽ libidinis, amoris, adulteria, Baijs acta conuiuia, comessationes, cantus, symphonias, nauigia iactant. Cic. ad Tir. lib. 15. Symphoniam Lysonis nelim vitasses, Symphonia herba, quæ & Gumphena dicitur. Pli. lib. 26. c. 5. Symphonia, vel gumphena alternis viridibus roseisq; per caulẽ foliis, in posca sanguinẽ reijcientibus medetur.

SYMPHONIACI pueri, m. 2. συμφωνιακοὶ παῖδες. serui qui ad moduiationes musicas, concentusque conficiendos comparantur. Cicero pro Mil. Milo tum casu pueros symphoniacos vxoris ducebat. Pædianus auctor est, cani tenigibus celeusma, per symphoniacos seruos solitum olim fuisse, interdum per assam vocem, id est, ore prolatam, interdum per citharam.

SYMPHONIACA HERBA, f 1. eadem cum Apollinari, siue hyoscyamo, teste Apuleio. Palladius: si cerasus çstu caniculatiũ fatigetur, herbam symphoniacam circa arboris truncum torqueri in coronam iubet, vel ex ea iuxta vnum caudicem cubile fieri.

SYMPHREATIDES, qui ijsdem vruntur puteis. Cicer. lib. 2. de Leg. Ego mehercule, & illi, & omnibus municipib. duas esse censeo patrias, vnã naturæ, alteram ciuitatis: vt ille Cato cum esset Tusculi natus in P. R. ciuitatem susceptus est. Itaque cũ ortu Tusc. esset, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alterã iuris, vt veltri Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, & in Astv, quod appellatur, omnes conferre se iussit. & Symphreatidas ex Atticos fieri: sic nos & patriam dicimus, vbi nati, & iliam qua excepti sumus, Quo in loco tamen nonnulli συμφρατορας. legere malunt, quasi ὁμόφρονας, hoc est, eiusdem animi, & sententiæ.

SYMPHYTON PETRAEON. συμφύτον πετραῖον. Herba in saxis nascẽs, tamaris tenuibus, paruis, origani similibus, capitulis thymi, succulosa tota, odorata, gustu dulcis, saliuam ciens, longa radice, subrufa, digi-

giti craſſitudine, Latini Alum, ruſtici in Gallia *Bulgum* appellant. Symphyton alterum, caule naſcitur cubitorum binum, aut maiore, angulo ſo, inani, vt ſonchus; & craſſo, qui per breuia interualla circumdatur folijs lanuginoſis, oblongis, &c. Officinæ nomẽ ſymphyti retinuerunt. Herbarijs & vulgo *Conſolida maior* vocatur.

SYMPINIVM, n. 2. *συμπίνιον*. vas vinarium nõ diſſimile cyatho, quo in ſacrificijs vtebantur, *ἀπὸ τοῦ συμπίνειν*, quod eſt cõpotare. Iuue. Sat. 6. Et quis tunc hominum contemptor numinis, aut quis Sympinium tidere Numæ, nigrumq; catinum. Quo tamen in loco nõ deſunt, qui ſympullũ legere malint, quæ vox & apud Pli. & apud Varro. legitur. Verba Plinij ſunt hęc lib. 35. c. 12. In ſacris quidem etiam inter has opes, non murrhinis, cryſtallinisve, ſed fictilibus prolibatur ſympullis. Varro autẽ ſic habet lib. de Lin. Lat. Quod vinum dabant, vt minutatim funderent, a guttis Guttum appellarunt. Quod ſumebant minutatim, a ſumendo ſympullum nominauere. In huiuſce iocum in conuiuijs è Græcia ſucceſſit epichyſis, & cyathus: in ſacrificijs remanſit guttus, & ſympullum.

SYMPLEGADES, pen. c. f. 3. *συμπληγάδες*. quę & Cyaneę, inſulæ duæ ſunt, ſiue potius ſcopuli trans Boſphorum Thracium, in ipſo Ponti Euxini oſtio, mille quingẽtis paſſibus ab Europa diſtantes: tam modico autem inter ſe diſcretæ interuallo, vt ex aduerſo quidem intrantibus geminæ cernantur, paulum vero deflexa acie, cocuntium ſpeciem prębeant. Quę res occaſionem præbuit poetarum fabulis, qui eas olim inter ſe concurriſſe tradunt. Vnde & nomen acceperunt, *ἀπὸ τοῦ συμπλήττεσθαι*, hoc eſt, a concurrendo, ſeu conflictando. Ouid. Compreſſos vtinam Symplegades eliſiſſent. Nominatiuus ſingularis eſt Symplegas. *συμπληγάς*. p. p. Mart. lib. 11. Si conſtringãtur gemina Symplegade culi. Quo in loco per geminam Symplegadem nates ipſas intelligit.

SYMPOSIVM, ſij, n. 2. [*Cõuito*, מסתה miſchiteh. G. Eĩ zech, mahlzeit. *Ga. Banquet, feſtin. Hiſp. Combite*] *συμπόσιον*. idem quod conuiuiũ. Cic. li. 6. epi. ad Pætum: Sapientius nos, quam Græcilli ſympoſia, aut ſyndeipna. i. compotationes, aut concænationes: nos conuiuia, quia tum maximè ſimul viuitur. Hinc Sympoſiaſtes [*Conuitati*] id eſt conuiuator, ſeu conuiuij dominus. Ipſi autem compotores Sympotæ. Cuius fœmininum eſt Sympotria. *συμπότρια*. compotrix.

SYMPSALMA, n. 3. *σύμψαλμα*. vocum in cantando copulatio. Diapſalma, diſiunctio earum, vbi quædam requies diſtinctæ continuationis oſtenditur. Pſalma, quod pſallitur.

SYMMYSTA, m. 1. [*Secretario. Gal. Secretaire. Hiſ. Segretario,*] *συμμύστης*, ſecretarius, ſeu ſecretorum conſcius, vt apud interpretem Origenis. Sicut Ioannes Symmyſta pronunciat, dicens: Quia ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Deum Ieſum Chriſtum.

SYN, *σὺν*. præpoſitio Græca, quę in compoſitione ſignificat ſimul, quemadmodum apud nos Con.

SYNÆRESIS, f. 3. *συναίρεσις*. contractio, figura, qua duę ſyllabæ in vnam contrahuntur, nullo ſublato elemento, vt Aerei, diſſyllabum, oro Aerei. Virg. li. 6. Aen. Centum ęrei clauduntur vectes, &c. Itẽ Ferrei per duas ſyllabas, pro Ferrei. Ibidem; Ferreique Eumenidum thalami. Dicta ſynæreſis, *ἀπὸ τοῦ συναιρεῖν*, quod eſt contrahere. Huic figuræ contraria Diæreſis, cum vna ſyllaba in duas reſoluitur.

SYNAGOGA, p. p. f. 1. [*Congregatione.*] *συναγωγή*. idem quod congregatio, vel cœtus, *ἀπο τοῦ συνάγειν*, quod eſt, congregare.

SYNALOEPHE, f. 1. *συναλοιφή*. abſumptio vocalis dictionem finientis, ſequenti dictione incipiẽte a vocali. Dicta Synalæpha, *ἀπὸ τοῦ συναλείφειν*, hoc eſt, a conglutinando, propterea quod per eam duæ ſyllabę in vnam coaleſcant.

SYNANCHE, f. 1. [*Scarãtia. G. Kaelen geſchvvaer, halsvvee*] *συνάγχη*. angina, morbus in faucibus, & propriè ex muſculorum inferiorũ inflammatione, teſte Aegineta: Nam cum malum guttur ipſum inuaſerit, potius Cynanche, *κυνάγχη* appellatur. Quæ tamen differentia non raro confunditur. Celſ. li. 4. c. 4. Vt hoc autem morbi genus circa totam ceruicem, ſic alterum æquè peſtiferum, acutumque in faucibus eſſe conſuetuit: noſtri anginam vocant, apud Græcos nomen, prout ſpecies eſt. Interdum enim neque rubor, neque tumor vllus apparet, ſed corpus aridum eſt, vix ſpiritus trahitur, membra ſoluuntur, id *κυνάγχην* vocant. Interdum lingua fauceſq; cum rubore intumeſcunt, vox nihil ſignificat, oculi vertuntur, facies pallet, ſingultuſque eſt. Id *συνάγχη* vocatur. Illa communia ſunt, Aeger non cibum deuorare, non potionem poteſt: ſpiritus eius includitur. Leuius eſt, vbi tumor tantummodo, & rubor eſt, cętera non ſequuntur, id *παρασυνάγχην* appellant. Hęc Celſ.

SYNATHROESMVS, f. 1. *συναθροισμός*. figura eſt, quàm nos congeriem vertere poſſumus, *ἀπὸ τοῦ συναθροίζειν*, quod eſt cõgerere, ſeu cõgregare. Poteſt autem & ſingulis verbis, & pluriũ verborum coniunctione fieri. Singulis hoc modo: Sed cum ad ſupplicium ſumẽdum ſe confirmaret, multa ſimul eum reuocabant, officia, conſuetudo, tempus, exiſtimatio, periculum, religio. Plurium verborum cõiunctione ſic apud Lycurgum; Nemo enim nocẽs ſine ſummo mœrore eſt Iudices, ſed multa ſimul eum perturbant, quod adeſt, ſolicitudinis plenum: quod futurum eſt, formidoloſum, lex paratum ſuppliciũ oſtentans, vitia ex vitijs coacta, occaſionem arguendi maleficia captans inimicus, quæ quotidie eius animum vehementer excruciat. Vide Rutilium.

SYNCATEGOREMA, atis, n. 3. *συγκατηγόρημα*. Latinè dici poteſt vox conſignificatiua. Sũt enim ſyncategoremata, particulæ per ſe ipſas nihil ſignificantes: quæ tamen orationem ingreſſæ, aliarum compoſitioni nonnihil addunt. Huiuſmodi ſunt, quę a Dialecticis vocantur ſigna vniuerſalia, & particularia, vt Omnis, Nullus, Quidã. Hinc fit adiectiuum Syncategorematicus, matica, ticum. *συγκατηγορηματικός*, id eſt, conſignificatiuus.

SYNCERASTVM, n. 2. inquit Var. lib. 6. de Lin. Lat. Dicitur omne edulium antiquo vocabulo Græco. Pacuuius in Phagone: Honos ſyncraſto perit, pernis, glandio.

SYNCERVS, ra, rum, p. p. o. 1. 2. [*Sincero, intero. puro, reale,*] נקי naxi חמים tamim טהור tahor. G. Gantz, vnuermiſchet, vnuerſehret,] *ἄδρανος, ἀμείωτος*. propriè idem quod integer, illæſus, non mutilatus. Tractum ab eo, quod qui diuidere fructum cõem alueorum cum ſocio volunt, ſimul cum cera mel partiuntur. Oui. 12. Met. Rurſus ſine vulnere corpus, ſyncerumque fuit. Lucr. lib. 3. Sin ita ſynceris membris ablata profugit, Vt nullas partes in corpore liquerit ex ſe, &c. Cic. li. 13. epi. Hoc mihi da, vt M. Curium integrum ſyncerumque conſerues. Accipitur item ſyncerus pro puro, & incorrupto. Hor. lib. 1. epi. Syncerum eſt niſi vas, quodcunq; infundis, aceſcit. Aliquãdo pro vero, & minimè fucato. [*Vero.*] Cic. li. 2. de Diu. Quod licet exiſtimare in alijs quoque oraculis Delphicis aliquid non ſynceri fuiſſe. Liu. li. 9. Bell. Pun. Si ſpatium ad ſua, vt velis, cõponenda detur, nihil ſyncera fide cum Romanis acturum. Syncerus, inquit Donatus. i. purus, ſine fuco, & ſimplex, [*Semplice,*] vt mel ſine cera, quod etymon ſi admittamus, ſincerus i, Latino ſcribendum erit. Syncerè. [*Puramente,*] aduer. purè, & integrè, Cæſ. 7. Bel. Gal. Hæc vt intelligatis, inquit, ſyncerè a me pronunciari, audite Romanos milites. Cic. ad Att. li. 3. Craſſi libertum nihil puto ſyncerè locutum. Synceriter, aliud aduer. eiuſdem ſignificationis. Gel. li. 13. c. 15. Quas qui ſynceriter capiunt. Huic contrariũ eſt Inſyncerus, pro vitiato, & corrupto. Vir Inſyncerus apes tulit crior.

SYNCERITAS, atis, f. 3. [*Sincerità, integrità, purità,* נקון nikkajon תם tom תמה tũmah טהרה tahorah. G. Lauterkeit, auffrichtigkeit.] *καθαρότης*. puritas, integritas. Pl. lib. 31. cap. 7. Salinarum ſinceritas ſumma fecit ſuam differentiam. Col. li. 4. c. 26. Atque alia conuertenda, quæ ſinceritatem habent, alia ſummouenda, quæ vel cariоſa vel iuſto breuiora ſunt.

SYNCHRONOS, m. 2. *σύγχρονος*. contemporaneus. Vnde ſcribit Hieron. Oſeam Prophetam fuiſſe ſynchronon Iſaiæ. Et Varro ait, non eſſe dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint Homerus, & Heſiod. eoſque ſynchronos fuiſſe teſtatur.

SYNCHYSIS, f. 3. *σύγχυσις*. confuſio, turbatio ordinis: vnde accipitur pro figura, ſeu vitio orationis, cum ordo perturbatus eſt, quod & Hyperbaton appellant, cuiuſmodi eſt illud Virg. Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet, Saxa vocant Itali mediis, quæ in fluctibus aras. Dicta Synchyſis, *ἀπὸ τοῦ συγχύειν*, quod eſt confundere, ſeu perturbare.

SYNCIPVT, n. 3. Vide ſupra Sinciput.

SYNCOPA, ſyncopæ, f. 1. *συγκοπή*. conciſio, figura cum littera, vel ſyllaba è medio dictionis abſcinditur: vt Compoſtus pro compoſitus. Virum pro virorum. Dicta ſyncope, *ἀπὸ τοῦ συγκόπτειν*, quod eſt concidere.

SYNCRISIS, p. c. f. 3. *σύγκρισις*. figura eadem cum Antitheſi, hoc eſt, comparatio rerum, atque perſonarum inter ſe contrariarum, vt, Tu delinquis, ego arguor pro malefactis. Cic. pro Muręna: Vigilas tu de nocte, vt conſultoribus tuis reſpondeas: Ille vt maturè, quò intendit, cum exercitu perueniat: te gallorum cantus, illum buccinatum ſtrepitus excitat.

SYNDICVS, ci, p. c. [*Sindico, giudice,*] *σύνδικος*. patronus, qui cum alio cauſam aliquam tuendam accepit, quive ſecundis actionib. cauſam defendit, vt in cauſa Corn. Balb. Cic. Syndici item ſunt ciuium aduocati, & defenſores iuris publici: quaſi in cauſam publicam communiter incumbentes. Vnde apud Plutarchum legimus, Ariſtidem ab Athenienſibus creatum fuiſſe Syndicum, vt communẽ cauſam Græcorum ciuium ſuorum nomine defenderet. Demoſthenes quoque *παρὰ λεπτίνην*, lege ſancitum fuiſſe Athenis, ne cui iterum ſyndicum fieri liceret, creatique a populo: idque ideo, ne *συνδικία*, id eſt, ſyndici munus ob publicam vtilitatem inuentum verteretur in quæſtum, compendiumque priuatum. Hoc nomine uocari poſſunt, quos hodie Deputatos noſtri vocant. Bud.

SYNECDOCHE, f. 1. *συνεκδοχή*. figura locutionis, qua a parte totum, vel a toto pars intelligitur, vt Puppis, pro nauí, & Annus, pro hieme. Vir. Quam multæ glometãtur aues, vbi frigidus annus Trans pontum fugat, id eſt, frigida hiems.

SYNECHON, n. 2. *συνέχον*. a Latinis Rhetoribus continens, vel firmamentum dicitur, *ἀπὸ τοῦ συνέχειν*, quod eſt continere.

SYNEDRVS, ſynedri, m. 2. *σύνεδρος*. Latinis confeſſor, aſſeſſor, ſiue conſiliarius dĩ. Liu. 5. Decad. lib. 5. His rerum externarũ cogitationib. interpoſitis Macedonum rurſus aduocatum conciliũ, pronunciatum, quod ad ſtatũ Macedoniæ perũnebat, Senatores, quos Syne-

dros vocant,legendos esse,quorum consilio resp.administraretur.

SYNEPHEBI,p.p. m.2. *συνεφηβοι*. dicuntur adolescentes simul pubescentes.Quod nomen inditum est comediæ Statij Cęcilij.Ci.1.de Fin.Synephebos ego,inquit,potius Cęcilij, aut Andriam Terentij,quam vtramque Menandri legam?

SYNEPHITES,m.1.*συνεφίτης*. gemma est lactei coloris, alio nomine Galactites.Plin.li.vlt.c.10.Galactites ex vno colore lactis est.Eamdem dicunt Leucogeam, & Leucographiam: appellant & Synephiten lactis succo,& sapore notabilem.

SYNESIVS,m.2.*συνέσιος*, è Pentapoli Africæ, philosophus Christianus,præsul Ptolemaidis factus,scripsit libros in Grammatica,Philosophia,Panegyricos,Epistolas,& alia.Auctor Suidas.

SYNGRAPHA,æ,f.1.[*Polizza* G.Ein handschrifft,schuldtbrieff. *Ga. Scedule,obligation,police.Hisp. La escripitura entre dos*]*συγγραφη*.Syngraphus, & Syngraphum,syngraphi, p.c. scriptura siue schedula, quæ fit propria manu cõtrahentium ad pactorum fidem. Plau. in Asi.Age istum ostende,quem cõscripsi,syngraphum inter me, & amicum,& lenam.Cic.Treb.li.7.Tanquam enim syngraphamad Imperatorem, non epistolas attulisses, sic pecunia ablata domum redire properabas. Idem de Arusp. resp. Alterum putabo regem, si habuerit, vnde tibi soluat, quod ei per syngraphamcredidisti. Sueto.Cuius patri non dubitauit a quibusdam iusiurandum, atq; etiam syngraphum exigere.Dicte syngraphe,*ἀπὸ τοῦ συγγράφειν*, quod inter cætera scripto cauere significat.

SYNNADA,f.1.*σύννασα*.ciuitas maioris Phrygiæ.De hac Strab.li.10. sic scribit: Synnada, vrbs nõ magna,ante quã planities iacet oleis consita,sexaginta ferè stadiorũ. Vlterius est Docima vicus,& Synnadici lapidis fodina: sic enim eum Romani appellant; indigenæ vero Decimetẽ,& Docimeam.Vena in initio paruas glebas emittebat,nunc propter maximos Romanorum sumptus columnæ integrę,& ingentes extrahuntur,& varietate Alabastritę lapidi proximæ.Dicitur & Symnas,nadis,vt apud Sidonium.

SYNOCHITES,m.1. *συνοχίτης*.gemma,qua magi asserunt vmbras inferorum euocatas teneri. Plin.lib.37.c.11.

SYNODIA,orum,n.2.*συνόδια*.congressus,colloquium,ex *σύν*,& *ὁδός*. Cicero ad Att.lib.10.Iniecta autẽ mihi spes,quędam est,velle mecum Seruium Sulpitium colloqui:ad eum missi Philotimum libertum cum litteris,si vir esse volet,det clara synodia.

SYNODICVS,ca,cum,o.1.2.*συνοδικός* quod ad synodum pertinet.Hieronymus,ante annos plurimos,cum iuuarem Damasum Romanę vrbis episcopum, & Orientis atque Occidentis synodicis consultationibus responderem.

SYNODONTITES,m.1.*συνοδοντίτης* gemma ex cerebro synodontis piscis. Auctor Plin.lib.vlt.c 10.

SYNODVS,di,p.c.f.2. *σύνοδος*.idem est, quod conuentus,siue cœtus,a *σύν*,præpositione,& nomine *ὁδός*.

SYNODVS,di,matis,m.3.*συνόδους*.piscis genus, in cuius cerebro synodontites gemma inuenitur.Plin.lib.37.c.10.

SYNOECOSIS,p.c.f.3.*συνοίκισις*.figura,quędocet diuersas res coniungere,& cõtra opinioni cũ ratione aduersari,& habet magnã vim, vel ex laude vitii,vel ex vitio laudẽ exprimẽdi.Cuiusmodi ẽ illud Hyperidis:Nã hois anari, atq; asoti vnũ,atq; idẽ vitiũ est: Vterq; enim nescit vti,atq; vtriq; pecunia dedecori est: quare merito vtriq; pari pœna afficiuntur, quos pariter nõ decet hẽre. Ex Rutilio Lupo.

SYNONYMIA,n.2.*συνώνυμα*.dicuntur,quæ sub diuersis vocibus idem significant,vt Ensis,mucro,gladius.

SYNONYMIA,f.1.*συνωνυμία*.figura,quæ communio nominis interpretatur.Vtimur autem eo genere elocutionis,quoties vno verbo nõ satis videmur dignitatem, vel magnitudinem rei demonstrare. Ideoque in eamdem significationem plura conferuntur, vt si dicamus,Posttrauit,afflixit,perculit.

†SYNOPSIS, *σύνοψις*. perscriptio & inuentarium; deducto ex eo nomine,quod quę latè patebant,in vnum contracta simul omnia cõspici corniq; possint.]

SYNTAGMA,matis,n.3.[*Ordinatione.Gal.Ordonnance,ordination.Hisp. Ordinacion.*]*σύνταγμα*.tractus,ordinatio,rerũ constitutio, documentum, *ἀπὸ τοῦ συντάττειν* quod est cõponere, ordinare. (dino.

SYNTAXIS,f.3.*σύνταξις*.dici põt,cõstructio,& series,a *συντάττω*.id.or

SYNTEXIS,f.3.[*Debolezza*,]*σύντηξις*.colliquatio,& tabes corporis ex diuturno morbo, *παρὰ τὸ συντήκεσθαι*,quod est liquefieri.Plin.l.22. c.25.Tali forbitionis genere emendantur syntexes,idest,defectiones ex longis morbis sumptæ. Inde Syntectici *συντηκτικοί*. dicti sunt, quorum corpus longo morbi exhaustum est, & colliquefactum.Idem lib.22.c.23.Præcordiorum vitijs synteeticis,comitialibus in vino,in aqua mulsa,linguę paralysi.

SYNTERESIS,pe.p.f.3. *συντήρησις*.dici potest attẽtio,seu conseruatio. Nã *συντηρέω*,quod est conseruo,deriuatur. Vnde ea pars animæ, quę vitijs aduersatur, & sese semper immaculatam cupit a vitio conseruare,& perpetrata mala cõtinuo arguit, Synteresis dicitur.

SYNTHEMA,p.p.genitiuo Synthematis,pe.c.n.3 [*Segno del fatto d'arme.G.Seigne du fait d'arme.Hisp.El senno de fasto d'armada*]*σύνθημα*.signum bellicũ,quod datur instructæ aciei.Item & tessera vigiliarũ,quę erat tabella scripta a tribuno data. Item nota & tessera quædam epistolaris, commendatrix eius, qui eam tradebat. In Pandectis item Græcis.Synthemata vocantur Diplomata,quæ ijs dabantur,qui cursu publico vtebantur. Synthemata item dicũtur breues quædã & obscuræ sententiæ, & quædam quasi ænigmata, altiorem quẽdam, & reconditum sensum occultantia,cuiusmodi sunt Pythagoræ symbola. Habet & alia significata apud Græcos. Quæ quoniam ad linguæ Latinę institutionem nihil pertinent,ex Græcorum Lexicis petenda relinquimus.

SYNTHESIS,p.c.f.3.[*Compositione.Gal.Composition,accord.Hisp. Acuerdos entre dos*,]*σύνθεσις*.idẽ q compositio,*ἀπὸ τοῦ συντίθημι*,quod est componere. Quintus Serenus pro commissione accepit,Vilem (inquiens)deprehẽdit in illis Synthesin,& vulgata satis medicamina risit. Est autem synthesis,figura contraria *ἀναλύσει*, a quibusdã confessis exordiens,& desinẽs in id,quod in quęstione est. Analysis aũt quasi retexio est complexionis.Significatur itẽ hoc nomine apta,& concinna orationis,& verborum structura,& collocatio,in qua ita componuntur,& struuntur verba,vt nõ asper eorum concursus,nõ hiulcus sit, sed leniter coagmentatus, & molliter fluens. De qua ratione satis multa differuerunt Cic. 3.de Ora.& Quin.li. 9.Est etiam synthesis genus vestis breuis,qua Romani peculiariter in Saturnalibus vtebantur. Illis enim diebus omnes exuebant togam, & synthesin induebant. Dicta synthesis ab eo,quod cõsuta, cõtextaquè esset cõpositione quadam versicolori.Mar.li.14.Synthesibus dum gaudet eques,dominusque senatus. Dumque decẽt nostrũ pilea sumpta Iouem. Suet.in Nero.c.51. Ac plerumq; synthesin indutus, ligato circa collum sudario prodierit in publicum sine cinctu,& discalceatus. Synthesis preterea aliquando accipitur pro tota veste in vestiario compositа.Scęuola in l.Titia,de auro.& arg.leg.Quæro, an ex vniuersa veste,id est, synthesi,tunicas singulas,& palliola Sempronia eligere possint.

SYNTOMIA,f.1. *συντομία*,quam Latinè Concisionem vertere possumus,figura est,qua res, quantumuis magnę,breui, & compendioso verborum ambitu reddũtur. Quam eãdem nonnulli Græcorum *ἐνέργειαν* appellant a luce, quam rebus addit. Nonnulli eũ *ἐνέργειαν*,a mouendi efficacia.Dicta syntomia,*ἀπὸ τοῦ συντέμνειν*, quod est concidere,abbreuiare.

SYPHAX,acis,p.p.genitiui.m.3.*συφαξ*. Numidię rex,qui cũ Scipioni per Lęliũ fuisset conciliatus, belliq. societatem cũ eo iniisset, postea violata fide Annibali adhęsit.Tandẽ victus a Masinissa,vinus in Scipionis manus perductus est, a quo in triũpho circumductus, & deinde in carcerem inculsus, inedia vitam finiit,regno eius,Masinissæ concesso.Claud.de Bello Gildonico Syphacem extulit media syllaba correpta:Hauirent venena Compulimus durum Syphacem,fratremq.Metelli. Alij tamen ferè omnes constanter producunt.Prop li.3.Annibalis spolia,& duri monumenta Syphacis.Ouid. 6.Fast.Postera lux melior,vincit Masinissa Syphacem.

SYRACVSAE,f.1.[*Saragosa*. Germanic. Ein fuerstliche statt in Sicilię vnden am vorgebirg Pachyno,so gegen auffgang sihet,gelargen, heisst jetz Saragosa]pen.pr.*συρακόσσαι*. ciuitas Siciliæ amplissima sub Pachyno monte sita, vbi fons Arethusa ab Alpeo (vt creditur) Elidis fluuio per subterraneos cuniculos means, magna aquarum vbertate erumpit. Cice.6.Ver.scribit Syracusas vrbem esse maximam Græcarum vrbium, pulcherrimamq. quę ex quatuor quamsi vrbibus maximis constare videatur, quarum vna Insula nominatur, altera Acradina,tertia Tyche,a nobili fortunę templo,in ea exstructo: quarta Neapolis. Syracusani multos claros principes habuerunt, sed precipuè clarissimum Dionysium seniorem. Qui cum apud filium Dionysium vidisset ingentem vasorum auteorũ argenteorumque copiam exclamans, inquit: In te affectus regius, non est,qui ex tanta poculorum vi amicorum neminem tibi conciliasti.Ambo tñ Dionysii philosophi fuere:amboque Platonem audierunt.Ex Syracusis fuit Archimedes mathematicus,& Theocritus poeta Bucolici carminis scriptor, quem Vir.imitatus est.

SYRACVSANVS,o.1.2.*συρακόσιος*.gentile formatum a Syracusis Siciliæ vrbe.

SYRACVSIVS,a,um,o.1.2.*συρακόσιος*. vel abiecta vocali subiunctiua Syracosius,eiusdem significationis est cum superiore. Virg.6. Ecl. Prima Syracosio dignata est ludere versu.Ouid.in Ibin.Vtque Syracosio pstricta fauce poetæ; Sic animæ laqueo fit via clausa tuæ.

SYRÆVM,n.2. pro sapa,huc nõ pertinet, cũ prima eius syllaba apud Græcos per *ει*, scribatur,quod & ipsum etymi ratio exigit. Nam *παρὰ τὸ συραίνεσθαι*. dictum putatur, eo quod ad tertiam partem ad ignem exsiccetur.

SYRIA,f.1.[*Soria*. אֲרָם aram.Germ.Ein grosse landtschafft in Asia. stosset an das Mittelmehr vnd Ciliciam, item an fluss Euphrat, Aegypten, vnd Arabiam]*συρία*.regio Asię, quę ab Oriente fluuio Euphrate,ab Occidente nostro mari,& Aegypto terminatur,a Septentrione habet Ciliciã, & partem Cappadocię, a Meridie Arabiã:cuius insignes ciuitates(vt li.5.refert Ptol.)sunt Laodicea,Hierapolis,Antiochia,Apamea,Palmyra,Heliopolis,Ptolemais,Sidõ, Tyrus,Berytus,Botrys,Tripolis,Byblus,Seleucia, Cęsarea, & Damascus: Montes clari Carmelus,Casius,Libanus:Fluuij,Eusrates,Chrysorrhoas,Singas:Regiones, Phœnice, Palęstina, Iudæa, Idu-

Idumęa, Comagena, Samaria, & Syria Cæle. Hæc regio in medio orbis constituta est, quo fit, vt nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Sunt qui quadripartitam faciunt diuisionem in Syros, Assyrios, Leucosyros, & Cælosyros. Plin. li. 5. c. 12. Mesopotamiam quoq. & Babyloniam Syriæ attribuit: totiusq. Syriæ partem facit Assyriam. Multi confundunt vt Herodotus, qui Syros a Græcis dictos, Assyrios à Barbaris dici scribit, & illis Chaldæos adnumerat Acron quoq. & Porphyrio, insignes Grammatici, apud Horatiũ, eam, quę nunc Syria dicitur, detracta syllaba olim Assyriã dictam scribunt. Ammianus Marcellinus lib. 25. Citra amnes (inquit) prouincia, est nobilis Assyria celebritate, & magnitudine, tum & multi formi feracitate ditissima: quæ per populos pagosq. amplos diffusa, quondã & copiosa, ad vnũ concessit vocabulum, & nunc omnis appellatur Syria. Dio in Traiani vita Attyriam Barbaris dictã, S, littera in T, mutata, q̃ Assyriã nos vocamus, indicat. Scriptores, in eo ferè cõueniunt oẽs, vt Syria, & Assyria nomina confusa esse credãt. Syri sũt eiusdẽ regionis populi, ludis, celebritatibusq. dediti: pingũtur oleo precioso, & linunt vnguentis. Maximã diei partẽ in conuiuationib. absumunt & potu. Masculi a XIIII. ann. fęminæ XII. vsq. ad LXV. tributo obligantur. Fortuam colunt. Prima aũt dictionis huius syllaba corripitur cum in Syro insula eadem producatur. Iuu. Sat. 6. Quã quæ longorum vehitur ceruice Syrorum. Cicer. pro Domo. Illa opima, fertilisque Syria.

SYRIACVS, a, um, o. 1. 2. *συριακός*, possessiuum a Syria deductum: vt Syriaci boues, Pl. lib. 8. c. 45. Syriacis non sunt palearia, Syriaca radix pro silphio, quod Latini Laserpitium vocant: quia, vt inquit Dioscor. ex Syria, & Media optima huiusmodi radix adferebatur. Colu. li. 11. cap. 13. Nec minus si vernum, & æstiuũ fructum voles habere, Syriacæ radicis, & rapi, napique semina obrues Syriacus ros, *βασσάρις*, cœli sudor, siue aeris sese expurgantis succus, in foliis stirpium concrescens, præcipuè in Syria, iuxta Libanum mõtẽ, vnde & nomen accepit. Arabes Mana appellant: quo nomine vtũtur & officinæ. Col. li. 9. c. 13. Nam vel grana mali punici tunsa, & vino Ammineo conspersa, vel vuæ passæ cum rore Syriaco cũ pari mensura insitæ. Syriacus raphanus, a Syria, unde primum aduectus fuit, nomen retinuit. Est autem cæteris raphani specieb. suauior, & tenerior, & patientior hiemis. Vide Plin. li. 10. cap. 5. Cice. Q. Fr. Syriacus, & Cilicensis prætor.

SYRIANVS, m. 2. *συριανός*. Alexandrinus philosophus Platonicus, docuit Athenis, scripsitq. in totũ Homerũ commentarios: libros sẽptem in Platonis rempub. & alia. Huius discipulus, & successor fuit Proclus. Suidas.

SYRICTAE, m. 1. *συρικταὶ*, populi sunt inter Nomadas Indię, narium loco foramina tantum habentes, anguium modo loripedes. Auctor. Pli. lib. 6. c. 2. Dicti a fistulis, & calamis auenarum, quibus cibum capiunt. Solinus: Alij concretum os habent, modicum tantũ foramen, quo calamis auenarum cibos hauriunt, *συρίγγας* enim Græci fistulas appellant.

SYRICVM, n. 2. *συρικόν*, color factitius ex synopide, & sandyce mistis, quo minimum adulteratur. Pli. li. 31. c. 7. Sublini autem Syrico minium compendij ratio demonstrat. Et paulo ante; Pręterea è vilioribus ochra, cerussa vsta, sandaracha, sandyx, syricum atramentũ.

SYRICVS, a, um, o. 1. 2. denominatiuũ a Syro insula: vt Mala Syrica. Col. lib. 5. cap. 10. Pręterea malorum genera exquirenda, maximè Scandiana, Syrica.

SYRYNGITES, m. 1. *συρυγγίτης*, gemma, quæ stipulæ internodio similis est, ac perpetua fistula cauatur. Plin. lib. 37. c. 10.

SYRINX, gis, f. 3. *σύριγξ*, idem quod fistula, siue ea simplex sit, quam Græci vocant *μονοκάλαμον*, siue ex pluribus calamis contexta, quã illi *πολυκάλαμον* appellant. Fabulantur poetæ Syringa nympham fuisse Arcadiæ, quæ cum Panos vim effugere nõ posset, miseratione Deorum mutata est in palustres calamos. Ouid. 1. Metam. Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas, Naias vna fuit, Nymphæ Syringa vocabant.

SYRISCVS, m. 2. *συρίσκος*, vas vimineum, in quo ficus solent asseruari. Cel. Rhodig. lib. 9. c. 3.

SYRISSA, f. 1. *συρίσσα*, mulier Syria. Nam quemadmodum a Libys fit Libyssa, ita & a Syrus Syrissa. Virg. in Moreto: Copa Syrissa caput Graia redimita mitella.

SYRITES, *συρίτης*, lapis, qui in lupi vesica nascitur. Plin. lib. 11. c. 37. In vesica lupi lapillus, qui Syrites appellatur.

SYRITHA, f. 1. filia fuit Danorum regis Sylualdi, tantę pudicitię, vt cum ob elegantiam formę magna procorum frequentia peteretur spretis tamen omnibus prætulerit cęlibatum. Saxo lib. 7.

SYRIVS, a, um, o. 1. 2. *σύριος*, denominatiuum a Syria deductum, vt Syria pyra. Col. li. 5. c. 10. Ea sunt Crustumina, Regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur.

SYRMA, atis, n. 3. *σύρμα*, genus vestis tragicorum, vel cauda, siue tractus vestis fœminarũ. Mart. lib. 12. Aptasti longum tu quoq. syrma tibi. Idem lib. 1. Musa nec insano syrmate nostra tumet. Seneca de Bacho; Qui habitu muliebri nonnũquam se ornabat, auro decorum syrma barbaricum. Sumitur interdum pro longa tragicæ orationis serie, tenorem suum vsque in ultimum protrahente, a *σύρω* traho.

SYRMAEA, f. 1. *σύρμαια*, cibi genus ex adipe, & melle confectum, purgationibus in primis aptum. Item certaminis genus apud Spartanos, in quo victor huiusmodi Syrmæa donabatur. Item raphani genus apud Herod. Vide Cæl. Rhod. lib. 27. c. 21.

SYRNA, næ, f. 1. *σύρνα*, oppidum in Chersoneso Carię adhęrenti, a Podalyrio conditum, & a nomine Syrnes vxoris eius ita appellatum. Ferunt enim Podalyrium, cum in Cariam esset eiectus, a caprario quodam fuisse seruatum, & ad Damæthum regem deductum: cuius filiam de tecto delapsam cum detracto ex utroque brachio sanguine seruasset, admiratus hominis ingenium Damæthus, filiam eius beneficio seruatam, ei vxorem tradidit. Chersoneso illi in dotem attributa: in qua Podalyrius duas condidisse vrbes traditur, quarum alteri vxoris, alteri pastoris nomen didit. Auctor Stephanus.

SYROPHOENICES, p. p. m. 3. *συροφοίνικες*, populi Asiæ, ijdẽ cum Phenicibus, ita dicti, quod maritima Syriæ incolant loca. Iuuen. Satyr. 8. Obuius assiduo Syrophœnix vdus amomo.

SYRSIGABIS, f. 3. Darij mater, quæ audita morte Alexandri, sese perpetuæ nocti dedit. Auctor Curtius.

SYRTES, ium, f. 3. [*Scogli di mare, secchi.* Germanicè. Zweygefaerliche oerter im mehr nahe bey Africa, von wegem des sands so dasselbe einest hie, dan dort auswirfft. *Gal. Les syrtes, lieux sabloneux en la mer de Libie. Hisp. Baxos de Berueria,*] *σύρτεις*, duo sunt sinus periculosissimi in mari Libyco, qua Africam propriè dictam alluit: quorum alter, qui Carthagini propinquior est (minorem Syrtim vocant) CCCM. passuum ambitum habet: Alter, qui in Cyrenaicã vergit, maior Syrtis dicitur, habetque circuitum DCXXXV. M. pass. vtraque Syrtis nauigantibus est periculosissima, quod mare ibi uadosum sit, arenæ vehens cumulos, qui loci faciem vicissim immutant, dorsaque & breuia, in alia atque alia loca transferunt. Syrtiũ harum naturam sic describit Sall. in Iugur. Duo sunt sinus propè in extrema Africa, impares magnitudine, pares tamẽ natura, quorum proxima terris perlata sunt, cæterum vti fors tulit, alta, aliàs tempestate vadosa. Nam vbi mare magnum esse, & uentis fœuire cœpit, limum, arenamque, & saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur: Hæc Sallu. Sunt & in terra Syrtes in eadem Africa, vento arenas excitãte, & proxima quæque operiente. Vnde Solinus auctor est, iis in locis, quamuis terra iter facientes, cursum sideribus regere. Nam arenarum cumuli vento agitati locorum faciem mutant: & quemadmodũ in mari, nunc aggere sublimia faciunt, quæ prius desidebant, nunc uallib. profunda, quæ priùs excelsa erant, deniq. procellarum ritu arenę exagitantur, Syrtemq. faciunt terrestrẽ, paris cũ illis equoreis periculi. Parum.n. refert undis ne, an arena q̃s obruatur. Hæc Solinus.

SYRVS, ri, priore cor. m. 2. *σύρος*, gentile est a Syria deductum. Iuuen. Saty. 5 Quã quæ longorũ vehit ceruice Syrorũ. Syri olim astutiæ noie male audierunt, quemadmodum & Phœnices. Vnde factus est locus prouerbio, *Σύρος πρὸς φοίνικας*, hoc est, Syri aduersus Phœnices: quo vtimur quoties significare volumus duos egregiè astutos hoc agere, vt dolis se mutuo circumueniant Hæc Suidas.

SYRVS, rio, p. p. f. 2. *σύρος*. Stephano, insula Ionię, Asię regioni opposita, a qua Pherecides Syrus ortum habuit, non a Syria regione. Scyrus verò *σκύρος*. Thraciæ adscripta est, vt Strab. & Plin. testantur.

SYRVS, siue potius Sirus, per i, nostrum, m. 2. (*Fossa*) *λάκκος*. fossa, seu cuniculus subterraneus, in quo frumentum cõditur, & diutissimè conseruatur. Siros, inquit Cur. lib. 6. vocabant barbari circa Cauca sum, quos ita solerter abscondunt, vt nisi qui defoderint, inuenire non possunt, in iis conditę fruges erant. Plin. li. 18. c. 38. Vtilissimè seruant in scrobibus, quos Siros vocant, vt in Cappadocia, & Thracia, Hispania, & Africa. Col. li. 1. c. 6. Vbi purgatorum in modũ, quos appellant Siros, exhausta humus editos a se fructus recipit. Vide plura de hoc supra in dictione Siri.

SYSSITIA, f. 1. *συσσίτια*. Græca vox est, sodalitatem significãs, siue cõuictum. Vnde *σύσσιτοι*, dicuntur sodales, quique eadem vtuntur mensa. Caius Iurisconsultus de verb. signif. sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt, quos Græci *συσσίτους* vocant.

SYSTOLE, f. 1. *συστολή*. figura, qua longa syllaba contra naturam corripitur, vt apud Vir. Connubio iungam stabili, propriamque dicabo. Vbi nu, syllabam corripuit, quę naturaliter lõga est, cum a nubo deducatur, cuius prima syllaba producitur. Quare & in nomine Connubium erat producenda: quo pacto etiam Virg. vsus est in Aen. Hectoris Andromachę Pyrrhin' connubia seruas?

SYZYGIA, f. 1. *συζυγία*. idem quod coniugium, siue coniugatio. Vnde Gal. lib 8. 9. & 10 De vsu partium, septem illas pariũ neruorũ productiones, quib. sensus a cerebro in vniuersum corpus distribuuntur, Syzygias appellat. Harum prima est neruorum *ὀπτικῶν*, hoc est, visoriorum, qui circa medium fui coeuntes, Græcæ litteræ χ imaginem referunt: rursusq. separati in oculos recipiuntur, quibus spiritum visorium subministrant. Secundæ Syzygię nerui in oculorũ musculos inserti, motum ijs suppeditant. Tertia gustus sensum in linguam reliquasq. oris partes defert. Quarta toti palati tunicæ inseritur. Quinta ad aures fertur, ijsq. sensum auditus suppeditat. Sexta ad intestina, viscera q. omnia sensum transmittit, nerueq; que

recurrentes producit. Septima dat motum linguę, & tectis larynge musculis. Est & alia præter has, quæ versus nates, odoratus gratia defertur, quæ idcirco non annumeratur inter neruorum Syzygias, quod extra craniũ non prodeat. Vide plura de his apud Gal. de Dissectione neruorum, & lib. 8. 9. & 10. de vsu partium.

DE LITTERA T

LITTERA, vt cæteræ mutę, ori nõnihil inter pronunciãdũ exhibet negocij. Qd & Lucianus significat, qui in iudicio vocalium ludẽs, σ, inducit, τ, litterę obijcientẽ, qđ vinculis quibusdã vocem humanam intorqueat, ac dilacerare conetur. Apud Attic. & Dores frequenter σ, fede sina eijcit. Rursus apud Latinos non pauca per T, scribi solebant, quæ nunc per S, scribimus. Nam Mertare & Pultare, antiqui dicebãt, nos Mersare, & Pulsare dicimus. Habet preterea T, littera cognationem quãdam cum D, vt ait Qu. li. 1. c. 4. Veteres namque Alexanter, & Cassantra scribebant, vbi nos Alexander, & Cassandra.

TANTEA

TABAE, Tabarum, f. 1. τάβαι, vibs Cilicię, vt ait Plin. li. 5. c. 27. Steph. Tabas alias collocat in Lydia, item alias in Caria, & alias in Parea.

TABANVS, tabani. p. c. in. 2. [*Tauano, asilo.* G. Ein braeme. *Gal. tahon.* Hi. *El tauano*] οἶστρος, muscæ genus, quod & Asilũ Latini nominant, in ore aculeum habens, quo armenta maximè infestat. Vnde poetæ fingũt, Io puellam tabano a Iunone immisso, versam fuisse in ĩsaniam. Plin. li. 11. c. 28. Reliquorum quibusdam aculeus in ore, vt asilo, siue tabanum dici placet: item culicibus, & quibusdã muscis. Var. 2. de re rust. c. 5. Itaq. quod æstate tabani concitare solent, &c.

TABARENI, m. 2. vt apud Põponium legitur, siue potius Tibareni, τι βαρηνοί. Stephano, quo pacto ẽt apud Strabonẽ, & Plin. scribit, populi sunt ad Pontũ Chalybib. proximi, adeo religiosi iustitiæ custodes, vt prius pũo non cõgrediant, q̃ diem, locum, & horã ex fide hosti denunciarint. Cum mulier partu liberat, vir in lectulum, tamq̃ pueri auctor, decumbit, eunq. vt puerperã effęta vxor curat, vt ex Nymphodoro Cœlius annotauit. Valer. Flacc. lib. 5 Inde Genetæi rupem Iouis, hic Tibarenum Dant virides post terga lacus: vbi delide mitra Fæta ligat, partuque virum fouet ipsa soluto.

TABEFACIO, n. 3. [*Corrompere. disfare.* המק hemek,] μαραίνω. corrũpo, colliquo, quasi tabe conficio. Huic Contabefacio, & Extabefacio, composita de quibus supra suis locis.

TABELLA, læ, f. 1. [*Tauoletta.* German. Ein tafelin.] πινάκιον, dim. a tabula. Ci. 2. de Nat. Deo. Nonne animadvertis ex tot tabellis pictis quã multi voris vim tempestatis effugerint? Quo in loco intelligit exiguam tabulam votiuam, in qua periculo liberati casum suum solebant depingere, & alicui Deorum suspendere. Tabellæ itẽ dicebantur, in quibus populus suffragium, aut iudices sententiã perscribebãt. Ci. 3. de Leg. Non fuit latebra danda populo, in qua bonus ignorantibus quid quisq. sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium. Idem in Phi. Me vniuersa ciuitas non prius tabella, quã voce priore consulem declarauit. Accipitur item tabella pro litteris, seu codicillis, quæ appellatio inde manauit, quod olim scribi solebat in tabulis buxeis ceratis. Cic. in Cat. Introductus Statilius, cognouit manum, & signũ suum, recitatæ sunt tabellę. Tabellis obsignatis cum aliquo agere, est suo illum scripto conuincere. [*Scritura.*] Cic. 5. Tusc. Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris, quid aliquando dixerim, aut scripserim.

TABELLARIVS, ij. m. 2 *Cauallaro, porta lettere, corriero,* מלא maleach Ger. Ein briefftrager, bott. *Gal. Porteur de lettres, messagier, corrier. Hisp. Correo que lleua las lettras, o tabillas,* γραμματοφόρος, qui tabellas, i. litteras defert. Cic. ad Brut. Statim extrusi tabellarios, litteraque ad Ciceronem; vt eũ si in Italiam venisset ad te rediret. Idem ad Ter. lib. 4. Nos quotidie tabellarios vestros expectamus. Accipitur item tabellarius pro eo, qui rationes conficit, & data acceptaque in tabulas refert. Sidonius ad Petretum; Sed & ille suscipiebat hunc granditer, habens eum consiliarium in iudicijs, vicarium in ecclesijs, procuratorem in negocijs, villicum in prędijs, tabellarium in tributis, in lectionibus comitẽ, in expositionibus interpretem, in itineribus contubernalium.

TABELLARIVS, a, um, adiect. o. 1. 2. vt, Lex tabellaria, quæ lata fuit a L. Cassio, vt suffragia tabellis, non voce proferrentur. Ci. 3. de Legibus: Quis autem non sentit omnem auctoritatem optimatũ tabellarum legem abstulisse.

TABELLIONES, qui & Libelliones, m. 3. [*Notarii*] γραμματεῖς, appellati sunt qui tabulas, hoc est, testamenta, & publicas scripturas conficiunt. Hodie Notarij dicuntur, quamuis fortassis non satis rectè. Olim enim Notarij dicebantur, qui notas in iudicio excipiebant.

TABERNA, f. 1. [*Hosteria, alloggiamento, albergo.* Ger. Ein wirtzhaus, ein kauff laden, ein werckstat. *Ga. Logia, o loge, houeque.* H. *Tienda, donde algo se vende, mesón o vẽta,*] οἴκημα, quodlibet ędificũ habitationi aptum, a tabulis, quib. claudebat, aut operiebat. vt putat Vlp. de verb. sig. Aut a trabib. validioribus, quib. superiora susperdebant, quasi Trabena, vt placet Donato. Ci. ad Att. li. 4. Tabernæ mihi duæ corruerẽt. Taberna diuersoria, καπηλεῖον. Pl. in Men. Quãtum potes abduce istos in tabernã actutum diuersoriã. Taberna item dr, in qua merces venditant, [*Bottega,*] Officina, in qua fiunt opera. Et tabernarum q̃dã lanariæ, quædã vinariæ. quædam olearię, & huiusmodi. Nonius scribit tabernas non tm̃ vinarias esse, sed & omnes, quæ sunt popularis vsus. Plin. lib. 10. ca. 43. Postea ad tabernam remeans plurium annorũ assiduo officio nimus. Hora. lib. 1. Ser. Sat. 4. Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos.

TABERNACVLVM, li, n. 2. [*Tabernacolo, albergo, alloggiamento,* לי Nohel Ger. Ein hutten, gezelt. G. *Tabernacle-pauillon, ou tente de guerre. Hisp. La tienda de lienco o tablas,*] σκήνωμα, habitarium quoddã tectum frondibus, aut stragulis opertum, aduersus Solis, tempestatisq; iniuriam: cuiusmodi sunt, quæ in castris excitantur, & nodo huc, modo illuc transferuntur. Cæs. 6. Bel. Gall. Hic diffisus suæ ac omnium saluti, inermis ex tabernaculis prodit.

TABERNARIVS, a, um, o. 1. 2. καπηλικός, adie. a taberna deductum: vt Comœdiæ tabernariæ, in quibus humiles personę introducebantur: cuiusmodi sunt institores, qui in tabernis merces venditant.

TABERNARIVS, ij. m. 2 [*Botteguaro,* דבל dochel. Germ. Ein kramer, der in einem Kauff laden feil hat. *Gal. Boutiquier, mercier, lauernier. Hisp. El tendero, mesonero, o ventero,*] καπηλεύς, institor, qui in taberna merces suas venales habet. Cice. pro Flac. Opifices, & tabernarios, atque illam omnem facem ciuitatum, quid est negocij cõcitare? Cæl. ad Cice. lib. 8 Sed dici non potest, quomodo hic omnia taceant: nisi ego cum tabernarijs, & aquariis pugnarem, veternus ciuitatem occupasset.

TABES. f. 3. [*Tisiche, ma di tisico, marcia, sangue marcio.* G Schwindsucht, auszerung oder auszdorrung. *Gal. Enque tisie, mal di tisico.* n. *Corruption, o podre, o tisica,*] μαρασμός, σύντηξις colliquatio ex morbi diuturnitate, seu nimia corporis extenuatio ex cura, animive ægritudine procedens. Huius tres sunt spẽs: Vna cũ corpus nõ alitur, & ita summa oritur macies, nisi occurratur, occidit, quæ ἀτροφία, dicitur a Græcis, & qui hoc malo laborant, ἀτρεφεῖς. Altera, vbi malus corporis habitus est, ideoq. oĩa alimenta corrũpuntur. Hanc Græci καχέξιαν nominant. Tertia, quã Græci φθίσιν vocant, ἀπὸ τοῦ φθίνειν, quod est, consumi & tabescere, cum in pulmonem descendit a capite pituita, & siti frequens tussis oritur, cum exulceratione. Ex hac febricula leuis fit, quę etiam cum quieuit, tamen & repetit; frequens tussis est, pus excreatur. Hęc Sipontinus ex Cels. lib. 3. c. 2. Tabẽ (inquit Fest.) antiqui vsi parũt pro eo, quod quid faceret tabescere. Sall. Catil. Vti tabes pleriosq; ciuiũ animos inuaserat. Cic. 3. Tusc. Habet ardorem libido, leuitatem lætitia gestiẽs, humilitatẽ metus: sed ægritudo inflora quædã, tabẽ, cruciatũ, afflictionẽ &c. Vir. 6. Aen. Hic quos durꝰ amor crudeli tabe peredit. Vbi Seruius, Tabe, corpore defluente paulatim. Ouid. 9. Met. Ambustiq. sonant nerui, cæcaq; medulli: Tabe liquefactis. Arborum tabes, σύντηξις ἀτροφία, qua arbores alimentũ non sentientes elanguescũt, & tandem arefiunt. Interdum aliquid cruenti, & pestilentum significat: quod Græci ἰῶδες seu λύσσον, nominant. Seru. in illud Virg. 3 Aene. Et terram tabo maculat: Tabo, inquit, nomen est sexti casus tantum: quod si velis declinare, hęc Tabes, huius Tabis dices: In hac tamen significatione vsitatius vsurpatur nomine Tabo. Idem lib. 8. Aen. Et sanie taboque fluentes. Vbidẽ Seruius, Sanies mortui est, Tabo viuentis, s. sanguinis. Ouid. 2. Met. Protinus inuidiæ nigro squallentia tabo Tecta petit, Vbi interpres, Diptoton nomen est, i. duorum casuum; nam tabi, & tabo, solum inueniuntur. Virg. 3. Georg. Turpi dilapsa cadauera tabo.

TABEO, es, n. 2 [*Marcirsi,* נסק nanak. Ger. Auszehrẽ, zerschmeltzen vor krãckheit oder kümer verschweinẽ. *Gal. Deuenir en chartre, deuenir tout sec & etique. Hisp. Podrirse.*] τήκομαι. colliquefio, tabe consumor. Ouid. 6. Meta. Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros Sponte sua lanaq; cadunt, & corpora tabent. Nonnunquã idem quod tabo, siue sanie diffluo. Vir. 1. Aen. Et sale tabentes artus in litore ponunt.

TABESCO, bescis, *Marcirsi, ammalarsi, corrumperssi, infracidirsi* נסק namak. Ge. Verschweinẽ, vor kommer vnd schmertzẽ zu vnwasser vverden. *Gal. Deuenir tout sec & etique. Hisp. Podrirse, hazer tisico.*] ἀτροφῶ, τήκομαι, μαραίνομαι, tabe consumor, morbo, vel animi ægritudine colliquefio. Plau. Cap. Tuo mœrore macereor, marcesco, consenesco, & tabesco miser. Ter. Adel. Nam & illi animam iam releuabis, quæ dolore, ac miseria tabescit. Cice. Att. lib. 2. Ego autem vsque eo sum enervatus, vt hoc ocio, quo nunc tabescimus, malim τυραννεῖσθαι, quam optima spe dimicare. Tabescere sal dicitur, cum in humorem diffunditur. Cat. de re rust. Id aliquoties faciendum in dies, donec sal desinat tabescere. Composita sunt, Contabesco, Distabesco, Extabesco & Intabesco, quæ omnia sunt ferè eiusdem significationis, vt est videre suis locis.

TABIDVS, da, dũ, p. c. o. 1. 2. [*Marcio, guasto,* G. Auszehrend, schwach und an kreffte abkommẽ, schwindsüchtig. *Gal. Etique, corrumpu, & gastè. Hi. Podrido, o corrumpido,*] φθινώδης. propriè de eo dicitur, qui morbo, vel animi ægritudine extabescit, & colliquatur. Accipitur tamen ẽt generalius pro omni eo, quod quouis modo

corumpitur. Oui. 1. de Pon. Eleg. 1. Non igitur mirum eſt, ſi mens
mea tabida facta De uiue manantis more liqueſcit aquæ. Tabida
lues. i. tabifica. [*Mortifero.*] Virg. 3. Aen. Subito cum tabida mem-
bris Corrupto cæli tractu, miſerandaque venit, Arboribuſque, ſa-
tiſq; lues. Sic etiam Tabidam vetuſtatem appellat Oui. 4. de Pon.
Eleg. 8. Tabida conſumit ferrum lapidemque vetuſtas. Nix tabi-
da, quæ iam remittente ſe frigore ſoluitur. Liu. lib. 1. Bel. Pun. Ita-
que in leui tantum glacie, tabidaque niue volutabantur iumenta.
Aliquando etiam tabidum dicimus, quod tabo diffluit, & ſanio-
ſum eſt. Matt. lib. 1. Indignas premeret peſtis cum tabida fauces,
Loquitur de lichenibus.

TABIFICVS, a, um, o. 1. 2. [*Mortifero.*] G. Das machtauſſ zuzehtē, κreſſ
tig zu feulen der ſchwinend zu machen. *Gal. Qui fait emmaigrir,
& decheoir iuſques a deuenir en chartre patrefactif. Hiſ. Coſa que ha-
ze podrir algo,*] φθιστικός: quod tabem inducit. Ver. in Epigr. Liuor
tabificum malis venenum. Vnde & à Cic. li. 3. Tuſc. Aegritudo, &
metus Tabificæ perturbationes dicuntur, quoniam mentem lace-
rant, tabem, cruciatum, & afflictionem inferunt. Pli. lib. 29. cap. 5.
Non enim eſt tabica vis: itaque occiſa morſu earum animalia ci-
bis innoxia ſunt. Antiqui Tabificale in eadem ſignificatione vſur
parunt, vt annotauit Nonius citans illud. Accij ex Mad. Par. necі
orbificor liberorum letho, & tabificali.

TABIS, in. 3. τάβις, Steph. mons Scythiæ, mari incumbens, non pro-
cul à Serum regione, Auctor. Pli. lib. 6. c. 17.

TABITVDO, f. 3. [*Marcia, male.*] σύντηξις, idem quod tabes. Plin. lib.
22. c. 25. Peculiariter tamen ad Tabitudinem longo morbo reda-
ctis ſubuenit. De halica.

TABLINVM, ni, n. 2. γραμματοφυλάκιον, χαρτοφυλάκιον, locus in quo
tabulæ, & inſtrumenta publica, monumētaq; retū geſtarū aſſeruabātur.
Pli. li. 35. c. 2. Tablina codicibus implebātur, & monumētis rerum
in magiſtratu geſtarū. Apul. lib. vlt. Flo. Medici cū intrauerint ad
ægrum, vti viſant, nemo eorū, quod per pulchra tablina in ædib.
viſant, & lacunaria auro oblita, &c. Dicitur autem Tablinum non
tabulinum, quemadmodū & Figlinū, non Figulinum. Differt a pi
nacotheca, quod in ea tabulæ pictæ, aliaq; id genus ornamenta, in
tablino rerū in magiſtratu geſtarum monumenta continebantur.

TABOR, m. 3. ταβώρ, mons in medio Galilææ, rotundus, ac ſublimis.

TABRACA, f. 1. τάβρακα, oppidū eſt Africæ minoris, vt Pōponio pla-
cet. Nam à Pli. Numidię adſcribitur. Silius Sabatrā nominat. li. 3.
Sabatratum Tyrium vulgus, &c. Alij Tabatrā, quod minimè mi-
rū eſt, Barbara enim vocabula inepta ſunt, nec ſemper eodē ſono
vtraque lingua efferri conſueuerunt, vt Hermolaus ſcribit.

TABVLA, f. 1. [*Tauola,* לוח luach קרש kereſc. G. Ein tafel. *Gal. Table
ou tablette, tableau, aix ſcié, planche. Hiſ. Tabla,*] πίναξ, aſſer in vſum
aliquem concinnatus, cuiuſmodi ſunt, quibus aut pingimus ali-
quid, aut ſcribimus. Pla. in Men. Dic mihi, nunquid vidiſti tabulā
pictam in pariete, vbi aquila catamitum raperet? Hor. 1. Epiſt. 2.
Qui cupit aut metuit, iuuat illum ſic domus, aut res. Vt lippū pi-
ctæ tabulæ, fomēta podagram. Ci. pro Roſc. Amer. Quid præterea
cælati argenti? Quid ſtragulę veſtis? Quid pictarum tabularum?
quid ſignorū? quid marmoris apud illum putatis eſſe? Tabulæ itē
dicebātur codicilli ex ligno, cera obducti, in quibus olim teſtamē
ta actaque publica ſcribebātur: vnde etiā hodie, quamuis mutata
re, tabulas accipimus pro teſtamento, aliiſve publicis ſcripturis,
ex quauis materia confectis, [*Teſtamento.*] Cic. pro Cæl. Cælius ta
bulas nullas fecit. Et tabula dicebatur, in quam mittebāt teſſeras,
quæ Luſoria, & quādoque Latruncularia, & Pyrgus, ſiue Alueus,
Alueolusve dicebatur. Tabulæ nouæ appellantur, quando debi-
tores creditas pecunias cum vſuris perſoluere non coguntur ipſis
creditoribus, & abolitis prioribus debitis, nouæ tabulę conficiun-
tur. Ci. 2. Off. Tabulę nouæ quid aliud habent argumenti, niſi vt
emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeā pe-
cuniā? Sal. in Cat. Tunc Catilina polliceri cepit tabulas nouas, pro
ſcriptionem locupletū. Tabula item liber eſt, quem ſibi quiſq; no-
ſtrum priuatim facere conſueuit, quaſi quoddam memorię promp-
tuarium eorum quæ agimus, i. Diarium, & Ephemeris actionum
noſtrarū, Liu. lib. 4. de Cenſura loquēs: Conſtitutum eſt, eam do-
mum vnicuique noſtrum debere exiſtimari, vbi quis ſedes, & ta-
bulas haberet, ſuarumq; rerum conſtitutionem feciſſet. Bud. Ta-
bulæ accepti, & expenſi, rationes, in quas acceptę, & expenſę pe-
cuniæ ferebantur. Cic. 3. Ver. Habeo & iſtius & patris eius accepti
tabulas oēs, quas diligētiſſimè legi, & digeſſi. Tuis tabulis cauſam
dicis, hoc eſt priuatis tuis, & domeſticis rationibus. Bud. Tabulæ
pro auctione. Cic. pro Cęc. Adeſt ad tabulam licetur Ebutius, &c.
Cic. Teren. Quemadmodum à Veſtę ad tabulam Valeriam dedu
cta eſſes. Tabulæ item dicuntur aſſeres, ex quibus nauis compin-
gitur Cic 2. Offic. Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit,

TABVLARIS, & hoc re, o. 3. vt tēperatura ęris tabularis, quæ accōmo-
datiſſima erat conficiendis ęreis tabulis, quibus ea incidebantur
quorum memoriam poſteritati traditam volebant. Pli. lib. 34. c. 9.
Aes omne frigore magno melius fundi, ſequenſq. tēperatura ſta-
tuaria eſt, eademque tabularis, hoc modo maſſa conflatur, &c.

TABVLARIVM, n. 2. γραμματοφυλάκιον, Seruio auctore, locus eſt, in

quo tabulæ, hoc eſt, inſtrumēta, & literæ & acta publica reponun-
tur. Ci. pro Arch. poeta: Hic tu tabulas deſideras Heraclienſium
publicas, quas Italico bello, incēſo tabulario, interijſſe ſcimus oēs.

TABVLARIVS, rij, m. 2. qui ad teſtamenti tabulas obſignandas adhi-
betur. Tac. li. 14. Igitur Fabianus tabularijs, quos modo memora-
ui & alijs minùs illuſtribus obſignat.

TABVLATA, orum, n. [*Solari, palchi,* מקרה mekarèh. G. Eī fuſsbuene,
fuſstafel, fuſsboden mit dilen vberſtollen. *Gal. Planchers, eſtages.
Hiſ. Tablados, ſobrados, ò corredores,*] σανιδώματα, dicuntur planæ
in ædibus ſuperficies, tabulis, vel etiam lapidibus conſtratæ: vul-
gus Solaria vocat. Cæſ. 6. Bell. Gal. in extremo ponte turrim tabu-
latorū quatuor conſtituit. Rurſus tabulata dicuntur rami exten-
ti, in arboribus in plana tendentes, non in altiora creſcentes. Col.
lib. 6. Cum deinde adoleſcere incipient vlmi, falce formandę ſunt
& tabulata inſtituenda. Hoc enim nomine vſurpant agricolæ ra-
mos, truncoſque prominentes: eos vel propius ferro compeſcunt,
vel longius promittunt, vt vites laxius diffundantur.

TABVLO, tabulas, a. 1. [*Intauolare,* קרה kerah. Ger. Taefelen, mit dilē
oder bretteren vberziehen. *Gal. Plancher d'aix. Hiſp. Entablar pa-
red ò ſuelo,*] σανιδόω. tabulis aliquid conſtruo. Hinc tabulatio, tabu-
lationis, σανίδωσις, tabularum compoſitio, & textura ſicut aſſerū
coaſſatio. Cæſ. 2. Bel. Ciu. Centoneſque inſuper iniecerunt, ne aut
tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent, aut ſaxa ex cata-
pultis lateritium, excuterent. Hinc & contabulo. Suet. in Calig.
Qui non ſine admiratione Helleſpontum contabulauerit.

TABVRNVS, m. 2. mons Cāpaniç, oliuetis abū dans. Vir. 2. Geor. Iuuat
Iſmara Baccho Conſerere, atq. olea magnum veſtite Taburnum.

TACAPE, es, ſiue Tacapa, æ, ταχάπη, ciuitas propriè dicta, nō procul
à minore Syrti; de cuius agri fertilitate ita ſcribit Plin. lib. 28. c. 22.
Ciuitas Africæ in mediis arenis, petētib. Syrteis, Leptimq. magnā,
vocatur Tacape, felici ſupra omne miraculum riguo ſolo, temis fe
re millibus paſſuum in omnem partem fons abundat, largus qui-
dem, ſed certis horarum ſpatijs diſpenſatus inter accolas. Palmę
ibi prægrandi ſubditur olea, huic ficus, ficui punica, illi vitis ſub
vite ſeritur frumentum, nox legumē, deinde olus, omnia eodem
anno, omniaque aliena vmbra alūntur. Super omnia eſt, bi feram
vitem bis anno vindemiare. Et niſi multiplici partu exinaniatur
vbertas, pereunt luxuria ſingulis fructus.

TACEO, taces, tacui, tacitū, n. 2. *Tacere ſtar cheto,* שתק ſciathax, חשת
chaſciach תרש charaſch דם dam רמה damah. Ger. Schvveigen.
Gal. Se taire ne dire mot. Hiſ. Callar yno hablar,]σιγάω, σιωπάω, ni-
hil loquor: notę eſt ſignificationis. Ter. in Eun. Nunquid habes,
quod contemnas? quid tu aūt Thraſo? Tacet, ſatis laudat. Tacere
aliquid, eſt reticere. Ter. Eun. Quæ vera audiui, taceo, & contineo
optimè. Qñq; ēt dī de ijs, quæ ſine voce ſunt: Sic agrū, & mare ta-
cere dicimus, in quo nullus auditur ſtrepitus. Virg. 3. Ecl. Cū tacet
omnis ager. Quoniam verò cum aliquid laude dignum eſt, lauda-
mus, & è contrario malefacta non laudamus, factum eſt, vt tacen-
da, non laudanda, & nō tacenda laudanda dicantur. Ou. 2. de Art.
Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus: At contra grauis eſt cul-
pa, tacēda loqui. Qñque ſignificat ſecurū eſſe, [*Eſſer ſeguro,*] quo-
niā qui ſecum ſunt, nullam querendi cauſam habēt. Ter. in Adel.
Tace, egomet conueniā Pāphilum. Tacitum eſt, imperſonale. Ter.
in Adelp. Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt. Huius compoſi-
ta Conticeo, Obticeo, Reticeo, & Subticeo, de quibus ſuis locis.

TACHEMPSO, f. 3. ταχεμψώ, teſte Herodoto lib. 2. Hiſt. quædam Nili
inſula eſt, non procul ab Elephantina.

TACITVM MEI, n. 2. πρότρεχον, quod per ſe fluit, & eſt optimum.

TACITVRNVS, a, um, o. 1. 2. [*Tacito, taciturno.*] G. Still, der vvenig vvort
treibt, der nicht viel klapperet, verſchvvigē. *Gal. Taciturno qui ne
dit mot ou bien peu. Hiſp. El que mucho calla*]σιγηλός. qui pauçorum
eſt verborū, & minimè garrulus. Ou. 2. de Art. Qui ſermone placet
taciturna ſilentia vitet: Qui canit arte, canat: qui bibit arte bibat.
Ripa taciturna i. quieta, in qua nullus auditur ſtrepitus, [*Quieto.*]
Hor. 2. Car. Ode 20. Caretq. Ripa vagis taciturna vētis. Hinc taci-
turnitas, [*Silentio,*] idem quod ſilentium Cic. de Inu. Taciturnitas
imitatur confeſſionem. Ter. in And. Sed his, quas ſemper intellexi
in te ſitas, fide & taciturnitate. Hor. 4. Car. Ode 8 Quid foret Iliæ
Mauortiſq; puer, ſi taciturnitas Obſtaret meritis inuidia Romu-
li? Huius diminutiuum eſt Taciturnulus. Apuleius, Blanda mu-
lier, & taciturnula. Taciturniſſimum oſtium, apud Pla. in Cur. va-
let ne oſtium? Ph. Beliſſimum hercle vide, & taciturniſſimum.

TACITVS, o, 1, 2. [*Tacito, ſecreto,* רמם damā דמם dumam. Ge. Stillſch
vveigend, der da ſchvveigt. *Gal. Qui ſe tait.*]ἐκὼν εἰδώς, modo actiuè
accipitur pro eo, qui tacet. Cic. in Catil. Quid expectas auctorita-
tem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perſpicis? Taci-
tum os alicui præbere, eſt nihil prorſus reſpondere, [*Non reſponde-
re.*] Cic. 1. Ver. Qui teſtes priore actione interrogare noluerit, &
ijs tacitum os præbere malueris, &c. Al. quando paſſiuè, pro eo
quòd tacetur. Virg. 6. Aen. Quis te magne Cato tacitum, aut te
Coſſe relinquat? Tacitè aduerb. ſecretè, & ſubmiſsè.

TACITVS, m. 2. Cor. ſub Adriano princ. pe orator clariſſimus, æqua-
lis ac familiaris Plinij iunioris Belgicę Galliæ rationes procuraui.

ad Veſpaſianos vſq. peruenit, ab iiſq. honoribus euectus hiſtoriã principum conſcripſit, ab Auguſto vſq. ad Adrianum, quæ ad nos haud integra peruenit. Hãc igitur non vitas Imperatorũ auſus inſcribere, ſed tantum diurnales actiones, quæ medium inter hiſtoriam, & vitas tenerent. Scripſit & de Claris Oratoribus. Cic. Bru. & materia, & dicendi copia imitatus. Præterea vitam Agricolæ ſoceri ſui: & de moribus, ac ſitu Germaniæ, ſtylo, tum preſſo, & eleganti, tũ arguto, & ſententioſo: in cætera verò hiſtoria aliquanto ſublimior. Scribit Flauius Vopiſcus, hunc auctorem, tãquam è ſuis progenitoribus Tacitum Imperatorem quotannis decies, deſcribi, ne liber periret, eumq; in omnibus bibliothecis apponi iuſſiſſe. Tertullianus autem noſter, cum mendaciorum loquentiſſimum appellat, propterea quod iniquiſſimum ſeſe in ſcriptis ſuis, falſiſſimumque de Chriſtiana religione iudicem præbuerit.

TACOLA f. 1. *ταχόλα*. emporium ampliſſimum Indiæ extra Gangem in aurea Cherſonneſo, cuius meminit Ptol. li. 7. c. 2. Hodie *Malacha* dici creditur, à Luſitanis noſtra ætate vi ſubacta, quod teſtatur Epiſtola Emanuelis regis ad Leonem decimum.

TACTICI, m. 2. *τακτικοί*, à Vegetio appellantur, quibus cura incumbit inſtruendæ aciei. Nam *τάττειν*, inſtruere eſt, & ordinare.

TACTVS, a, um, o. 1. 2. [*Toccato* נגוע naghuangh. Ger. Beruert. G. *Touche, ému*, par. paſſ. a Tango: cuius contrariũ eſt intactus. Accipitur aliquãdo pro afflato, ſiue fulmine percuſſo. Cice. de Aruſ. reſp. Tactus etiam ille, qui hanc vrbem condidit. Pro eodem etiam dicimus de, vel è cælo tactus. Cic. 2. de Diu. Nattæ verò ſtatua, vt ęta legum de cælo tacta, quid habet obſeruatum, ac veruſtum.

TACTVS, tactus, m. 4. [*Tatto*. Ge. Beruerung, das anrueren, betaſtung. *Gal. Touchement*. Hi. *El ſentido para poder ſentir*,] nomen, *ἁφή*, ipſe tangendi actus. Pli. li. 8. c. 55. Necnon & veſtes leporino pilo facere tentatum eſt, tactu non perinde molli vt in cute. Virg. 2. Aen. Tactuque innoxia molli Lambere flamma comas. Tactus item eſt vnus ex quinque corporis ſenſibus a cerebro per neruos in totũ corpus diffuſus. Pli. li. 10. c. 69. Ex ſenſibus ante cætera homini tactus denique guſtus, reliquis ſuperatur à multis.

TADET, [*Ineresſere, infaſtidire*, קיץ xats, געל ghãghal מאס maas. G. Verdruſs habẽ. G. *Eſtre ennuyé de faſcherie*. Hi. *Hazer aſſio, ò enoio*, tæduit, vel tæſum eſt, verbũ imperſonale, idem ſignificans, quod tædium, hoc eſt, ſatietas, & faſtidiũ capit. Ter. in Eun. Et tędet, & amore ardeo. Tædeo verbũ perſonale in vſu non eſt: quãuis compoſitum eius Pertędeo legatur apud Gel. lib. 1. Has ille inanes cum ſtaret glorias, iamque omnes finẽ cuperent, verbiſq; eius fatigati pertæduiſſent. Tædet autem impeſonale verbũ habet ferè poſt ſe accuſatiuum cũ genitiuo. Cic. 2. Ver. ſunt homines, quos infamiæ ſuæ neque pudeat, neque tædeat. Nonnunquam accuſatiuum ſine genitiuo. Nonnunquam cum ſolo genitivo, accuſatiuo tamen tacitè ſubaudito. Ter. in Eunu. Tędet harum quotidianarum formarum. Cic. ad Att. lib. 2. Profuſis vitę tædet, ita ſunt omnia omnium miſeriarum picniſſima. Nonnunquam cum infinituo. Ter. in Phor. Atque non tædet audire eadem millies.

TAEDIVM, dij, n. 2. [*Tedio, faſtidio, noia*, עגל ghohal. G. Ein verdruſſ. *Ga. Ennuy & faſcherie*. Hiſp. *Haſtio, enoio*,] *ἀδημονία, κόρος*, faſtidium, ſatietas. Quin. lib. 2. Et ipſius lectionis tædium vicibus leuatur. Iuu. Sat. 7. Tædia tunc ſubeunt animos. Oui. 9. Met. Nec tędia cepti Vlla mei capiam, dum ſpiritus iſte manebit.

TAEDIVS. p. c. m. 2. [*Faſtidioſo*,] *προσκορής*, faſtidioſus, qui omnibus tædio eſt. Feſt.

TAENARVS, & in plurali numero Tænara, p. c. m. 2. *τέναρον*, promontorium eſt Laconicę regionis, circa medium meridionalis lateris Peloponneſi, quam longiſſimè in mare procurrens, oppidũ habẽs eiuſdem nominis. *Τέναρον* (inquit Suidas) *ἀκρωτήριον Λακωνικῆς, ἐν ᾧ ἐστόμιον ἦν καταγειον, εἰς ἅδου ἄνοδος. Ποσειδῶνος ἱερὸν ἀσφαλίου, ἐκεῖθεν δὲ τοὺς εἵλωτας ἐκ τῆς θεοῦ ἱκέτας καθεδίσας ἐπὶ τῶν ἱερῶν τοῦ Ποσειδῶνος, ἀδεῶς διαφθείροντες ἀπῆλθον οἱ Λακεδαιμόνιοι*, id eſt, Tænarum promontorium Laconiæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes, vbi & Neptuni prędis templum: illic ſupplicantes in ſacello Neptuni Helotes, nihil veriti Lacedæmonij interfecerunt. Circa Tænarum, antrum oſtendebatur, per quod Herculem ab inferis redijſſe poetę fabulati ſunt, Cerberumque vinctum ad ſuperos traxiſſe. Vulgoq; creditum eſt, eas inferiorũ eſſe fauces. Vir. 4. Geor. Tænarias ẽt fauces, alta oſtia Ditis. Ibidem marmor Laconicum effodiebatur, coloris viridis, quod & a loco Tęnarium cognominatur. Proper. lib. 2. Quod non Tęnarijs domus eſt mihi fulta columnis.

TAENIAE, f. 1. *ταινίαι*, vittarũ extremitates, vt quę ab inſulis pendent. Vir. 7. Aen. Fit tortile collo Aurum ingens coluber, fit longæ tænia vittæ. Quandoq; accipitur pro tota vitta. Idem li. 5. Puniceis ibant euincti tempora tænis. Vbi Ser. tu. Tęnis, à tęna; non tęnia; nam & Tæna, & tænia dicitur. Tænia (inquit Feſtus) propriè dicit fascia, Græca enim dictio eſt *ταινία*, quam ſic interpretatur Verrius, & dicat eſſe laneũ ornamẽtũ capitis honorati. Ennius in Alexandro, Volans de cælo cum corona, & tęnijs. Hactenus ille. Pli. li. 13. c. 12. Deprehenditur, & lentigo oculis, ſed incerta medijs glutinamẽtis tænia, fungo papyri bibula vix niſi litera fundẽte ſe, tantum ineſt fraudis. Tænias prętereа dicimus lapides, ſub aquis cãdicantes, in

longum porrectos, à faſciarum ſimilitudine. Pli. in Præf. lib. 3. Nec profunda altitudo miraculũ minuit. Frequentes quippe tæniæ cãdicantis vadi carinas territant. Eſt & tænia, piſciculi genus apud Ariſtotelẽ à gracilitate, & longitudine dictũ. vide Pli. li. 32. c. 7. Tęniola diminutiuum. Col. lib. 11. c. 3. Braſſica cum ſex foliorum erit, transferri debet, ita vt radix eius liquido fimo illita, & inuoluta tribus algæ tæniolis pangatur, hoc eſt, quibuſdam quaſi faſciolis.

TÆNON, f. 3. fuit vrbs in Laconia teſte Hermione in lib. 9. Plinij à qua mulier poetria nomine Herina ortũ habuit. Fuit & in Achaia vicus *τηνοῦσσα*, id eſt, Teneũ & tenea vicus, inter Mycenas, & Corinthũ.

TAGES, m. 3. (inquit Feſtus) idem quod furunculus tagendo dictus. Antiqui enim Tagere dicebant pro tangere. Vnde Tagacem manum, dixit Lucil. Mutoniſq. manum perſcribere poſſe tagacem.

TAGES, in. 3. filius Genij teſte Feſto, & nepos Iouis, qui adhuc puer XII. Etruriæ populos haruſpicinã traditur docuiſſe. De hoc Cic. li. 2. de Diu. ſcribit ad hunc modũ. Tages quidã dicitur in agro Tarquinienſi, cũ terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus extuliſſe repente, & eũ affatus eſſe, qui arabat. Is autẽ Tages, ut in libris eſt Etruſcorũ, puerili ſpecie dicitur viſus, ſed ſenili fuiſſe prudẽtia. Eius aſpectu cũ obſtupuiſſet bubulcus, clamoremq; maiorem cũ admiratione edidiſſet, concurſum eſſe factũ, totamq. breui tpe in eum locum Etruriã conueniſſe, tum illum plura locutum multis audientibus qui oĩa eius verba excepetint, literiſq; mandauerint: omnem autem orationẽ fuiſſe eã, qua haruſpicinæ diſciplina continetur: eã poſtea creuiſſe rebus nouis cognoſcendis, & ad eadẽ illa principia referendis. Hactenus Ci Ou. l. 15. Met. Indigenæ dixere Tagẽ, qui primus Etruſcã Edocuit gentẽ cæſus aperire, &c.

TAGESTA, f. 1. *ταγεστα*, Africæ oppidum, D. Aug. patria. Plin. lib. 5. c. 4. *παρὰ θάλασσαν*. Tageſtenſe oppidum vocat.

TAGO, tagis, a. 3. [*Toccare* נגע naghangh. *Gal. Toucher*,] apud veteres in vſu fuit, pro tango. Tagit (inquit Feſtus) pro Tangit, procul dubio antiqua conſuetudo vſurpauit. Pacuuius in Teucro: Vt ego ſi quis me tagat, & tagam. Idem in Hermiona, Non cernam, niſi tagam. Hinc etiam Attigo, legitur pro attingo. Pla. in Bacc. Ne attigas puerum iſta cauſa, quando fecit ſtrenue.

TAGVS, m. 2. *τάγος*, fluuius Lnſitaniæ, aureas trahens arenas. Iuuen. quod Tagus, & rutila Pactolus voluit arena. Circa hunc fluuium (ſi Plinio credimus) equæ Hanti Fauonio obuerſę, animalem ſpiritum concipiunt, equoſque ita gignunt pernicißimos, ſed qui certium vitę annum non excedant.

TALABON, m. 3. *τάλαιολ*, filius fuit Iaſij, & Argos regnauit, vt notat Boccatius lib. 2. c. 38.

TALARIA, pl. num. n. 3 *πτέδιλα*, calceamenta alata Mercurij. Vir. lib. 4. Aen. Pedibus talaria nectit Aurea. Talaria induere, prouerbialis allegoria, pro eo, quod eſt fugam adornare: quaſique velle quopiam auolare. Cic. ad Att. lib. 14. Nemo eſt iſtorum, qui ecium non timeat: quare talaria induamus.

TALARIS, & hoc talare, o. 3. *κνημιδωτικός*, quod ad talos pertinet. vt, Veſtis talaris, quæ ad talos vſque deſcendit. Cic. 7. Ver. Stetit ſoleatus prætor pop. Romani cum pallio purpureo, tunicaque talari mulierciila nixus in littore.

TALARIVS, a. um. o. 1. 2. *πτερωτικός*. quod pertinet ad talos: vt, Lex talaria, aduerſus eos, qui talis luſitant. Talarius ludus, *κυβεία*. id eſt, ludus talorum. Cic. lib. 1. Offic. Addes his, ſi placet, vnguentarios, lanitatores, totum que ludum talarium.

TALASIO, m. 3. apud Romanos carmẽ nuptiale erat: & Deus ipſe nuptiarum prędes, quem Græci vocant *ὑμέναιον*. Mart. lib. 1. Quid, ſi me iubeas Talaſionem verbis dicere nõ Talaſionis? hoc eſt, Quid ſi me iubeas hymnos nuptiales alijs verbis, quam nuptialibus cantare? Feſtus ex ſententia Varronis Talaſionem tradit fuiſſe vocem nuptialẽ, nouis nuptis boni ominis cauſa acclamari ſolitæ. Quare autem ea acclamatione in nuptijs vterentur, diuerſi diuerſa ſenſerunt T. Liu. li. 1. ab Vrbe ſcribit, in raptu Sabinarũ, virginem vna longe ante aliàs ſpecie, & pulchritudine inſignem a globo Talaſij cuiuſdam raptam fuiſſe, multiſq; ſciſcitantibus cuinam eam duce rent, identidẽ, ne quis eam violaret, Talaſio ferri clamitatu: ideoq; eam vocem nuptialem eſſe factam. Varro exiſtimat hãc vocem in nuptijs vſurpatam fuiſſe non alia ratione, niſi vt nouæ nuptæ ad opera & labores. & prędpuè ad lanificia excitarentur. Talaſionem enim vocabant quaſillum, ſiue calathum, hoc eſt, vas lanificijs aptum, Quam ſententiam tangit & Plutarchus in Proble. a Græcis huius vocem originem repetens, qui lanam, *τάλασιον*, appellant.

TALEA, f. 1. [*Palo*, ספח ſapin פארח purah צלצל tſaltſal. G. Eizweig, ſetzling, ſezzwe. g. G. *Vn ſcion ou plãtal, ou ietton d'arbre taillé par le bout qu'on met en terre*. Hiſp. *Eſtaca propria para p'antar*,] *τάλια, ξυλάριον*, ſurculus præciſus ex vtraque parte, vt in terra inſeratur. Pli. lib. 7. c. 17. Myrtus, & taleis feritur: motus talea tantum: quoniã ramo eam ſeri religio fulgurum prohibet. Quapropter de taleari ſato nunc dicendum eſt. Seruandum in eo ante omnia, vt taleę ex feracibus fiãt arboribus, nec cuiuæ, neve ſcabræ, aut bifurcæ, neve tenuiores, quam vt manum impleant: ne minos pedalib. vt illibato cortice: atque vt ſectura inferior ponatur ſemper. Cato de re ruſt. c. 4. Taleas oleagineas, quas in ſcrobe ſaturus eris, crepidatas

tuum.

facito. Quemadmodum vero ſurculus, qui in terra ſeritur talea dicitur: ita quod inſeritur ramo, Calamus vocatur, Pli. li. 17. c. 14. Qđ ſi longius, afferantur pomorũ calami, rapo infixos optimè cuſtodire ſuccum arbitrantur. Eſt aũt hęc vox Græca, ſed quam Latini ita in vſum ſuũ cõuerterunt, vt Taleare pro incidere, ruſtica vſurpet ſimplicitas. Taleas (inquit Nonius) ſciſſiones lignorũ, vel preſegmina. Varro appellat de re ruſt. lib. 1. Vnde etiam nunc ruſtica voce, Intertaleare dicitur, diuidere, vel incidere ramum ex vtraque parte æqualiter præciſum, quas alij. Clauulas, alij taleas appellant.

TALEOLA, læ, f. 1. diminutiuum ξυλάριον, parua talea. Col. l. 3. c. 17. Idque per gemmas quinas, vel etiam ſenas partiti, complures taleolas terrę mandauerunt.

TALENTVM, n. 2. [*Talenta, vna ſorte di moneta,* כבר chichchar. G. Ein talent, ein gewicht, hielt 60. minas, das iſt bey 600. Kronẽ. *Gal. Vn talent, vna certaine ſorte di monnoye,* Hiſp. *Cierte manera di moneta mayor,*] τάλαντον, multiplex fuiſſe Budæus in eo opere, quod de Aſſe conſcripſit, latiſſimè docet. Quoties tamẽ apud ſcriptores talenti mentio occurrit, niſi aliud addatur, de minore talento Attico feri intelligimus, quod fuit minarum ſexaginta, ſingulæ autem minæ drachmas Atticas centum continebant. Valebat itaque talentũ ſex millia drachmarũ, hoc eſt, ſi ad Gallicæ pecuniæ æſtimationẽ redigas, coronatos ſexcentos, ſingulis coronatis ſolidis Turonẽſib. triginta quinque æſtimatis. Decem autem talenta coronatorũ ſex millia conficiunt. Quindecim talenta nouem millia aureorum. Viginti talenta, duodecim millia. Sed hoc, vt iam diximus, de talẽto Attico minore intelligendum eſt, quod apud ſcriptores plurimum celebratur. Eſt enim & alterũ talenti Attici genus, quod talentum magnum vocant, quod ad minus talenti epitriti, hoc eſt, ſeſquitertij habet proportionem. Nam cum talentum minus ſexaginta tantũ haberet minas, magnum talentũ minas habeat octoginta. Vtrũque autem talenti genus Atticum erat. Neque mirũ videri debet, Atheniẽſes duplici talẽto fuiſſe vſos, cum etiam duplex apud eos fuerit mina, maior & minor, quæ eandem inter ſe proportionẽ habebat, quã talentum maius, & minus. Erat enim mina Attica maior centũ drachmarum, cum minor ſeptuaginta quinque tantum haberet drachmas. Erant præterea pleraq; alia talentorum nomina, Euboicũ, Ptolemaicum, Syrium, Tyrium, Antiochenum, Babylonium, pondere & precio omnia fere diſtantia, ſed in hoc vno cõuenientia, quod omnia ex ſexaginta ſui generis minis conſtarent, ſed quæ in quibuſdam ciuitatib. maiores eſſent, quam in alijs: vnde etiam nata eſt talentorũ diuerſitas. Nam, vt ſcribit Africanus, talentum omne minarum fuit ſexaginta. Verũ quoniam minæ apud alios maiores erant, apud alios minores, factum eſt, vt talenta quoque eſſent inæqualia. Minarum etiã diuerſitas, ex varietate drachmarum nata eſt, quæ in quibuſdam ciuitatibus maioris erant precij & ponderis, quam in alijs. Quod & ipſum apertiſſimè teſtatur Iulius Pollux li. 9. Hoc (inquit) vtique dicere non intempeſtiuum erit, quod Atticum talentum ſex millia drachmarum valebat Atticarum: Babylonium verò ſeptem millia, Ægineũ decem millia, Syrium mille & quingẽtas, iuxta Atticæ drachmę rationem. Quẽadmodum ſanè & Atticas minas Atticum talentum habuit ſexaginta, Babylonium ſeptuaginta, Aegineum centum, iuxta proportionem. Sed mina ipſa, vt apud Athenienſes habuit centum drachmas Atticas, ſic apud alios quoque ipſis conſuetas, quæ pro ratione cuiusque talenti ſecundum augmentum, vel decrementum valerent. Hæc ille.

TALGA, f. 1. Inſula in mari Hyrcano (vt Pomponius refert) ſine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans, ſed vicini populi, quæ gignuntur, attingere nefas, & pro ſacrilegio habent, Dijs parata exiſtimantes, Dijſque ſeruanda. Hact. Mel. Ptol. lib. 6. cap. 9. Talca dicitur, Pli. lib. 6. c. 17. in Caſpio mari vulgatam inſulam Tazatam eſſe ſcribit. Variat igitur nomen vt in ſexcentis alijs, Viſtula, Iſtula, Tabireni, Tabarni, Tibareni, &c.

TALIO, m. 3. ἀμοιβή. qualis tetributio, idque in malam partem, vt ſi cui quis oculum eruerit, idem ille patiatur. Hinc Retaliare, ἀμείβεσθαι, Gellius formauit, quod ſignificat talione hominem repercutere. Pli. lib. 7. c. 54. Sicut in Cornelia familia nemo ante Syllam dictatorem traditur crematus; Idque voluiſſe, veritum talionem, eruto C. Marij cadauere.

TALIPEDO, as, p. c. n. 1. [*Scapucciare, ſdrucciolare,* מעד mahadh] παραφέρομαι pedibus vacillo & quaſi ſupra talos inſilio. Feſtus.

TALIS, & hoc le. o. 3. [*Tale,* כזה chazen. G. Solch. *Gal. Tel. Hiſp. Tal.*] τοιοῦτος, eiuſmodi, eius generis. Plau. in Aul Cui in re tali ſubue niſti ante hac. Tere. in Hea. Tum prẽterea talem, niſi tu, nulla pareret filium. Virg. 1. Aen. Haud equidem tali me dignor honore. Ci. 2. Off. Quales ſimus, tales eſſe videamur.

TALITER, [*Talmente,* באזת chazoth. Ge. Solcher geſtalt, der geſtalt. *Gal. Tellement.*] aduerb. τοιούτως, tali modo. Cic. ad Att. lib. 19. Etenim audieram nemini taliter licere. Plin. lib. 35. c. 11. Nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit.

TALITRVM, tri, n. 2. percuſſio, quæ vngue fronti puerorum infringitur. Suet. in Tiberio Cæſ. cap 68. Articulis tam firmis, vt recens, & integrum malum digito terebratet: caput pueri, vel etiam adolescentis talitro vulnetaret.

TALIVS, m. 2. in Sabinorum nominibus prænominis loco videtur fuiſſe. Feſtus.

TALPA, æ, f. 1. [*Talpa,* תנשמת tinſchemeth. G. Ein ſchermaus. *Gal. Vne taulpe.* Hiſp. *Topo animal.*] ἀπὸ παλάξ, gen. maſc. & fœm. animal captum oculis, muri ſimile, quod arua & hortos ſuffodit. Virg. 1. Geor. Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

TALTHYBIVS, m. 2. ταλθύβιος, Hom. Ilia. 1. præco Agamemnonis in Græcorum exercitu, qui vna cum Eurybate, ab Aganẽnone miſſus eſt ad Achillis caſtra, vt Briſeidem ab eo abduceret. Qui. in Epi. Briſeid. Nam ſimul Eurybates me Talthybiuſque vocarunt, Eurybati data ſum Talthybioque comes.

TALVS, li, m. 2. [*Tallone,* קעסל katſul. G. Ein bick elbein im geleich anden hinderen fuſſen der thieren ſodẽ klawen ſpalten. Itẽ, knod oder knortẽ am fuſs. G. *Le talon.* Hiſ. *El calcannar del hombre, carneol,*] ἀστράγαλος, os in articulo pedis animalium biſulcorum, ventre extuberans, concaua vertebra ligatum, quadratũ forma: altera parte concauum, altera ferè planum. Tali autem homini nõ ſunt, neque animalibus digites, aut ſolidas habentibus vngula, ſed tantum (vt diximus) biſulcis. Pli. li. 11. c. 46. Talos aſinus Indicus vnus ſolidipedum habet; Et paulo poſt. Hominem qui exiſtimarunt, talos habere, facilè ſunt conuicti, κατὰ χροιὰν τῶν, tamen talos quoque in homine dicimus pro ima parte pedis: ſiue pro oſſe, quod iuxta calcaneum extuberat. Hor. Ser. 1. Sat. 2. Ad talos ſtola demiſſa, & circumdata palla. Hinc talaris veſtis dicta eſt, ποδήρης, vſque ad talos demiſſa. Tali item dicebantur officula quædam quadrilatera, quibus olim luſitabant, quorum latus, quo vnitas ſignificabatur, Canis, ſiue Canicula dicebatur: in quam conuerſo talo deponebatur ab eo, qui iactauerat, nũmus vnus ſine lucro. Vnde dãnoſa canicula Perſio dicitur. Eius oppoſitum latus, Venus, ſiue Couis dicebatur, ſeptenarium numerum ſignificans, quem numerum qui repræſentaſſet, ſex nũmos lucrifaciebat, & quidquid caniculæ iactu corraſum eſset; Alia duo latera Chius & Senio dicebantur, ternarium ille, hic quaternarium ſignificans, Chius lucri nummos tres Senio quatuor auferebat: ideo dexter dictus. Perſ. Quid dexter ſenio fertet. Scire erat in voto. Erat tamen & ludi quædam ratio, in qua Senio ęquè damnoſus erat, atq; canis Suet. de Auguſt. Talis iactatis, vt quiſque canem, aut ſenionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios conferebat in medium, quos tollebat vniuerſos qui Venerem fecerat. Alię quoque in hoc ludi genere differentiæ fuerunt. Nam & Vulturios habebant, & Herculem baſilicũ. Plan. Talos poſcit ſibi in manum: prouocat me in aleam: iacit Vulturio quatuor: Talos arripio, Herculem iacto baſilicum.

TAM, & QVAM [*Tanto, & quanto.* Ger. So vaſt als. *Gal. Tant que. Hiſp. Tanto, & quãto,*] τόσον καὶ ὅσον, Priſciani ſentẽtia aduerbia sũt, q̃ poſitiuo, cõparatiuo, & ſuperlatiuo adjiciũtur, cũ duo, vel plures comparatiui, & ſuperlatiui diuerſæ ſignificationis poſiti inter ſe æquantur, vel ijdem geminantur. Cic. pro Deiot. Iſtam, inquam, dexterã non tã in bellis, neque in prælijs, quam in promiſſis, & fide infirmiorẽ: bis infirmiorem intelligendum eſt. Superlatiui exẽplum. Sal. Quàm quiſque peſſimè fecit, tàm maximè tutus eſt. Frequentiſſimè aũt poſitiuo. Cic. Tam ſum amicus reipublicæ, quàm qui maximè, ſcilicet eſt amicus, hoc eſt, Tàm amo rempubl. q̃ ille qui plurimum amat. Componitur, tam cum etſi, & ſignificat quãuis. Pl. iunior de Mart. Dedit quantum maximum potuit, daturus ampliùs ſi potuiſſet: tametſi quid homini dari poteſt maius, quam gloria, laus, æternitas? Tam aduerbijs adiũctum. Ter. in Hea. Nũquam tam manè egredior, neque tam veſperi domum reuertor, quin, &c. tam diminutiuis additum. Ter. in Adelph. Tam ob paruulam rem penè ex patria: turpe dictu. Tam modo, inquit Feſt. veteres pro modo accipiebant: quod Græci dicunt οὕτως ἄγαν.

TAMA, f. 1. dicitur (inquit Feſtus) cum labore vię ſanguis in crura deſcendit, & tumorem facit. Lucilius, Inguen ne exiſtat, papulę, tama, ne boa noxit.

TAMARA, f. 1. ταμάρα, oppidum Dammoniorum, in Occidentali parte Britannię inſulę. Ptol. lib. 2. cap. 3.

TAMARAS, m. 1. Ptol. Pomp. Tamaris fluuius Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Arrabrorum finibus in Oceanum fluens Occidẽtalem, a quo vicini populi Tamarici dicuntur. Vide Ptol. li. 2. cap. 6. & Melam lib. 3. in deſcriptione Hiſpaniæ.

TAMARITÆ, pen. p. m. 1. ταμαρῖται, populi Aſiatici non longè a Caſpio mari.

TAMARIX, ricis, f. 3. [*Tamarico,* G. Tamariſchẽ holtz. tamariſch. *Gal. De la bruyere. Hiſ. Tamariz, arfe, ò carache,*] μυρίκη. humilis frutex eſt ametinę ramis, folio anguſto carnoſo & ferè pinnato. Duo eius ſunt genera, Siluestre omnino ſterile, vnde & Infelix lignũ appellatur, a Gallis Bryaria. Alterum fructiferum, quod in Aegypto aluſſimas æquat arbores, ramis ex herbaceo, ſaluoque variegatis lignoſo fructu, galla maior: in quo ſemen guſtu aſperũ, eiuſdem effectus cum galla. Vide Plin. lib. 24. c. 9.

TAMARVS, m. 2. τάμαρος, Britannię fluuius, nõ procul ab Octio promontorio, quod Meridiem ſpectat, in Britannicum Oceanum influens. Ptol. lib. 2. cap. 3.

TAMEN,

TAMEN,[*Nientedimeno, nulladimeno, nondimeno, tuttauia, pur,* תם ach.G.Iedoch,nicht deſt minder.*Gal.Toutes fois,neantmoins,ſi eſt ceque Hiſ.Mas ò empero,*]ἐμως,μέντοι,aduerſatiua cõiunctio eſt,idẽ ſignificans,quod attamen,verumtamen,nihilominus quæ,vbi prę cedit Quanquam, Quamuis,& alia huiuſmodi,dat principiũ conſtructionis,ipſa dictione.Tamen excuſſa, quæ ideo in ligatura, & quaſi iunctura orationis fuerat inſerta, quia oratio, vnde non debuerat,inceperat.Idcirco in ordine Grãmatico tamen abiicitur,tã quam functum officio ſuo. Aliquando particula incæptiua eſt.Ci. Pæto:tamen a malitia non diſcedis.Aliquan do ponitur pro ſtatim [*Subitamente,*] Vir.9.Ecl.Hic hædos depone, tamen venietmus in vrbẽ.Aliqñ pro tandem:[*Finalmente,*]Sal.li.3.Hiſt.Nam qui enare conati ſunt,icti ſæpè ferramentis nauiũ, tñ aut vulnerati a ſuis, aut afflicti vndarũ vi multato fedè corpore,&c.Plau.Ita faciã,ita placet,quid tum tamen?Aliqñ dumtaxat,[*Purche.*]Ter,in Hecy. Quod potero faciam,tamen vt pietatem colam: Vbi Donatus, tamen,id eſt,dumtaxat,vel ita tamen,vt pietatem colam. Hinc cõponuntur Attamen,& Verumtamen,eiuſdem ferè ſignificationis.

TAMETSI,[*Benche ſe bene,quantunque.*Ge.Vvieuwol, ob ſchon. *Gal.Iacoit que,combien que.Hiſ.No embargante, no obſtante, donque.*]κἂν, καί τοι,aduerſatiua particula, idem valens, quod Quanquam, vel Etſi.Cic.pro Sex. Roſ. Tametſi viciſſe debeo; tamen de meo iure decedam. Hæc in principio orationis poſita,indicatiuo gaudet:ſecundo loco ſubiunctiuo: Tametſi pro tamen,[*Nondimeno,*] Tere. in Andr.Rape.D.Si quicquam mentitũ inuenies,occidito:Si nihil audio Ego iam te commotum reddam.D. tametſi hoc verum eſt. Tametſi.Ci.Epi.vlt.li.4.de Ora.lib.3. & de Petitione Conſulatus.

TAMIA,f.2.ταμία,oppidum in Orientali parte Britanniæ inſulę,ſub Caledonijs,Ptol.lib.2.cap.3.

TAMINIA,f.1.vuę genus,acinos habens rubentes, quę a quibuſdam falſo Aſtaphis agria credita eſt.Pli.lib.23.ca.1.Aſtaphis agria,ſiue ſtaphis quã Vuam taminiam aliqui vocãt falsò(ſuum.n.genus habet)cauliculis nigris, rectis foliis lãbruſcæ,fert folliculos vetius,q̃ acinos, virides, ſimiles Ciceri:in his nucleum triangulum.Mature ſcit cum vindemia, nigreſcitq; cum taminię rubentes norimus acinos:ſciamuſque illam in apricis naſci, hanc non niſi in opacis.

TAMOS,m.2.Indiæ promontorium eſt,quod Taurus attollit, in Meridiem ſeſe conuertens. Vide Pomp.in deſcriptione Indiæ.

TANAGRA,f.1.τάναγρα,oppidum Bœotiæ mediterranæ, quã γραῖαν, ab Homero appellari tradit Steph. Nobilitatum fuit autem hoc oppidum præſtantiſſimo genere gallinaceorum, ad pugnas, & prelia naſcentium,teſte Pli.lib.10.c.21.

TANAGRVS,ſiue Tanager,m.2.τάναγρος. fluuius eſt Lucaniæ,quę eſt regio Italiæ inter Picentinos & Brutios. Vir.3.Georg. Et ſicci ripa Tanagri.

TANAIS,m.3.τάναϊς,fluuius Scythię. Aſiam diuidẽs ab Europa,Fertiturque a Septentrione Nilo aduerſus,inquit Strabo li.11.paulo tamen Orientalior,non ſolum per Scythas in Męotim defluens,ſed & per Sauromatas.Originem eius incertam aliqui putant.Ptol.ex montibus Riphæis prodire putat,qui magis Auſtrales ſunt, quam Hyperborei.Alij in quorum numero Herod.eſt lib.4.aiunt eſſe paludem non admodum magnam,ex qua Tanais naſcitur, qui duobus oſtijs Męotim ingreditur, quæ ſtadij, intra ſe circiter ſeptuaginta diſtare ferunt. Alij ex Caucaſijs montibus oriri exiſtimãt. Scythę Tanaim Silin vocant. Fuit & oppidum Tanais, ad amnis huius oſtia,teſte Pli.lib.2.c.98. a Græcis, qui Boſphorum tenuere, conditum.Vide Ptol. lib.5.c.9. Dionyſius in Periegeſi.

TANATÆ,p.p.c.1.τανάϊται, Tanais fluuij accolę,a Suitis, Anchetis, & Satarneis deleti.Pli.lib.6.c.7.

TANAQVIL,f.3.Tarquinij Priſci vxor fuit, magni animi mulier, & Hetruſcæ diſciplinę peritiſſima. Vide Liu.lib.1.ab Vrbe.

TANARVS,m.2.ex Apennino naſcens,& in Padum influens.Plin.lib.3.cap.6.

TANDEM,*Finalmente,vltimamente,alla fine,al fine,* בסופו bacharouah.G.Letſtlich,hinden hernach,zũ letſtẽ.*Gal.A la par fin,in fin,finale.Hiſ.Finalmente,in fin,a la poſtre.*]ποτὲ τελευταῖον,τέως,ὑστατον,poſtremo,denique,ad extremũ.Vir.Iam tandẽ Italiæ fugiẽtis prędimus oras.Per interrogationem habet vrgens quidquã, & accelerans. Cic. Quouſque tandem abutere Catilina patientia noſtra?Aliquando eſt coniunctio expletiua. Ter.in Phorm.Ita ne tãdẽ vxorem duxit Antipho iniuſſu meo?Interdũ ponitur pro aliqñ vt apud eundem: Ita ne tandem ſororem duxit? Nonnunquam pro vix.Cic.Tandem aliquando Quirites.Idem pro Saltem. Ter. in Eun. Perfice hoc precibus, aut precio, vt hęream parte aliqua tandem apud Thaidem. Item pro tamen[*Nondimeno.*]Cic. In qua ciuitate tandem arbitrare te viuere? Tandem reticentia quędam cum abrupto ſermone,nonnihil ornatus habens. Plau. in Cur. Ac tandem,tandem.PH. Tandem es odioſus mihi.

TANDIV,[*Tanto tempo,*G.So lang.*Gal.Tant de temps,ſi long temps.Hiſ.Tanto tiempo,tanto como.*]τοσοῦτον χρόνον, tanto tempore Cic.6.Ver.Nam tam diu fuit in carcere Apollonius.Tãdiu & quãdiu.Ci.4.Ver.Ignominia autem grauis tandiu in illo homine fuit, quandiu iſte in prouincia manſit,

TANGO,gis,tetigi,tactũ,a.3.[*Toccare,*נגע naghang משש miſcere.Ger.Antrueren,betaſten.*Gal.Toucher.Hiſp.Tocar,*]ἅπτομαι, tactus ſenſu deprehendo.Lucr.li.1. Tangere.n. & tangi niſi corpus nulla poteſt res. Sed quoniã tangendo, quodammodo moueri videtur ea,quæ tanguntur, Tangere qñque,pro cõmouere [*Commouere.*] capitur.Idem lib.1. Nec bene pro meritis capitur, nec tãgitur ira. Nõnunquã pro fulmine percutere,ſiue afflare,[*Percuotere.*]Virg. 1.Eclo.De cælo tactas memini prædicere quercus.Qñque circumuenire.Turpil.At ẽt ineptius meus eſt mihi pater iratus:quia cum talento argento tetigi veteri exemplo amantis.Aliquando pro peruenire,[*Giungere.*]Cic.Vertes ſimul ac tetigit prouinciam.Tangere aliquid,pro deſcribere,mentionem facere,obiter attingere[*Fa mentione.*]Ci.4.Acad.Sed vbi Socrates,vbi Ariſtoteles iſta tetigit? Hęc modicè me tangunt.i. mediocriter me commouent. Cic.ad Att.lib.2.Cætera in magnis reb.minæ Clodij,cõtentioneſque,quę mihi proponuntur,modicè me tangunt.Tangere conſilia alicuius intelligere,[*Intendere,*] Cic.poſtquam autem conſilia eius omnia tetigi.Compoſita a Tango ſunt,Attingo,Contingo,Obtungo,Pertingo, quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

TANIS,f.3.τάνις, ciuitas Aegypti, a qua Tanicum, ſine Taniticum Nili oſtium dictum eſt.Herod. lib. 2. ab inſignibus oppidis Nili oſtijs impoſita nomina ſcribit:ea ſunt,Canopus,Bolbis,Sebennus, Pathmis, Menedes, Tanis; a qua Taniticum Ptol. & Strabo deriuant,Pomponius,Tanicum.

TANOS,m.2.gemma inter ſmaragdos ingratè viridis, & intus ſordida.Pli.lib.37.cap.5.

TANQVAM,[*Come,*כ ch במ chemo.G.Als,ob,gerad als.*Ga.Comme, cõmeſi,ainſi que, ainſi comme.Hiſ.Como,*] ὡσανεί, ὡσπερεί, ὥσθ', aduerb.eſt ſimilitudinis verbis ſubiunctiuis gaudens.Pl.Nat.Hiſto. lib.2. Tanquam neſciamus hanc eſſe ſolam, quę nunquam intercatur:id eſt,quaſi neſciamus. Tãquam cũ Sic, pro quemadmodum, [*Si come.*]Cic.ad Caſſiũ lib.12.Tanquam.n. ſi clauſa ſit Aſia,ſic nihil perfertur ad nos præter tumores de oppreſſo Dolabella.

TANTALIS,idis,f.3.τανταλὶς, oppidum fuit Magneſiæ, terrę hiatu abſorptum.Pli.li.2.c.91.Tantalis item patronym.fę. eſt,a Tantalo deductum:quo poetæ vtuntur pro Niobe Tantali filia.Ou.6.Met. Diro conuitia facto Tantalo adiecit.

TANTALVS,m.2.[*Tantalo,*] τάνταλος, Iouis ex Plote nympha filius fuit,Agamẽnonis,& Menelai auus.Vnde & Tantalidę dicti ſunt. Hic cum Deos conuiuio excepiſſet,vt eorum diuinitatem experiretur. Pelopem filium membratim diſcerptum, coctumq. ijs apoſuit comedendum. Illi vero à nefandis epulis abſtinuere omnes, vnà Cerere excepta, quæ pueri humerum deuorauit; pro quo illi Dij eburneum humerum reſtituerunt, reuocataq; per Mercurĩ ab inferis anima,Pelopem ad vitam reuocarunt. Patrem vero tanti ſceleris auctorem ad inferos detruſerunt,vbi perpetua fame, & ſiti torquetur,Eridani fluuij aquis,& pomis,quæ capiti eius immineant,captationem eius fugientibus. Quam fabulam mythologici de auaris interpretantur,qui bonis partis frui non audent.Hor.li. 1.Ser.Sat.1. Tantalus a labris ſitiens fugiẽtia captat Flumina: quid rides?mutato nomine de te Fabula narratur,congeſtis vndique ſaxis Indormis inhians,& tãquam parcere ſacris Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.Plato in Cratylo ſcribit, Tantalum dictum eſſe quaſi,ταλάντατον,hoc eſt infeliciſſimum.Alius fuit Tãtalus Corinthiorum rex, ob pietatem Deorum menſis dignatus. Alius Thyeſtæ ex Merope filius interfectus & appoſitus eſca patri.Euſebius Tantalum Phrygiæ regem cum Troe rege Dardanię, quod Ganymedem rapuerit, bellum geſſiſſe ſcribit.

TANTI,[*Per tanto,*]περὶ τοσούτου, & Quanti,περὶ ὅσου, cum eorum compoſitis.Tantidem,Quantilibet,Quanticumq; iunguntur verbis pretiũ ſignificantibus,qualia ſunt,emo,vendo,veneo,mercor, cõparo,æſtimo,conſtat,conduco,loco,fęneror,paciſcor,pango,pępigi,condemno, poſtulo, & ſi qua ſint alia; quæ ñ in *alijs* prędictis ablatiuum poſtulant. Teren.in Eun. Quid agas?niſi vt te tedimas captum quanti queas Minimo; ſi nequeas paulo, at quanti queas.i.tanti te tedimas,quanti queas. Liu.lib.48.Mancipia minora annis viginti, quæ poſt proximum luſtrum decẽ millibus ętis, aut pluribus venirent, ea quoque tanto pluris, quàm quanti eſſent,ęſtimarentur. Dicimus quoque aliquid non eſſe tanti,[*Non eſſer degno,*]id eſt,non ſatis dignum, ob quod quicquam fiat. Cæl. ad Ci.lib.8.tanti non fuit Arſacem capere,Seleuciam expugnare, vt earum rerum, quę hic geſtæ ſunt ſpectaculo careres.

TANTIDEM,Terent.Ob malefacta hæc, tantudem poſtulat emptam ſibi tradier.

TANTISPER,adu.[*Tanto tempo,tratanto.*Germ.So lang.*Gal.Ce temps pendant,dauant que,tandiſque.Hiſpan.Entre tanto que,*]ἐφ' ὅσον, ἕως, ἐπὶ τοσοῦτον, diu,poſtulatq; poſt ſe,Dum,Donec,ſiue Quandiu,vel quoad.Ci. 2.de Inu. Deinde eſt in carcerẽ deductus, vt ibi eſſet tantiſper dũ culeus,in quẽ delectus in profluentem deferretur,cõparetur.Ter. in Hea.Ego te meum eſſe dici tantiſper volo, dum quod te dignũ eſt facies.Sic cætera eiuſdem terminationis temporis breuitatẽ ſignificant:vt,Quãtiſper,Parumper,Paulliſper,Aliquantiſper.Ponitur etiam Tantiſper,ſine Dum,& ſignificat tantummodo,ſiue in-

tetea,[*Solamente*,]Liu.li. 1. Tñ id imperium ei ad puberẽm ætatẽ incoluume mansit. Tantisper tutela muliebri res Latina,& regnum auitum,paternumque puero stetit. Cicer.5. Tusc. Sed videro quid efficiat,tantisper hoc ipsum magni æstimo,quod pollicetur.

†TANTO,aduerb.comparatiuis gaudens[*Tanto piu*] τόσῳ μᾶλλον. vt Tanto magis. Cicer.5. Verr. Tantoq; minoris decumę venierunt quam fuerunt Tanto, sequente quod. Suet.in Tib. Tanto magis, quod ab vrbe egrediens, &c. Tanto ante. Cic.in Catil. Sic Tanto post,apud eundem pro Flacco.]

TANTOPERE,[*Si grandemente*.G.So hefftig.*Gal.Tant grandement, si fort.Hisp.En tanto grado.*] τηλικοῦτον, τοσοῦτον, vsque adeo, tam vehementer. Ter.in Adel.Ego hac in re nihil reperio,quamobrẽ laudes tantopere.

†TANTVLVS,dimin.à Tantus,pro tam pàruus. [*Cosi piccolo*] Plaut. in Trucul.Tum tantuli doni causa. Hinc aduerbium Tantulum. Cic.7. Verr.Si tantulum oculos deiecerimus.]

TANTVM,adu.[*Solamente*, לבד lebadh.Germ.Allein,nur.*Gal.Seulement autant dant.Hisp.Solamente,*] μόνον, μόνως, solùm,quod & tantummodo dicitur,& iungitur posituo.Plin.li.12.c.1. Sed quis non iure miretur, arborem vmbræ gratia tantum ex alieno orbe petitam?aliquando significat vsque adeo τοσοῦτον.Cicer.Attic.De sano illo tantum quantum me amas,velim cogites.

TANTVM non[*Quasi,*]ὅσον, ὅπως, μόνον οὐ, i.fermè:rei non planè peractæ,adu.Suet.in Tib.Cæs.Tantum non aduersis tempestatib.Rhodum enauigauit.

TANTVM abest.[*Non solo,non è,*] τοσοῦτου δεῖται, non solum nõ est. Cicer.li.1.Offi.Tantum abest ab officio,vt nihil officio magis possit esse contrarium. Hoc est, non modo officium non est, verum etiam nihil magis officio potest esse contrarium,vel tantum abest, vt officium sit,vt nihil,&c.

TANTVM quantum.[*Tanto,*] τοσοῦ τοῦ ὅσον, Plau.in Most. Tu vt occepisti,tantum quantum quis,fuge.

TANTVM MODO adu.[*Solamente*] μόνον, idẽ quod tantũ. Ter.in Phor. Posthac si quicquam,nihil precor, tantummodo non addat &c.

TANTVNDEM,ge.Tãtidé,sine alijs casibus.[*Altrotanto.Gal.Autant. Hisp.Altro tanto,*] τοσοῦτον. æquè multum,quasi tantum idem.Col. lib.7. Tum paribus casiæ,myrrheque,& turis ponderibus, ac tantundem sanguinis marinæ testudinis miscetur.Ter.in Phor.Num tu intelligis quid hic narret? P.num tu?A nihil PHAED. tantundẽ ego,hoc est,nihilo plus,quam tu. Tãtidem, i.æque magno pretio. Terent.in Adel. Domo me eripuit,verberauit, me inuito abduxit meam:Ob malefacta hæc, tãtidem postulat emptam sibi tradier.

TANTVS,a,um,o.1.2.[*Tanto,cosi grande.*Ger.So groß. *Gal. Si grand. Hisp.Cosa tamanna en quantidad.*] τοσοῦτος, τηλικοῦτος, à tã deduci videtur, quantitatẽque significat,quasi tam multus, vel tã magnus,habetq; fere particulã Quantum,sibi respondentem. Cicer. 6.Phil.Multas habui conciones;nunquã tantam vidi, quãta nunc est vestra.Idem 2. de Diuin.Sol maiorne terra sit,an tantus,quantus videtur. Aliquando non habet particulam hanc expresè subsequentem, sed quæ tamen facilè possit intelligi. Virg. 1. Aeneid. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Subaudi, Quanta ex iam dictis potest intelligi.Cice.pro Pompeio:Quis vnquam tã breui tempore tot loca adire,tantos cursus conficere potuit? Subaudi,quãtos hic confecit.Tanti genitiuus,verbis iungitur ad pretium pertinentibus.Ouid.in epist. Penelopes; Vix Priamus tanti totaq. Troia fuit.Eius tamen loco aliquando legitur ablatiuus Tãto.Plin.lib.12.c.18. Tanto nobis deliciæ,& fœminæ constant.

TAOS,m.2.gemma pauoni similis,qui Græcè ταώς,dicitur, Auct. Plin. lib.37.cap.12.

TAPETVM,ti,p.p.n.2.vel Tapetium,tij,vel Tapes,etis,mas.gen.[*Tapet*] ⊐⊐ masch. Ger.Ein tappet,odet teppich, gewuercket tuch, *Gal.Vn tapis.Hisp.Alhombra o tapete.*] τάπης, περίσπωμα, περιβόλαιον, idẽ quod auleũ, hoc est vestis stragula,variis coloribus intexta, qua aularum parietes,mensæ,lecti, nonnunquã etiam equi insternũtur.Vir.li.20.Qui fortè tapetibus altis Exstructis, toto persidebat pectore somnũ. Idem li.7. Instratos ostro alipedes,pictisq. tapetis.Stat.li.1.Theb.Altoq; inferrè tapetas. Accusatiuus Græcus est à tapes,etis. Plin. Vtinæ peristromata quidem æque sint Cãpanica, neq; Alexandrina belluata,consumq; tapetia.

TAPHIÆ,f,i.ταφιαὶ, quędã insulæ in mari Ionio, ante Leucadiam, propè Echinadas,quarũ nomina fuerãt Taphias,Arnoxia,& Prionessa,teste Plin.lib.4.c.12. Eædem & Teleboides dictæ, vtroque nomine ab incolis ducto;nam Taphij & Teleboæ ijs cõmuniter dicuntur imperasse. De quibus huiusmodi repetit originem parricator Apollonij poeta. Perseo ex Andromede,vt narrat Hero,quatuor fuere filij: Alæus Sthenelus,Mestor,& Electrion, qui simul regnarunt. Ex Hippothoe Mestoris filia,& Neptuno Pterelas genitus,ex Pterela Teleboas & Taphus,a quo Taphus insula,in qua Teleboæ ac Taphij communi nomine, & imperio fuere. Igitur ij Hippothoes eorum auiæ pecuniam ab Electrione eorum nepotum,qui pro ea spopondit,repetebant, qua negata ad arma venere, armenta abegerunt,ipsum denique, & hos sustulere. Alcmena Electrionis filia patrem vultura, Amphitryonem Thebanum,hominem potentissimum in matrimonium accepit, atque hoc pacto bello inter eos conflato ab eodẽ Amphitryone deleti sunt,eoũq; regnum Cephalo profugo Atheniensi,qui exercitui præerat,donatum,quod ad Vlyssem è successione peruenit.Hæc ille.Ex quo apparet Teleboas,& Taphios omnibus ijs insulis imperasse.

TAPHIAS,adis.f.3.ταφιὰς, insula est exigua in mari Ionio,ante Leucadiam,vna Taphiarum,siue Teleboidum Auctor Plin.li.4.ca.12.

TAPHIASSVS,m.2.ταφίασσος, mons est Aetoliæ,non procul à Chalcide. Plin.lib.4.cap.2.

TAPHII,m.2.τάφιοι,dicti sunt populi a Tapho Neptuni filio,qui Taphijs insulis imperauit, quæ sunt in mari Ionio, iuxta Echinadas. Vide supra in dictione Taphię Strab.lib 7. Taphios alios collocat ad Pontum Euxinum non procul à Borysthene flumio.

TAPHIVSA,f.1.ταφίουσα,oppidũ Cephaleniæ insulæ,e regione Leucadis,in qua Taphiusium marmor effodiebatur. Vide Steph. & Pl.lib.36.cap.21.

TAPHOS,m.2.τάφος,Steph. oppidum est Cephaleniæ insulæ, postea Taphiusa appellatum. Alioqui τάφος, Græcis sepulcrum significat. Vnde Epitaphion, sepulcri inscriptio.

TAPHOSIRIS,f.3.ταφόσιρις.vrbs Aegypti,Osiridis sepulcro nobilitata;vnde & nomen accepit.Strab.lib.7. duas huius nominis vrbes in Aegypto collocat;alteram ad mare,in qua maxima Osiridis festa celebrabantur,alteram in mediterraneis.

TAPHRA,f.1.Plinio. ταφρῶνα, Ptol. oppidum est Africæ propriè dictæ, inter duas Syrtes.

TAPHRAE,f.1.τάφραι, oppidum est ad sinum Carcinitem, in ipsis Tauricæ Chersonesi angustijs situm,vt refert.Pl.lib.7 c.12.Hunc locum quondam serui munisse dicuntur, cum absentibus dominis, in diuturno illo bello, quod aduersus Thracas Scythæ gesserunt,cum eorum vxoribus rem habuissent, vt ex sententia Callistrati refert Steph.Huius meminit & L. Florus,refertq; illam sua ætate Traiani auspicijs tuisse expugnatam.

TAPINOSIS,p.p.f.1.ταπείνωσις. figura est orationis, seu potius vitiũ, cum rei dignitas verbi humilitate deprimitur,ταπεινὸς,n. humile significat,& ταπεινόω,humilio,extenuo.Exemplum potest esse illud.Virg.2.Aenei.Apparent rari nantes in gurgite vasto. Vbi Ser. In gurgite vasto,Tapinosis est,i.rei magnæ humilis expositio.Prudenter tamen Vir. humilitatem sermonis epitheto plerumq; subleuat:vt hoc loco,Vasto, addidit.

TAPROBANE,f.1.ταπροβάνη,insula est omniũ, quę veteribus cognitæ fuerunt,maxima,à Colaico Indiæ promontorio in Austrũ quatridui nauigatione recedens, in qua Septentriones negãt conspici posse. Lucet ibi Canopos,sidus clarum,& amplissimum.Homines corporum magnitudine alios antecellunt,cœruleisq; oculis,atroci visu,terrifico sono vocis.Viuunt vltra annos centum. Nascũtur in ea beryllí,& hyacinthi,vt Ptol.li.7.refert. Vide plura de hac insula apud Plin.lib.6 c.22. & Vadianum in Melæ librum tertium.

TAPSACVM,n.2.Cyrenaicę regionis oppidũ, vt scribit Plin.lib.ca.5. in descriptione Cyrenaicæ regionis.

TAPSVS,vide Thapsus,m.2. Græci enim θάψος, scribunt per θ.

TAPYRI,Pli.m.2 τάπυρροι.Steph. populi sunt ad mare Caspium inter Deribicas,& Hyrcanos,quibus mos fuit,vt vxores suas,cũ duos tresve ex ijs filios suscepissent,alijs nuptui concederent. Aut. Stra.

TARACINA,f.1. vide Tatracina duplicato rr.

TARACON, vide Tarraco,r, littera geminata.

TARANDVS,m.2.τάρανδος,Arist.animal apud Scythas bouis magnitudine,capite ceruino non absimile,sed maiori,cornibus ramosis, vngula bifida, villo magnitudine vrsorum Solum ex ijs,quæ pilis vestiuntur animalibus,colorem mutat: sed cum sui coloris esse libuit asini simile est. Auctor Plin. lib.8.c.34.

TARANIS,p.c.m.3.dicebatur Iupiter à Gallis, cui humano sanguine litabant,Luca.lib.1.Et Taranis Scythiæ non mitior ara Dianæ.

TARAS,antis,m.3.τάρας, fuit Neptuni filius, qui primus Tarentum condidisse creditur,& à nomine suo appellasse. Græcè enim Tarẽtum τάρας, dicitur. Vide paulo post in dictione Tarentum.

TARATANTARA,p.c.fe.1.[*Voce della tromba,* תרועה terung hah.G. Der trommetten Klang oder schall.] vox tubæ ab Ennio ficta.Ser. in 9.Aeneid.in eum versum,At tuba terribilem sonitum procul ære sonoro.Hemistichium, inquit,Ennij,nam sequentia ille mutauit. Ille enim ad exprimendum tubæ sonum ait Taratantara: Et multa huiusmodi Vir.cum aspera inuenerit, mutat.

TARBELI, m. 2. τάρβελλοι, populi Galliæ Aquitanicæ, in Pyrenæos montes vergentes, quorum vrbs Aquæ Augustæ commemoratur a Ptol.lib2.cap.7.

TARCHETIVS,m.2.ταρχήτιος,nomen fuit impij Albanorũ regis, de quo Plutarchus in Romuli vita:Quidã(inquit)ẽt sunt, qui de Romuli ortu fabulosa quædã referre non dubitent,nam dicunt Tarchetio Albanorum regi scelestissimo,& crudelissimo homini diuinus spectrum domi visum ex penitissimo sactario se attollens,& ad multos dies mansisse. Fuisse ẽt Tethyos in Hetruria fatidicum tẽplum,à quo allatũ Tarchetio responsum, vt ei admitteretur virgo. Nã genitum inde ex ea filium,virtute,fortuna,ac viribus potentissimum,magnaq; ex re bellica gloriam relaturum. Quod cum

Tar-

Tarchetius vni ex filiabus expoſuiſſet, imperaſſe, vt cum monſtro illo coiret: Illā contempto patris imperio, ancillā in ſui locū ſuppoſuiſſe. Id Tarchetium re cognita ægrè tuliſſe, & vtramq; in carcerem, vt morte mulctaret, cōiecisse. Sed viſum eſt illi per quietem, ſe Veſtam videre, quæ puellas necari vetaret: ſed telā illis texendā tradi iuberet: nec prius viro locari, quàm illam abſoluiſſent. Cui in ſomnio cū paruiſſet Tarchetius, commentus eſt ratione, vt puellas perpetuo damnaret cœlibatu. Nam quicquid illæ interdiu texuiſſent, noctu alijs ancillis tradidit retexendum. Expleto deinde legitimo partus tempore, ancillam geminos ferunt perperiſſe, quos Tarchetius ſtatim Teratio cuidam tradidit exponendos. At illum ferunt ſecus fluuium infantes depoſuiſſe, lupamq; cum eo, veniſſet, admotis vberibus lac præbuiſſe, auibusq; varijs cibū pueris comportantibus, quod bubulcus aſpiciens, admiratus, auſuſq; accedere infātes ſuſtulit. Hac illos ratione ſeruatos, cum primum per ætatem licuit, Tarchetio tetendiſſe inſidias, ac tandem oppreſſiſſe. Hæc a Promathione quodam, qui Italicam ſcripſit hiſtoriā, memoriæ prodita accepiſſe ſe dicit Plutarch.

TARCHON, m. 3. *τάρχων*. nomen proprium Hetruriæ ducis, & Aruſpicis, qui Aeneæ ſuppetias tulit aduerſus Turnum & Rutulos. Dicitur & Tarcho, abiecta n, litera. Virgil. 8. Aeneid. Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant Caſtra locis.

TARDE, [*Tardi*. Ger. Gemaechlich, langſamlich. *Gal. Tardivement, lentement. Hiſ. Tardiamente,*] aduerb. *βραδέως*. lentè, pigrè, cunctāter. Ci. Ter. Pridie Idus Octob. Athenas venimus, cum ſanè aduerſis ventis vſi eſſemus, tardèq; & incommodè nauigaſſemus. Hinc Tardius, comparat. & ſuperlat. Tardiſſimè. Idem 4. Acad. Quinēt cum victor a Mithridatico bello reuertiſſet, inimicorū calumnia triennio tardius, quàm debuerat, triumphauit. Pli. li. 10. c. 7. Quattuor aut quinque tardiſſimè diebus florere incipiunt, totidemq; aut paulo pluribus defloreſcunt, hordea vero cum tardiſſimè, ſeptem. Accipitur aliquando pro ſero, [*Di notte,*] hoc eſt, veſpertino, vel nocturno tempore. Cice. pro Mil. Egreditur e villā ſubito, cur veſperi? quid neceſſe eſt tardè?

TARDIGRADVS, p. c. o. 1. 2. [*Chi va tardo.* Germa. Das langſam geht,] *βραδύπους*. qui tardè graditur. Cic. 2. de Diu. Quadrupes tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera. Ex poeta.

TARDILOQVVS, o. 1. 2. [*Chi parla tardo.* German. Der langſam redt.] *βραδύγλωσσος*. qui tardè loquitur.

†TARDIPES, p. c. tardipedis, qui tardè incedit aut claudicat. Col. l. 16. Quin & tardipedi ſacris iam ritè ſoluris.]

TARDITAS, f. 3. [*Tardanza, dimora, pigritia.* עכבה hixxebah, ארך orech עצלה hatslah עצלות nghatslung. G. Gemaeche, lāgſamkeit, tragheit. *Gal. Tardiuete. Hiſ. Tardanza,*] *βραδύτης*, cūctatio, mora, pigritia, celeritati contraria. Ci. Q. Fr. li. 2. Sic ego, quoniā in iſto homine colendo, tam indormiui diu, te me hercule ſæpe excitante, curſu corrigam tarditatem cum equis, tum velis. Idem 6. Phil. Pleriſq; in rebus gerendis tarditas, & procraſtinatio odioſa eſt. Pli. lib. 20. c. 9. Idque etiam tarditati audientium prodeſſe aſſeuerat. Antiqui in eadem ſignificatione, & Tarditudinem dicebāt, & Tarditiem. Plau. in Pœn. Podagroſi eſtis, ac viciſtis cochleas tarditudine. Acci. Multa mittuntur tarditie, & ſocordia.

†TARDIVSCVLVS, dim. à Tardus. [*Alquanto tardo*] Terēt. in Heaut. Eſt ille Cliniæ ſeruus tardiuſculus.]

TARDO, das, a. 1. [*Tardare, indugiare, dimorare, tener in tēpo.* עכב nghi Keb אחר echar עצר nghatſar. G. Auffhalten, ſeumen, hinderſtellig machen. *Gal. Tarder, ou targer, retarder, arreſter. Hiſ. Retardar o detener a otro,*] *ἀναβάλλω, ἐπέχω*, remoror, morā inijcio, tarditatē affero, reprimo. Cæſ. 5. Bel. Gal. Sed ne oīno metū reditus ſui barbaris tolleret, atq; vt eorū auxilia tardaret, &c. Idem 1. 1. Bell. Ciu. Sed exercitū Cæſaris viarū difficultates tardabant. Cic. ad Cæſ. l. 7. Mea quidē tibi non ignota dubitatio, aut impedire profectionem meam videbatur, aut certè tardare. Cæſ. 1. Bel. Ciuil. Quò facilius impetū Cæſaris tardaret, ne ſub ipſā profectione milites oppidum irrūperent. A quo retardo, morari facio, retineo. Cice. in Catil. Ad quē fruendū non modo ſe non retardat, verū etiā inuitat. Tardare abſolutū, morā trahere. Ci. ad Bru. epi. 18. Accerſeremus ni te, atq; tibi id cōducere putaremus, an tardare, & cōmorari te, melius eſſet tibi. Tardare ēt, tardū reddere. Pl. li. 8. c. 8. Ac prœacuta bipenni hoc crure tardato. i. debilitato. Tardans, tis, partic. Vir. 5. Aen. Sed enim gelidus tardante ſenecta Sanguis hebet, frigentque efflœtæ in corpore vires. Tardatus, a, um, aliud part. Vir. 5. Aen. At non tardatus caſu, neque territus heros, Acrior ad pugnam redit.

TARDVS, a, ū, o. 1. 2. [*Tardo,* מבושם meboſcesc מתמהמה mithmah gmah עצל nghatſel. G. Gemach, langſā. *G. Tardi, laſche, loard, lent.. It. Tardi,*] *βραδύς*. Vir. 1. Geor. Sepe olei tardi coſtas agitator aſelli Vilibus aut onerat pomis. Plau. Pœn. Seiebā ætate tradiores, metui meo amori morum. Ne quicquā hos patronos mihi elegi, ſoripedes tardiſſimos. Ci. 1. de Inuen. Formoſus, an deformis, velox, an tardus ſit. Noctes tardæ, tardè venientes, vt ſunt œſtiuæ. Virg. 2. Geor. Vel quæ tardis mora noctibus obſtet. Per translationē quoque ad animi, vel ingenij tarditatē refertur: & accipitur pro hebetu, cui ingenium non eſt promptum. [*Di groſſo intelletto.*] Idem 10. Eclog. Tardi venere ſubulci. Ter. in Eunu. Partus eſt, inſolitus, tardus. Quandoque pro perſeueranti, & diuturno. [*Perſeuerante, longo.*] Virg. 2. Georg. Media fert triſtes ſucos, tardumque ſaporem. Sic Non. Ser. vero interpretatur ſaporem tardum, vix intelligibilem. Quandoque pro denſo, ac craſſo. [*Groſſo, folto*] Idem 5. Aen. Vdo ſub robore viuit Stupa vomens tardum fumum.

TARENTINA NVX, f. 1. *κάρυον ταραντῖνον*. è iuglādum genere eſt, adeo fragili putamine, & ita mollis, vt vix attrectata rumpatur. Vnde quidam Tarentum appellatum putant, quod iuglandes nuces, & pineas molles habeat, ac ſimiliter oues. Tarentum autem Sabini vocant molle, ad quod alludens Hor. li. Ser. Sat. 4. Tarentum molle vocauit. Quomodo autem Tarentina nux arte effici poſſit, docet Col. lib. vlt. cap. 22.

TARENTINVS, o. 1. 2. quod ex Tarento eſt, vel in Tarentinis agris creſcit, apud Col. li. 5. c. 10. Tarentina pyra: cuius hæc ſunt verba: Cōrandum eſt autem, vt quam generoſiſſimis pyris pomaria conſeramus: ea ſunt Cruſtumina, Regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur, & quædam alia, quorū enumeratio nunc longa eſt. Venenum Tarentinum. i. purpura Tarentina, quæ rubedinis pluſculum habeat. Hor. 2. epiſt. Lana Tarentino violas imitata veneno.

TARENTVM, n. 2. *τάρας*. magnæ Græciæ vrbs clariſſima, in intimo receſſu ſinus, qui ab ea dicitur Tarentinus. Hæc à Tarante Neptuni filio primùm condita fuit, à quo nomen accepit: deinde à Laconibus aucta, qui duce Phalanto illuc aduētantes, expulſis incolis (vt Iuſt. lib. 3. ſcribit) eam tenuerunt. Huius incolæ dicuntur Tarentini. *ταραντῖνοι*. qui cum Romanis aliquando bellum geſſerunt, quibus cum pares non eſſent. Pyrrhum Epirotarum regem auxilio ſibi accierunt. De hac Vir. 3. Aen. Hic ſinus Herculei (ſi vera eſt fama) Tarenti Cernitur, attollit ſe diua Lacinia contra, Cauloniſque arces, & nauifragium Scylacæum. Sunt qui Tarentum non a Tarāte Neptuni filio, ſed à Sabina voce Tarentum deducant, quæ illis molle ſignificat: propterea quod in agro Tarentino & nuces, & lanæ molliſſimæ prouenirent. Ex hac vrbe ortum traxerunt ciues illuſtres, Ariſtoxenus Muſicus, Ariſtotelis familiaris, Rinthon tragicus, & comicus, Iccus medicus, & Archytas ſummus Mathematicus, qui Platonem, cum mortem illi moliretur Dionyſius tyrannus, per epiſtolam eripuit, vt ſcribit Laertius lib. 8.

TARMES genus vermiculi carnem exedens. Feſtus.

TARNE, es, m. 1. *τάρνη*. fons eſt in Lydia, in Tmolo monte naſcens, teſte Pli. l. 5 c. 29. Fuit & oppidum eiuſdem nominis, ad Tmoli radices ſitum, cuius meminit Hom. lib. 5. Iliad. Steph. Tarnem aliam collocat in Achaia.

TARPEIA, f. 1. *ταρπηΐα*. virgo Veſtalis fuit, teſte Var. quę arcem Capitolinam, patris ſui Tarpeij cuſtodiæ commiſſam Sabinis prodidit: à quibus cum proditionis mercedem peteret (pacta, n. erat quicquid in ſiniſtris brachijs geſtarent, armillas intelligens, quas illi aureas, gemmataſque lœuo in brachio ferebant) ſcutis illorum obruta, Tarpeio monti nomen fecit, qui prius Saturnius dicebatur. Vide Liu. lib. 1. ab vrb. & Plutarchum in vita Romuli.

TARPEIVS mons, m. 2. *ταρπήϊον ὄρος*. idem qui Capitolinus, ſic dictus à Tarpeia virgine Veſtali, quæ cum Sabinis arcem prodidiſſet, eorūdem ſcutis obruta, eo in monte ſepulta eſt. Virg. 8. Aen. Sedem Tarpeiam appellat. Hinc ad Tarpeiam ſedem & Capitolia ducit, Aurea nunc, olim ſilueſtribus horrida dumis.

TARPHARA, orum, n. 3. *τάρφαρα, τά*. vrbs felicis Arabiæ, cuius ciues dicuntur Tarphareni. *ταρφαρῆνοι*. Steph.

TARPHE, es, f. 1. *τάρφη*. Step. vrbs Locrorum Epicnemidiorum, iuxta Pharigas: cuius meminit Homer. i Catal. *τάρφην τε, Βρίσην τε, ἠδὲ γρόου ἀμφὶ λίμνην*. Nomen habet a Tarphe propinquo fonte, ſiue ab arborum denſitate. *ταρφὲς* enim Græci denſum appellant.

TARQVINII, orum, n. 2. *ταρκυνία*. Steph. oppidum fuit Tuſcorum, è quo Tarquinius Priſcus Romam commigrauit. Huic oppido vicinus erat lacus, duo nemora habens innatantia, & pro vētorum impulſu nunc triquetram, nunc rotundam figuram edentia, vt refert Plin. lib. 2. cap. 95.

TARQVINIVS Priſcus, m. 2. Demarathi Corinthij filius, Tarquinijs vrbe Tuſcorum natus, primo Lucumo dictus, qui vbi ſe in patria nullo in honore eſſe videret, quod peregrino patre eſſet ignatus, ſuaſu vxoris (ea mulier fœdica erat nomine Tanaquil) Romā ſeſe cōtulit: vbi breui propter opes, ingenijque dexteritatē in Anci regis amicitiam infinitatus, ab eodem relictus eſt liberorū tutor: quorū tamē commoda proprijs rationibus poſthabuit, breuiq; perfecit, vt magno plebis conſenſu rex crearetur. Quare vt regnum patrum iuſtè partum ſtabiliret, centum patres in ſenatum allegit, qui minorum deinde gentium dicti ſunt, ſuæ eos factionis futuros ramenta ius beneficio in ſenatum veniſſent. Bellum primum cum Latinis geſſit, oppidumque Apiolas vi cepit. Circo maximo primus loca deſignauit, locaque patribus equitibuſque diuiſit, vbi ſibi quiſque ſpectacula facerēt. Sabinos victos Collatia, agroq; Collatino multauit. Corniculum, Ficulneam veterem, Camerium, Cruſtumerium, Ameriolam, Medullam, & Nomentum, priſcorum Latinorum oppida partim expugnauit, partim in deditionem accepit. Tandem cum annos duo de quadraginta regnaſſet, dolo liberorum Anci in

cuius

curia est obtruncatus. Vide hæc latius apud Liu. lib. 1. ab vrbe.

TARQVINIVS COLLATINVS, m. 2. Ægerij ex Tarquinij Superbi sorore filius fuit, & gener Sp. Lucretij, qui Romę præfectura vrbis funge batur. Hic cum in Ardeæ obsidione, cum regis iuuenibus cenaret, exorta de vxoribus mentione, cum suam quisque certatim laudaret, Collatinus negat verbis opus esse, paucis id quidem sciri posse, quantum cæteris præstet sua Lucretia. Quid multa? citatis pariter equis Romam aduolant, regiasque nurus in conuiuijs luxuriq. cum æqualibus deprehendunt. Deinde Collatiam petentes, Lucretiam nocte sera lanæ deditam inter lucubrantes ancillas in medio ædiũ sedentẽ inueniunt. Quare muliebris certaminis laus pẽnes Lucretiam fuit. Aduenienti vir, Tarquinijque benigne accepti, victor maritus comiter inuitat regios iuuenes. Ibi Sextum Tarquinium mala libido stuprandę per vim Lucretię capit; tum forma, tum spectata castitas incitat. Dissimulata tamen in præsens cupiditate, cũ quidem vnà cum cęteris in castra redit, sed paucis post interiectis diebus Ardeã reuersus: & a muliere propinqua hospitio exceptus, nocte intempesta conceptũ animo facinus viminisque exequitur. Quam rem mulier castissima tam ęgrè tulit, vt postridie viro patreq; per litteras accersito, cum rem, vti gesta erat, exposuisset, necem sibi conscierit. Pulsis deinde ob facinus tam tetrum Tarquinijs, Collatinus Bruto in Consulatu datus est collega, quo tamen non multo post coactus sese abdicare, non aliam ob causam, nisi quod Tarquiniorum propinquus esset, eodemque cum illis nomine diceretur. Vide Liu. lib. 1. & 2. ab Vrbe.

TARQVINIVS Superbus, m. 2. septimus & vltimus Romanorum rex, cognomen a moribus meruit: Occiso Seruio Tullo, regnum scelestè occupauit: bello tamen strenuus, Latinos Sabinosq; domuit. Suessam Etruscis eripuit. Gabios per Sextum filium simulato transfugio, in potestatem redegit. Ferias Latinas primus instituit. Dum Capitolium extruere inciperet, caput hominis inuenit, ex quo cognitum eam vrbem caput gentium futuram, vt scribit Terentius Varro de Ling. Lat. li. 4. Demum cum in Ardeæ obsidione filius eius Lucretiæ stuprum intulisset, cum eo in exilium actus, ad Porsenam Etruriæ regem se contulit, cuius ope regnum retinere tentauit. Pulsus Cumas concessit, vbi per summam ignominiam reliquum vitæ tempus exegit. Liu. lib. 1.

TARRA, f. 1. τάρρα. vrbs Lydiæ Lucij Grammatici patria. Alia Cretæ, in qua Apollo Tarrhæus colebatur: Tertia iuxta Caucasum, Cretensium colonia. Stephanus.

TARRACINA, f. 1. [*Citrà,*] ταρρακινή. Steph. oppidum Volscorum in Italia, ante Trachina, id est, aspera, a loci asperitate. Alio nomine Anxur dicebatur, a Ioue Anxurio, qui ibi colebatur barbatus, intonsusque. Vnde Auxurum dictum putant, quasi ἀνένξυρον. Effertur & Tarracinæ, arum, pluraliter. Liu. lib. 4. ab vrbe: Anxur fuit, quæ nunc Tarracinę sunt, vrbs prona in paludes.

TARRACON, siue Tarraco, onis, f. 3. ταρράκων. Hispaniæ citerioris vrbs olim clarissima, Scipionum opus, a qua præcipua Hispaniæ vrbs Tarraconensis cognominatur, quæ (vt Pomponius scribit lib. 2.) altero capite Gallias, altero Bæticam, Lusitaniamque contingens, mari latera obijcit mediterraneo, qua Meridiem spectat: qua Septentrionẽ, Oceano. Vrbium maritimarum opulẽtissima fuit Tarraco, Mediterranearũ autem fuerunt Pallantia & Numantia: nũc est Cęsar Augusta. Circa Tarraconem nobilissimũ nascebatur vinum, quod Tarraconense dicebatur. ταρρακωνίτιος οἶνος. de quo Martialis: Tarraco Campano tantum cessura Lyæo. Et Silius lib. 3. Dat Tarraco pubem Vitifera, & Latio tantum cessura Lyæo.

TARSVS, f. 2. ταρσὸς. Vrbs Ciliciæ præclarissima (vt auctor est Strabo lib. 15.) & regionis totius caput, in campis sita, & Cydno amne irrigata: cuius conditorem volunt fuisse Priscum Danaes filium. Lucan. lib. 4 Deseritur Taurique nemus, Perseaque Tarsus. Alij tamen vrbis huius originem ad Sardanapalum referunt, postremum Assyriorum regem, cuius etiam monumento incisum erat, quod Tarsum, & Anchialon die vno condidisset. Ex Tarso viri illustres orti sunt Antipater, Archelaus, & Nestor, & duo Athenodori, Philosophi Stoici, quorum qui Cordilion dictus est cum M. Catone vixit, & apud eum mortuus est. Alter Bonauita a vico quodam, Cesaris præceptor. Tarsensis & hoc Tarsense possessiuum: vt Tarsense pelagus. Columella, lib. 8. c. 16.

TARTARINVM, p. c. n. 2. [*Terribile,*] ταρταρῶδες. veteres dixerunt horrendum, atque terribile. Festus. Var. l. 6. de Ling. Lat. a Tartaro deducit, citans versiculum ex vetusto quopiam poeta; Corpore Tartarino prognata palude virago.

TARTARVS, p. c. m. 2. ĭ plurali Tartara, neutri, [*Inferno* תחתי scheal. Ge. Die Hell. *Gal. Enfer. Hisp. Enferno,*] τάρταρος, καὶ τάρταρα, τά, locus profundissimus inferorum, in quo fontes plectuntur. A verbo Græco ταράττω, conturbo: quia illico omnia perturbata dicuntur, vel quod verisimilius est. ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν. a tremore frigoris. Sole enim caret, inquit Seru. Vir. 6. Aeneid. Tum Tartarus ipse Bis patet in præceps tantum, tenditque sub vmbras, Quantus ad ęthereum Cęli suspectus Olympũ. Hinc Tartareus, a, um, [*Infernale.*] adiect. p. c. Virg. 7. Aene. Cornuque recuruo Tartaream intendit vocem, id est, terribilem, aut fortem, inquit Seruius.

TARTARI, m. 2. Populi sunt partis Sarmatię Europęæ, moribus, omnique crudelitatis genere efferatissimi, incertis vagãtes sedibus, ex prędа victitãtes, improuisis incursionibus maximè noxij, profundis & trucibus oculis, ac ferè cæsijs, turbinato cranio, & circum tempora capite presso. Vide Vadianum in Melam. Nemo enim veterum hac vsus est appellatione cum sit vox nouitia & paucis abhinc sęculis nata.

TARTESSVS, m. 2. τάρτησσος. Hispaniæ Beticæ oppidũ. in litore Oceani situm, ea in parte, qua primum ex angustis freti faucibus panditur mare. Hęc eadem esse creditur cum ea, quam nostri Carteiam appellant, dicente Pli. lib. 3. cap. 1. Carteia, quam Greci Tartessum appellant. Quod & ipsum confirmat Strabo, ita scribens li. 3. Tartessum huius temporis nonnulli Carteiam appellant. Silius tamen lib. 3. Tartessum omnino aliam facit a Carteia: quam rectè, ipse vidērit. Liu. certè lib. 8. Dec. 3. sirum Carteię describens omnino cãdem fuisse ostendit. Dum hæc (inquit) ad Bętim fluuium gerũtur, Lælius interim freto in Oceanum euectus, ad Carteiam classe accessit. Vrbs ea in ora Oceani sita est, vbi primum è faucibus angustis panditur mare. Tartessus olim vinacissimis regibus celebrata fuit, ex quibus Arganthonius centum quinquaginta annos dicitur regnasse. Hinc Tartessiacus, a, um, possessiuum: vt Tartessiaci thyrsi, apud Col lib. 10.

TARVANNA, f. 1. ταρουάννα. Mōrinorum vrbs est in Gallia, hodie nomen retinens. Commemoratur a Ptol. lib. 2. cap. 9.

TARVEDVME, es, f. 1. ταρουεδουμον. promontorium extremum in tractu Septentrionali Britannię insulæ, non procul ab Orcade altero promontorio, & Nabari fluminis ostio. Ptol. lib. 2. c. 3.

TARVNTIVS, m. 2. Vir fuit tum Philosophię, tum Mathematicarum disciplinarũ in primis studiosus: qui cũ ad Astrologiæ disciplinã se contulisset, contemplationis gratia, & in ea excellere putaretur, huic imposuit Varro, vt Romuli conceptionem in diem & horam deduceret, inspectisque eius vitæ institutis, ac rebus gestis, ex illis consequentiam colligeret, veluti Geometricarum propositionum resolutiones præcipiunt. Auctor Plutarchus in Romulo.

TARVS, ri. m. 2. Cisalpinæ Gallię fluuius, in Apennino nascens, & in Padum se exonerans. Plin. lib. 3. c. 19.

TARVSCVM, n. 2. Ptol. lib. 2. cap. 10. Saliorum vrbs in Gallia, vulgo *Taraſcon.*

TASCONIVM, n. 2. est terra albà similis argillę, ex qua catini fiunt, in quibus coquitur aurum. Pl. li. 33. c. 4. Catini fiunt ex tasconio. Hæc est terra alba similis argillę Neque enim alia afflatum, & ignem, & ardentem materiam tolerat.

TASMENES, m. 3. (quod hic pro Nestoris filij nomine corruptè legebatur) vide Thrasymedes.

TATAM, pueri patrem vocant, quemadmodum Mammam, matrem. Mar. lib. 1. Mammas, atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum Dici & mammarum maxima mamma potest.

TATÆ, cantio est sibi inuicem respondentiũ. Pla. in Stich. Fac tu hoc modo. ST. At tu hoc modo. SA. babæ. ss. tatæ. SA. papæ T. euax. Nonnunquam admirantis particula. Idẽ in Truc. Tatæ, ecquis illa est?

TATIENSES, m. 3. tertia pars populi Romani, sub Romulo, a T. Tatio Sabino, quem Romulus ex fędere in regni portionem acceperat, denominata: Ager Romanus (inquit Varro li. 3. de Ling. Lat.) primum diuisus fuit in partes tres: vnde Tribus appellatę, quę Tatiẽsium fuerunt, Ramnium, & Lucerum, vt ait Iunius: Tatiẽses a Tatio, Ramnenses a Romulo, Luceres a Lucumone. Liu. contra li. 1. ab Vrbe: non tribus hasce fuisse, sed equitum centurias asserit.

TATIVS, m. 2. Sabinorũ dux fuit, acerrimusque pop. Rom. hostis, qui proditione Tarpeiæ virginis Capitolio capto, ex superiore loco aduersus Romanos in aciem descẽdit, vbi cum aliquandiu acerrime, sed varia victoria pugnatum esset, tandem dirempto interuẽtu Sabinarum pręlio, pax ita conuenit, vt Sabini in vrbem, Tatius in regni partem acciperetur. Verũ cum postea Tatii propinqui Laurentium legatos pulsassent, eamque iniuriam Tatius inultam reliquisset, illorum pœnam in se conuertit, nam cum Lauinium ad solemne sacrificium venisset, cõcursu oppidanorũ facto, est interfectus. Auctor Liu. lib. 1. ab Vrbe. Virg. lib. 8. Subitoque nouum consurgere bellum Romulidis. Tatioque seni, Curibusque seueris.

TATTA, m. 1. τάττα. lacus est maioris Phrygię, post Galatiã, Austrũ versus, iuxta Morimenos, fontes habens salis natiui, qui adeò facili ter rebus immersis circumgelascit, vt sæpè cum funalem torquem demiserint, salis coronas educant: Quin ipse etiam volucres aquas cõtingẽtes facilè capiũtur, cũ sale repente concreto, alis cõstrictis, ipsarum ministerio ad volandum vti non possint. Auctor Str. l. 12.

TATTÆVSSAL, m. 2. ἅλς τατταῖος. qui & Phrygius, oculis pręcipuè vtilis. Auctores Dioscor. lib. 5. & Plin. lib. 31. c. 7.

TAVCHIRA, f. 1. Hero. lib. 4. ciuitas Barcæorum, qui sunt Africę populi, Cyrenaicis ad occasum proximi.

TAVLANTII, m. 2. ταυλάντιοι. Illyrici populi, teste Pl. l. 3. c. 22. qui postea mutatis sedibus in eã Macedonię partẽ se contulerũt, q̃ mari Adriatico incũbit, nõ procul a Dyrrhachio, vbi Arnissã oppidũ incoluerũt, teste Ptolomęo li. 3. c. 13. Horum meminit & Luc. lib. 6. Quemq; vocat collem Taulantius incola Petram, Infecit castus.

TAVRA,

TAVRA,f.1.[*Vacca sterile.*Ger. Ein vnfruchtbare oder vnbarhaffte kuch.]*βοῦς στεῖρα.* vacca ſterilis,ita dicta, teſte Feſto, quod nihilo magis pariat,quam tauri.Col.lib.6.ca.22. Et vtique taurę,quæ locum occupant fęcundarum, ablegandæ. Varr.de re ruſt.c.5. Quæ ſterilis eſt vacca, Taura appellatur.

TAVREA,m.1.Iubellius,vir fuit Campanus, inſigni corporis robore in Annibalis caſtris militans,qui cum Claudium Aſellum Romanum apud Nolam ad ſingulare certamen prouocaſſet, poſt inanẽ garrulitatem,cum Aſellum ad ſe accedere videret,pedibus magis quam manibus fretus, intra oppidum ſe recepit: quem inſecutus Aſellus vnà cum ipſo vrbem ingreſſus, inter tot hoſtium tela incolumis per alteram portã euaſit. Hic poſtea capta a Fuluio Capua, manu propria coniuge, liberiſq; interfectis, ſe poſtremo ante pedes imperatoris gladio tranſfixit. Auctor Liu de Bel.Pun.ſecundo.

TAVREA,f.1.[*Nerue di bue.* Germ. Ein geiſel auß riemen gemacht.] *ῥινὸς.*ſcutica eſt ex taurino corio facta,quod & a Græcis *ταυρία.*appellatur. Iuu.Sat.6.Taurea punit Continuo flexi crimen,facinuſq; capilli.

TAVREVS,m.2.*ταύρειος.* Neptuni epitheton, ſiue quod ei tauri ſolent immolari, Virgilio teſte; ſiue quod mare, cui præeſſe putabatur taurinum boatum imitetur.

TAVRI,orum,m.2.*ταῦροι.*Sarmatiæ Europæę populi ad Boſphorum Cimmerium,peninſulam inhabitantes,eodẽ Boſphoro,Byce palude,& Carcinite ſinu circumfuſam,tenui tantum Iſthmo continẽti adhærẽtem,quæ de incolarum nomine Taurica Cherronęſus appellatur. Fuerũt aũt Tauri omnino inhoſpitales, moribusque immaniſſimis,vt qui hoſpites omnes Dianæ ſolebãt immolare: cuius ſacrificij primus auctor Thoas fuiſſe perhibetur,vnde & Diana ipſa Thoantea dicitur a Sil.li.4.Sacra Thoãteæ,ritusq; imitata Dianæ.Herodotus tamen lib.4.auctor eſt,non Dianã eſſe,ſed Iphigeniã Agamnenonis filiam,cui Tauri humanas victimas ſolebãt immolare,naufragos præſertim,& Græcos,quouis caſu illuc delatos: quorum poſt preces peractas, caput claua feriebant, truncũ de tupe deturbabant, caput cruci affigebant. Hoſtibus autem in bello captis,aut in prælio occiſis,capita pręcidebant, & pertucæ ſuffixa, quam maximè ſublimia ſupra fumarium ſtatuebant, exiſtimantes hoc ad totius domus tutelam, cuſtodiamque pertinere.

TAVRANIA,f.1.*ταυρανία.*oppidum fuit Campaniæ,non procul a Sabinis,cuius meminit Plin.lib.3.cap.5.Inter ea oppida,quæ in Italia interciderunt.

TAVRICVS,ca,cum,o.1.2.*ταυρικός.*adiect.eſt a Tauri Cimmerij Boſphori accolis ductum,vt Diana Taurica,apud Ou.li.4.Triſt.Scythæ Tautici, apud Pli.lib.4.cap.12.

TAVRIANVM,n.2. Brutiorum oppidum in Italia iuxta Rhegium. Auctor Pomponius Mela lib.2. Pli.lib.3.c.5.

TAVRII,numero plurali,& Taurilia,m.& n.2. *ταυρίλια, βουφόνια.* ludi in honorem Deorum inferorum facti,quos & Boalia,& Bupetias vocatos inuenimus, quãquam duobus hiſce nominibus potiùs ſacrificia quædam ſignificantur,quæ pro boum ſalute fieri ſolent.De origine horum ludorum refert Feſtus Pompeius,quod regnante Tarquinio Superbo, cum magna incidiſſet peſtilentia mulieres grauidas ex carne taurorum diu vendita,ob hoc ludi dijs inferis inſtituti ſunt, qui Taurij ſunt appellati.

TAVRICA CHERRONESVS,f.1.*ταυρικὴ χερρόνησος.*peninſula eſt in finib.Europæ,Boſphoro Cimmerio,Byce palude, & Carcinite ſinu propemodum circumfuſa,anguſto tantum Iſthmo continenti adhærens,immiti Dianæ ara,& nefanda hoſpitiũ immolatione infamis. Ciuitates multas habet, ex quibus præcipuè fuerunt Eupatoria,& Theodoſia,hodie Capha.Legitur & Taurica abſolutè.Iuu. Sat.15.Nefandi Taurica ſacri Inuentrix,homines tantũ immolat.

TAVRIFER,a,um,o.1.2. quod magnum taurorum habet prouẽtum, vt Campi tauriferi, in quibus magnam taurorum paſcitur copia. Lucan.lib.1. Tautiferis vbi ſe Meuania campis Explicat.

TAVRIFORMIS,me,o.3.[*Che ha di toro forma.*Ge.Das ein geſtalt hat wie ein ſtier,ſtierformig.]*ταυροειδὴς.* formam tauri habens. Hor. 4.Car. Ode 14. Sic tauriformis volvitur Aufidus,Qui regna Dauni præfluit Appuli.

TAVRINVS,a,um, o.1.2.[*Di toro.* Ger. Von einen ſtier oder ochſen. *Gal.De toureau.*H*ſ.Coſa de materia de toro,*]*ταύρειος.*quod ex tauro,vt Tergum taurinũ.i.corium tauro detractum. Vir.1.Aen.Taurino poſſent quantum circumdare tergo. Habet autem penultimã productam, quemadmodum omnia huius terminationis adiectiua a nominibus animalium formata; vt Leporinus,Caprinus,Formicinus,Hirundininus,Veruecinus,Porcinus,Ouinus,& hmõdi.

TAVRINI,m.2 populi Italiæ Tranſpadanæ, ſub Alpium radicibus a Liguribus oriundi, quorum vrbs Auguſta Taurinorum commemoratur.Pli.lib.3.c.17.

TAVRISANI,m.2.Venetiæ populi,per quorum regionem Silis amnis in mare Adriaticum labitur. Auctor.Pli.lib.3.c.18.

TAVRISCI,maſc.2.populi Germaniæ,Carnis, & Pannonijs finitimi, quos Mons Claudius dirimit a Scordiſcis: Poſtea Norici appellati,teſte Pli.lib.3.c.20.

TAVROMINIVM,n.2.*ταυρομίνιον*,Ptolomęo,*ταυρομήνιον*,Steph.Siciliæ oppidum eſt, a Zanchæis conditum, non procul a Drepano promontorio,teſtibus Plin.li.3.c.8.& Strab.lib.6.Hinc Tauromenitanus,a,um. Silius lib.14.Tauromenitana cernunt a ſede Charybdim.

TAVROPOLOS,*ταυροπόλος.*Dianæ cognomẽ,apud Dionyſium Aphũ, impoſitum ab eo,quod apud Tauros Cimmerij Boſphori accolas coleretur,aut quod gredibus præeſſet,vt ex parte totum intelligamus:aut certè,quod eadem ſit cum Luna,quæ Tauris vehitur.Vide Euſtachium in Dionyſium.

TAVROPOLIVM,n.2.*ταυροπολεῖον.*Dianæ templum in Icaria inſula, teſte Strab.lib.14.

TAVROSCYTHÆ,m.1.*ταυρόσκυθαι.*populi ex genere Scytharum,ſũma Tauricæ Cherroneſi iuga incolentes. Auctor Pli.lib.4.cap.12.

TAVRVRVM,n.2.[*Belgrado,*] *ταυροῦρον.* Pannoniæ inferioris oppidũ ad Danubium ſitum, ea in parte, qua Sanus, & Drauus Danubio immiſcentur.Vide Ptol.lib.2.c.16.Pl.Taurunum appellat,lib.3.c. 25.Hodie Belgradum vocant,& Albam Græcam.

TAVRVS,m.2.[*Tauro toro,bue,bo,* שור ſchor.Ge.Ein ſtier,Farr.*Gal. Vn toureau.Hiſ.Toro o bue y vecio para arar,*]*ταῦρος.* mas in genere bubulo, & vaccarum admiſſarius.Virg.6.Aen.Hic crudelis amor tauri,ſuppoſitaque furto Paſiphae.Idem 3.Georg.Atque ideo tauros procul,atque in ſola relegant Paſcua. Accipitur & pro quocũque forti boue.Virg.lib.1.Georg. Ergo age terrę Pingue ſolũ primis extemplo a menſibus anni Fortes inuertant tauri. Idem Eclo. 7.Cum primum paſti repetent præſepia tauri. Eſt & Taurus ſecũdum Zodiaci ſignum.Pli.l.17.c.24.Cum ſit Luna in Leone,Scorpione,Sagittario,Tauro. Virg.1 Georg. Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taprus. Ideo autem in cœlum translatus Taurus exiſtimatur,quod Europam in Cretam inſulam tranſuexerit incolumem.Lege fabulam apud Hyginũ.Eſt præterea Taurus, *ταῦρος.*mons Aſiæ totius lõgè maximus, qui ab Indico mari exurgens,vaſtè ſatis attollitur.dein dextro latere ad Septentrionem,ſiniſtro ad Meridiem verſus it,in Occidentẽ rectus,& perpetuo iugo,multarumque gentium,qua dorſum agit,terminus,ſed pro gẽtium ac linguarum varietate diuerſa habet nomina.Prima ſui parte Imaos dicitur,mox Egidis,Paropamiſus,Circius,Chambades, Pharphariades,Choatras, Oreges,Orates,Niphates,Taurus: atq; vbi ſe quoq; exuperat,Caucaſus: vbi brachia *emittit*,ſubinde tẽtã ti maria ſimilis,Sarpedon,Coraceſius,Cragus,iterumque Taurus: etiam vbi dehiſcit,ſeque populis aperit, portarum tamen nomine vnitatẽ ſibi vendicans,quæ alibi Armenicæ,alibi Caſpiæ,alibi Ciliciæ vocantur.Quinetiã confractus, effugiens quoque maria plurimis ſe gentium nominibus hinc & inde implet, a dextra Hyrcanus,Caſpius;a læua Pariedrus,Moſchius,Amazonicus,Corax,Scythicus appellatus,in vniuerſũ vero Græcis Ceraunius. Cętera vide apud Plin. lib.5.c. 27. Vbi latiſſimè montis huius deſcriptionẽ exequitur.Taurus etiam accipitur pro radice arboris. Qui li.8.ca. 2.Sicut in his,quæ homonyma dicuntur,vt Taurus animal ne ſit, an ſignũ in cœlo,an nomen hominis, an radix arboris,niſi diſtinctum,non intelligitur. Taurus item auicula eſt,ex genere carduelium,ita dicta, quod taurorum mugitus imitetur,*præſertim in agro Arelatenſi*,referente Pli.li.10.c.24. Tauri item(*κάραβοι Ariſ.*) dicuntur ſcarabæi terreſtres,ricinis ſimiles, quibus *cornicula* nomen dederunt,vt docet idem Pli. lib 30.c. 39.

TAVRVS,m.2.*ταῦρος.*Beritius Philoſophus Platonicus,A.Gellij familiaris, ſub Antonino Pio floruit. Scripſit de dña ſectarum Platonis & Ariſt.de corporeis,& incorporeis,& alia,vt eſt auctor Suidas.

TAVTOLOIA,f.2.[*Replicar,il parlar iſteſſo,*]*ταυτολογία.*ciuſdem ſententiæ per alia,atque alia verba repetitio: cuiuſmodi eſt illa apud Ouidium: Cinis ipſe ſepulti. In genus hoc pugnat:tumulo quoq. ſenſimus hoſtem: Aeacidæ ſecunda fui.Item illa apud.Vir.1.Aen. Quem ſi fata virum ſeruiunt,ſi veſcitur aura Aetherea,neque adhuc crudelibus occubat vmbris.

TAX,vox eſt fictitia,quam Plau. in Perſ. pro ictu ſiue verbere vſurpauit, Taxtax (inquit) erit tergo meo.

TAXILA,f.1.*τάξιλα.* Steph. Indiæ vrbs ampliſſima,inter Indum,& Hydaſpen fluuius ſita, cuius incolæ Taxilæ appellantur a Pli. lib. 6.c.20.In hac vrbe(vt ſcribit Philoſtratus) Apollonius inuenit Elephantem,quem vittis, & myrteis coronis Indigenę ornabant. *Eũ* autem regionis illius homines eſſe dicebant,qui pro reges Poro cõtra Alexandrum pugnauerat: quem idcirco Alexander Soli dicauit,torques aureos circa cornua adaptans.

TAXILLVS,m.2.*πτερὸς,κύβος.*idem quod talus. Neque enim diminutiuum eſt(vt nonnulli exiſtimarunt)a nomine talus deductum, cum cõtrà talus,per conciſionem deducatur a taxillus,ſuga litterę vaſtioris,quemadmodum,& palus à Paxillus,& Ala ab Axilla.Cicer.in Orat.Litterã x è maxillis,& taxillis conſuetudo elegans Latini ſermonis eximit.

TAXIM,aduerb. obſoletum, quo antiqui vtebantur pro ſenſim, ſiue paulatim, vt annotauit Nonius citans Pomponij locum ex Buccone. Adoptatu clandeſtino tacitus taxim perſpectaui percautum.

TAXO,a.1.[*Taſſare,ſtimare,* תקף hochtach.German.Schelten,mit ſcheltworten antaſten.*Gal.Taxer,reprendre,blaſmer.Hiſ.Reprehender,*

dr,tachar infamar,]καθάπτομαι, reprehẽdo,motdeo,noto,incessò,à tangendo(vt Festo placet) inclinatum,quod sit taxare, veluti conuitijs tangere.Suet,in August.Sed etiam, vt numularij nepotem sic taxat Augustum, Plin.lib.15.c.15.Eadem caula in pyris taxatur superbię cognomine.Hinc taxatores dicti, teste eodem Festo,quorum alter alterum conuitijs tangit. Taxare etiam pro pretio æstimare ponitur.Plin. li.17.c.1.Illos qui frugiferas tanti taxauerant.Taxatio,onis,[*Stima*]idem quod æstimatio.Taxatio, inqt Festus,dicitur quæ fit certæ summæ. Pl.lib.13.c.15. Quam Cethegus decedens lib.xiiii.permutauerat latifundij taxatione. Idem lib.9.c.35. At illa corollarium id esse, consumpturamque se in ea cæna taxationem cõfirmans.

TAXVS,xi,f.2. σμίλαξ. arbor abieti similis baccasque ferens, quibus lethale venenum inest præcipue in Hispania,& Arcadia,Plin.lib. 16.ca.10.Similis his(abieti scilicet & piceę)est taxus,minus virens gracilisque,& tristis,ac dira,nullo succo,ex omnibus sola baccifera.Mas noxio fructu.Lethale quippe baccis,in Hispania præcipuè, venenum inest.Vasa etiã viatoria ex ea uinis in Gallia facta,mortifera fuisse compertum est.Hanc Sestius Smilacem a Græcis vocari dixit, & esse in Arcadia tam præsentis veneni, vt si qui dormiant sub ea,cibumve capiant, moriantur. Sunt qui taxica hinc appellata putant venena,quæ nunc taxica diximus. Hæc Pl. Virg. 9.Eclog. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

TAYGETE,es,vel Taygeta,tæ,f.1.ταυγέτη, Atlantis,& Pleiones filia, teste Hygino,vna Pleiadum,quæ Ioui peperit Lacedęmonem,vrbisibi cognominis conditorem.Vir.4.Eclo.Taygete simul os tersa ostendit honestum Pleias,&c. Vide Pleias.

TAYGETVS,ti,masc.gen,2.& Taygeta,orum neutri,ταύγετον, mons est Laconiæ,teste Strabone, hon ille quidem admodum magnus, sed tamen excelsus, & erectus, Spartæ,& Amyclis imminens,quẽ Libero patri sacrum fuisse tradit Seruius in illud Vir.2. Georg.O vbi campi, Sperchiusque virginibus bacchata Lacænis Taygeta. Huius montis bona pars cum terræmotu corruisset, Spartanorũ vrbem oppressit:vt refertur a Cic.li.1.de Diuin.& a Pl. lib.2.c.79. Fuit præterea hic mons Castori & Polluci sacer,qui in eius radicibus nati dicuntur,quod & Homerus asserit in Hymnis,

Κάστορα καὶ πολυδεύκεα τέκνα μύστα λίγεια,
Τυνδαρίδας, οἱ ζωὸς ὑλύμπου ἐξεγένοντο,
Τοὺς ὑπὸ ταυγέτου κορυφῆς τέκε πότνια λήδη,
Λαθρη ὑποδμηθεῖσα κελαινεφεῖ κρονίωνι,
Χαίρετε τυνδαρίδαι· ταχίων δ' ἀποβήτορε ἵππων,

Id est,Castora, & Pollucẽ cantato Musa stridula Tindaridas: qui Ioue Olympio prognati sunt, quos sub Taygeti radicibus peperit veneranda Leda, latenter commista nubes denigranti Saturnio. Saluete Tyndaridæ celerum cultores equorum.

TANTE

TE,syllabica adiectio pronominibus Tu & Te adiungitur, vt Tute Tete,pro eo quod est Tuipse,Tẽipsum. Cic.li.1.epi. Vt tute mihi præcepisti.

TEANVM,n.3. τέανον. Steph. duarum ciuitatum nomen est in Italia. Est enim Teanum Sidicinum in Appia via, & Teanum Apulum in finibus Apuliæ,distans a Larino xviii.M.pass. Huius meminit aliquoties Cic. in Orat.pro Cluen. illius mentionem facit Hor.li. 1.epi. Cras ferramenta Teanum Tolletis fabri.

TEARCO,m.3.τέαρχον.Aethiopiæ rex potentissimus,qui bonam Europæ partem dicitur subiecisse,& ad Herculis vsque columnas esse progressus,referente Strab.lib. 15.

TEARVS, m. 2. τέαρος, Thracię fluuius duo de quadraginta nascens fontibus,partim calidis,partim frigidis,& in Contadesdum amnẽ influens,qui in Agrianem illabitur, Agrianes autem in Hebrum. Ad hoc flumen cum peruenisset Darius Histaspis filius,aquis eius delectatus, triduo ibi commoratus est, cippumque ibidem erexit cum hac inscriptione, Teari amnis capita,optimam,atq.pulcherrimam cunctorum amnium aquam continent, & ad ea peruenit exercitum ducẽs aduersus Scythas,vir optimus, atque pulcherrimus cunctorum hominum Darius,Hystaspis filius, Persarum,cũctarque continentis rex.Auctor, Herod.lib.4.

TEATE,pen.prod.f.1.τέατε, Ptol.oppidum Marrucinorum, in quarta regione Italiæ, cuius incolæ dicuntur Teatini, quorum meminit.Plin.lib.3.c.12.

TECHNA,ę,f.1.[*Arte d'ingannare,*תַּחְבֻּלָה cochmah עָרְמָה nghormah.G.Betrug,geschwinder list.*Gal. Art. finesse,cautelle,tromperie.Hisp.Arte para engãnar,*] τέχνη, Græca vox est quam Latinẽ artem, seu artificium interpretari possumus.Vtuntur hac voce & Latini,sed fere in deteriorem partem,pro dolo,astutia,impostura, fraude,siue fallacia,[*Inganno,astutia,*] Ter.in Eun. Tam scio hãc technam a Parmenone profectam, quam me viuere. Idẽ in Hea. Falli te sinas technis per seruulum.

TECHNOPHYON,n.2.τεχνόφυον,Græca dictio, quam nos Artium officinã vertere possumus,παρὰ τὸ φύειν τὰς τέχνας,hoc est,a producendis artibus.Suet.in Aug.Erat illi locus in edito singularis, quẽ Syracusas,& technophyum vocabat.

TECTOR,ris,m.3.[*Architetto muratore.*G. Ein Maur erweisser,vergipser,*Gal.Qui endut,& blanchit les parois,& murailles,*]qui opus tectorium parieti inducit.Var.3.de re rust.c.2. Non minus tua erit villa ad angulum Vellini,quam nec pictor,nec tector vidit vnquã, quam illa in rosea,quæ est polita opere tectorio elegantèr.

TECTORIOLVM,li.n.2.paruum tectorium. Cic.ad Petum lib.9.Bella tectoriola:dic ergo etiam pauimenta isto modo, non potes.

TECTORIVM,rii,n.2.κονίαμα,illinimentum parietum:a tegendo dictum,vt cum calce, aut gypso ad maiorem spectantium gratiam, & decorum parietem inalbamus, quę ideò & Albario appellatur, siue Albarium; q̃q̃ Albarium(inquit Budęus) ex pura calce fiat, vt hodie est in vsu: Tectorium aũt cõtinet Arenatum, hoc est, quod fit ex calce,& arena:& Marmoratum,quod ex calce, & marmore tuso,triplici varietate comminuto, prout trium cortorũ exigebat vsus;continet & Trullisationem, quæ ex Gypso, vt hodie quoque antiquis fiebat.Pl.li.36.Idq.nulla tectoria eorum rimæ fœdauere. Cic.ad Att.li.5.Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possum includere:& putealia sigillata duo. Iuu.Sat.6. Tectoriũ accipit pro fuco,[*Belletto*]quo mulieres faciem illinunt. Tandem (inquit)aperit vultum,& tectoria prima reponit. Tectorium linguæ,pro sermone simulato.[*Parlar finto*]Pers.Sat.5.Polsu digno fecere caurus Quid solidum crepet, & picte tectoria linguæ.

TECTORIVS,a,um,adiec.o.1.2.vt Opus tectorium,Κονιατικὸς,Κονιαματικὸς,quo parietes integuntur. Col. Sed ea tota macerles opere tectorio læuigatur ex vtraque parte, ne feles, aut vipera prorepat. Cic. 2. de Leg. Neque id opere tectorio exornari,nec hermas has, quas vocant,licebit imponi.

TECTOSAGES,in.3.τεκτόσαγες,ὁ τεκτοσάγης.Steph.Galliæ Narbonẽsis populi, quam maximè in Occidentem vergentes, Pyrenæis, & Cemenijs montibus proximi: quorum oppida sunt Tolosa, Carcasso,Ruscino,& Narbo Martius, aliaque nonnulla, quæ vide apud Ptol.lib.2.c.10. Hi olim Gallorum omnium fortissimi habiti sunt, qui cum domi multitudine abundarent, relictis sedibus per Græciam tunc gentium victricem,in Asiam penetrarunt,& supra Phrygiam in vberrimis Cappadociæ campis confederunt.

TECTVS,a,um,o.1.2.[*Coperto,*הָפוּי chaphui בסוי chasui Germa.Bedeckt.*Gal.Couuert.Hi. Cubierto,*]κεκαλυμμένος,partic.passiuum a Tego,idem significans quod opertus. Ouid. 12. Meta. Arboribus tecto discumbere tulit antro. Interdum migrat in nomen, & accipitur pro obtecto,secreto,occulto,non manifesto, [*Occulto.*] Idem 1.de Arte:Hic tibi multa licet sermone latentia tecto Dicere.Cic.ad Pætum lib.9 Itaque tectis verbis ea ad te scripsi,q̃ apertissimis agunt Stoici.Idem 2.de Ora.Ego me hercule inquit, Antoni, semper is fui,qui de te oratore sic prædicarẽ, vnum te in dicendo videri tectissimum.Tectæ oues,eadem,quæ a patria Tarentinæ,siue Græcæ dicebantur, qua quod mollissimam ferrent lanã, pellibus insutę pascebantur, ne vellera aut conspurcarentur, aut dumis adhærescerent,qua de re vide Col.li.7.c.6. Pli.li.8. cap.47. Omnium summa genera duo,& tectum,& coloniciũ:illud mollius, hoc in pecus delicatius. Tectè, alienum,[*Occultamente*]latenter,occultè,cuius contrarium est apertè.Cic.ad Att.lib.1.Hic dies me valde Crassò adiunxit: & tamen ab illo apertè, tectè quicquid est datum,libenter accepi.

TECTVM,ti,n.2.substantiuum.[*Tetto,coperto*]גַּג ghagh.G.Ein tach. *Gal.Toict,couuerture de maison.Hi.El techado,casa,*]ὄροφος,summa pars domus,qua cęteræ teguntur.Ouid.12.Met. Non secus hęc resilit,quam tecta cumine grando,Cic.de Cl. Or. Sed Atheniensium quoque pius interfuit, firma tecta in domicilij habere, quã Minervæ signum ex ebore pulcherrimum:tamen ego me Phidiã esse mallem,quam vel optimum fabrum tignarium. Quare non quantum quisque prosit,sed quanti quisque sit, ponderandum est. Tectum item figuratè pro tota accipitur domo,[*Casa,*]Cic.ad Lepium li.5. Hus paternum mihi semper idoneum visum est diuersorio, si modo tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum, Virg.1.Aen. Quare agite ò tectis iuuenes succedite nostris.

TECVM,μετάσου,aduer. compositum ex ablatiuo Te, & prępositione Cum. Plau.in Milit. Quid nunc,aces?tecum loquor.

TEDA,ę,f.1.*Face facella,facellina* לַפִּיד lappidh פֶּלֶךְ peledh.G.Taelen, fichten oder Kienbaum. Item, Ein fackel auss hartzbeumen, oder Linbeumin, liechtspan. *Gal. Vne sorte de bois dont on fait torches,torche,ou falot.Hisp.Tea de pine para adumbrar,*] δᾶς δαδός, arbor est ex earum genere,quæ resinam ferunt, abundantior succo,quàm reliquæ similis generis,parciot tamen liquidiorq. quam picea, flammis,& luminibus sacrorum etiam grata.Impropriè tamen tedas appellamus, tum picee sativę partes imas, tũ alia quoque ligna,quę vel naturali pinguedine,vel oleo piceve illita,faculę modo lucent.Hinc Cererem Deam Tediferam,[*Cerere,*] poetę vocant,quod tedas dicitur inflammasse,cum inuestigare vellet filiam Proserpinam a Plutone abreptam.Ouid.Epist.2.Et per tediferæ mystica sacra Deę.Teda etiam accipitur pro nuptijs, siue pro ipso coniugio. Mos enim antiquorum erat, vt in nuptijs (inquit Varro) faces, & tedę,semper prębent, quod olim non nisi per noctem

ctem nubentes ducebantur a ſponſis. Vir. 4. Aen. Si non pertæſum thalami, tedæque fuiſſet.

TEDANIVM, n. 2. fluuius eſt in extremis finibus Iapidiæ: cuius meminerunt Plin. lib. 3. c. 21. & Ptol. lib. 2. c. vlt.

TEDER, (quod hic pro Vmbriæ oppido perperam legebatur.) Vide Tuder.

TEGEA, æ, p. c. f. 1. τέγεια, oppidum Arcadiæ: à quo Tegeeus, τεγεάτης. ſicut Nemea Nemeæus: vnde Pan Arcadiæ Deus Tegeeus dictus eſt. Virg. 1. Geor. Pan ouium cuſtos tua ſi tibi Mœnala curæ, Adſis o Tegeæe fauens. Propertius; Fictilis & calami Pan Tegeæe tui. Enſis Tegeeus, id eſt, Arcadicus. Vir. 8. Aen. Tunc lateri, atque humeris Tegeæum ſubligat enſem. Huius vrbis incolæ etiam Tegeates. τεγεάται, dicuntur, a quo rurſum deducitur aliud adiectiuum Tegeaticus, ca, cum: vnde Mercurium Statius Tegeaticum appellat. Et cum Mœnalia volucer Tegeaticus vmbra.

TEGES, tis, f. 3. φορμὸς, φορμὶς, ſtraguli genus, quam & Stoream appellant, ex vlua, ſiue ſcirpo, aut ſparto in lodicis ſimilitudinem, quo viliores vtuntur. Var. de re ruſt. Sicque fiunt de cannabi, lino, iunco, palmo, ſcirpo: vt funes, reſtes, tegetes. Iuuen. Sat. 9. Auſa Palatino tegetem præferre cubili. Col. li. 5. c. 3. Sub ortum caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat. Huiuſmodi ſimile quiddam apud nos è ſtraminibus concinnatur, vulgus *nattas* vocat.

TEGESSVS, f. 3. τεγησσός, Cypri oppidum: a quo ſit gentile Tegeſſius, ſiue Tegeſſeus. Stephanus.

TEGETICVLA, æ, dim. f. 1. φορμίδιον, parua teges Var. de re ruſt. cap. 8. Sed pro columbarijs in pariete mutulos, aut palos in ordinẽ, ſupra quos tegeticulæ cannabinæ ſint impoſitæ. Idem li. 2. c. 11. Diligentiores tegeticulis ſubiectis oues tondere ſolent, ne flocci intereant.

TEGILLVM, li. n. 2. [*picciol coprimento.* Germa. Ein Kleine decke,] καλυμμάτιον, paruum tegmen. Var. in Seſquiulyſe: Ob aquam è nubibus tortam, indicat fore, vt tegillũ paſtor ſibi ſumat. Eſt & Tegillum cuculli, vinculum è ſcirpo. Plaut. Tegillum mihi aret, id ſi vis dabo. At Tigillum diminutiuum a tignum eſt.

TEGMEN, inis, quod & Tegimẽ, inis & Tegmentum, ti, [*Coprimento, coperta, coperchio.* כסת cheſuth, כסי cheſui, מכסה michſeh. Ge. Ein decke. *Gal. Couuerture, couuercle. Hiſ Cobertima*] σκέπασμα, τέγος, idem quod aliquid tegit. Cic. 5. Tuſc. Mihi amictui Scythicum tegmen, calceamentũ ſolorum callum, cubile terra. Liu. lib. 5. ab Vrb. Magna ſtrages facta eſt, multoſq. imperitos nãdi, aut inualidos, graues loricis alijſque tegminibus, hauſere gurgites. Vir. 1. Eclo. Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi. Lucr. li. 1. Nec res vlla geri ſub cæli tegmine poſſet. Tegimen, inis, [*Coperta,*] Idem. Oui. 3. Meta. Tegimen direpta leoni Pellis erat. Idem 1. Met. Deſilit in terras, illic tegimẽque remouit. Tegumen, inis, idem. Liu. li. 1. ab Vrbe; Et ſuper tunicam æneũ pectori tegumen, cæleſtiaq. arma, quæ ancilia appellantur, ferre. Tegumentum, ti, [*Coprimento*] Idem. Ci. 2. de Natur. Deor. Palpebræque, quę ſunt tegumenta oculorum, molliſſimæ tactu ne lęderent aciem aptiſſime factæ. Cæſ. 2. Bell. Gal. Vt non modo ad inſignia accommodanda, ſed etiam ad galeas induẽdas, ſcutiſque tegumenta detrahenda, tempus defuerit.

TEGO, gis, xi, ctum, a. 3. [*Coprire* רפח rippah שבת ſciabath. G. Bedecken, decken. *Gal. Couurir. Hiſ. Cobrir.*] καλύπτω, operio. Pl. li. 13. cap. 18. Radicem lotos hęc habet opertam nigro cortice, qualis & caſtaneas tegit. Prop. lib. 4. Eleg. 3. Et texit galea barbara molle caput. Ou. 1. Amor. Eleg. 5. Pugnabar tunica ſe tamen illa tegi. Idem 1. de Arte; æquore quot piſces, fronde teguntur aues. Per translationem tegere, accipitur pro κρύπτειν, Mar. Quod tegitur, maius creditur eſſe malum. Cic. pro Quin. Id te admiſiſſe concedis, quod ne mendacio quidem tegere poſſis. Item defendere, conſeruare, [*Difendere, conſeruare.* Sall. in Catil. At Romani domi militiæque intenti, feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obuiam ire, libertatem, patriam, parentesq. armis tegere. A tego fiunt cõpoſita Contego, Detego, Intego, Obtego, Pertego, Protego, Retego, Supertego, quorum ſignificata ſupra explicuimus ſuis locis.

TEGVLA, tegulæ, f. 1. [*Coppo, tegola,* Germ. Ein Ziegel, ein tachziegel. *Gal. Tuille. Hiſ. La teia de terrado,*] κέραμος, dicta eſt, quod domos tegat. Ter. in Eun. Deum ſeſe in hominem conuertiſſe, atq. per alienas tegulas veniſſe clanculum per impluuium, fucum factum mulieri. Plau. in Mil. Quod meas confregiſti imbrices, & tegulas. Ci. ad Att. lib 3. De iſto licet bene ſperes. promitto tibi, ſi valebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum. Cat. ca. 14. In tectum ſic numerabitur tegula integra, quę erit. Tegulę autem, quæ ad balneas adhibentur, a laxitate dicuntur mammatæ. Colliciæ autẽ vocantur, teſte Feſto, quibus aqua, veluti quibuſdam canalibus, in vas aliquod vel puteum deriuatur.

TEGVLVM, li, p. c. n. 2. *Coperta, tegoli, embrici. Gal. Couuerte, tuille. Hiſ. Cobierta teia de terrado,*] σκέπασμα, τέγος, idem quod tegumen. Pl. li. 10. cap. 16. Tegulo enim aquaticarum arundinum domos ſuas Septentrionales populi operiunt.

TEGVMEN, n. 2. & Tegũmentum, vide in dictione Tegmen.

TEGYRA, f. 1. τέγυρα. Bœotiæ vrbs, in qua Apollinem natum volunt, qui inde Tegyrius cognominatur. Stephanus.

TEIVM: quod hic pro Paphlagoniæ, ſeu Ponti vrbe legebatur, vide

Tiũ. Pro Ionicâ autem vrbe, Anacreontis poetæ patria, lege Teon.

TELA, æ, f. 1. [*Tela. Gal. Toile. Hiſpa. Tela.*] ἱστὸς, quod texendo conficitur. Ter. in Heaut. Mulier telam deſerit cõtinuo. Virg. 1. Aen. Percurrere pectine telas. Ou. epiſt. 1. Laſſaret viduas pendula tela manus. Telam exorditi prouerbialiter dictum, pro eo, quod eſt, technam aliquam incipere, & aggredi. Plau. in Bacch. Exorſa hæc tela non malè eſt omnino mihi.

TELAMON, m. 3. τελαμών, Rex Salaminis inſulæ, Aaci filius, fratre Peleo, & pater Aiacis, qui ab eo Telamonius cognominatur. Oui. 13. Met. Ne mandare mihi melius Telamonius ibit. Eſt & Telamon Vmbriæ portus. Plin. lib. 3. c. 5.

TELAMONES, m. 3. ἄτλαντες, in ædificijs dicebantur hominũ ſimulachra, quę gibboſa fere figura effingebantur, vt columnas, vel mutulos dorſo ſuſtinere, & ipſo pondere propemodum ſuccumbere viderentur, Græci Atlantes vocant, ſimilitudine ſumpta ab Atlante Mercurij auo, quod quemadmodum ille cælũ ſuis humeris, ita ędificium fulcire videantur. Vide de hoc plura in dictione Atlas.

TELANDROS, maſc. 2. τήλανδρος, Lyciæ oppidum eſt apud Plin. li. 5. c. 27. Item in mari Lycio, cuius meminit idem Pli. lib. 5. cap. 31.

TELANE, es, f. 1. τέλανα, vrbs antiquiſſima Phrygiæ, quam Nmus inhabitauit ante Niniuen conditam. Auctor Stephanus.

TELCHINIS, f. 3. Carpathij maris inſula, quæ notiore nomine dicitur Rhodos: ita dicta a Telchinibus, qui olim eam inſulam tenuerũt. Vide Strab. lib. 10.

TELCHINES, p. p. m. 3. τελχῖνες, filij Mineruæ, & *Solis*, vel, vt alij malunt, Saturni & Aliopes, qui olim Rhodum *inſulam* tenuerũt; vnde etiam Rhodus ipſa dicta eſt Telchinis. Hos quidam maleficos homines fuiſſe prodiderunt: aſpectu ſolo omnia effaſcinantes. Quorum ſententiam ſecutus eſt Ouid. li. 7. Met. ſic ſcribens: Phœbeaque Rhodon, & Ialyſios Telchinas, Quorum oculos ipſo mutantes omnia viſu Iupiter exoſus fraternis ſubdidit vndis. Alij eoſdem faciunt eum Curetibus, & Dactylis Ideis, ſummoſque artifices fuiſſe tradunt: veneficiorum autem infamiam ab illorũ ſtirpe fuiſſe diſperſam. Vide Strab. lib. 10.

TELCHIVS, m. 2. τέλχιος. alter ex Caſtoris, & Pollucis aurigis, qui vna cum Amphyto Dioſcuriadem vrbem apud Colchos tradidiſſe, referente Pli. lib 6. cap. 5.

TELEBOÆ, m. 1. τηλεβόαι. Aetoliæ populi fuerũt latrocinio infames. De quibus Ariſtoteles in Politicis; In Acarnanum politeia quandam Acarnaniæ partem Curetes habent: ſpectantem vero in occaſum plagam Leleges tenent: reliquam inde Teleboę. Alij dicũt fuiſſe Caprearum populos, quos Telon ſuo regebat imperio: qd & Seruius annotauit in illud 7. Aen. Nec tu carminibus noſtris indictus abibis Oebale, quem generaſſe Telon Sebetide nympha Fertur, Teleboum Capreas cum regna teneret Iam ſenior.

TELEBOAS, m. 1. τηλέβοας, vnus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius. Ou. li. 11. Met. Clithonius, quoq. Teleboaſq. Enſe iacet noſtro.

TELEGONVS, p. c. m. 2. τηλέγονος, filius fuit Vlyſſis ex Circe, qui cũ iã adoleuiſſet, videndi patris cupidus, in Ithacam nauigauit: cumque miniſtris paternis incognitus aditu prohiberetur, aliquot ex ijs occidit. Ad quem tumultum excitus Vlyſſes, cum & ipſe iam ſenior ſitis opem ferret, a filio eſt occiſus oſſe piſcis cuiuſdam, qui a Græcis Xiphias dicitur. Quod vbi cognouit Telegonus, relicta Ithaca in Italiam venit, vbi Tuſculum condidit. Ouidius; Et iam Telegoni, iam mœnia Tiburis vdi Stabant, agricolæ quæ poſuere manus. Dictus eſt autem Telegonus, quaſi ſero, & in ſenectute genitus, & vnicus, poſt quem genitum non eſt alium patere.

TELEMACHVS, m. 2. τηλέμαχος. Vlyſſis ex Penelope filius, qui ad Troiã proficiſcẽs, apud matrẽ reliquit, eundẽque poſtea in vlciſcẽdis procis habuit adiutorẽ. Ouid. in epiſt. Penelopes; Tres ſumus imbelles numero: ſine viribus vxor. Laerteſq; ſenex, Telemachuſq; puer.

TELEMVS, m. 2. τήλεμος, teſte Hom. in Odyſſ. & Theocrito in Bucolicis, Eurymi filius, & inter Cyclopas vates egregius, qui Polipheremo prædixit, quæcunque poſtea ab Vlyſſe paſſus eſt. Huius meminit Oui. li. 13. Met. Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales, Terribilem Polyphemon adit: lumenque quod vnum Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Vlyſſes.

TELEPHANES, m. 3. τηλεφάνης, ad regnum Lydorum Cumis ex oraculo accerſitus, qui antea curtus factitabat. Fuit & eius nominis tibicen, cuius meminit Demoſthenes in oratione contra Midiam.

TELEPHVS, m. 2. τήλεφος, Myſorum rex fuit, & Herculis filius, ex Auge nympha, qui cum aui iuſſu in ſyluis expoſitus eſſet, a cerua aliquamdiu dicitur educatus. Quæ res tantam futuræ claritatis opinionem de eo præbuit, vt mox à Myſię rege adoptatus ſit, & regni heres inſtitutus. Pactus itaque Myſorum rex, cum Græcos ad Troianam expeditionem proficiſcentes prohibere conaretur, ne per Myſiam iter facerent, ab Achille vulneratus eſt. Cuius plagę cum nullum ſatis efficax inueniretur remedium, oraculo reſpõſum eſt fore, vt eadem haſta, qua vulneratus erat, ſanaretur. Recõciliatus itaque Achilli ab eo impetrauit, vt ex haſtę, qua ictus erat rubigine malagma conficeretur, & vulneri ſuo imponeretur: quo facto ſtatim ſanitatem eſt conſecutus.

TELE-

TELEPHVS,m.2.alter, Pergamenſis Grammaticus, qui multis editis voluminibus,quæcumque Grammaticum ſcire conuenit, pertractauit. Vide Suidam,qui ſcripta eius nominatim enumerat.

TELESTILLA,f.1.mulier fuit poetria nobilis, cui etiam apud Argos ante Veneris templum ſtatua poſita eſt,vt ſcribit Pauſan.

TELESTHO,us,f.4.τελεσθώ. nomen nymphę Oceani, & Tethyos filiæ. Heſio.in Theo.Μήτιν τε Ἠϊονυμήτην, τελεσθώτην τε καὶ ὑπερφίαλον τε.

TELICARDIOS,f.2.gemma colore cordis exiſtens,Perſis maximè grata, quam & Muculam appellant. Pli.lib.37.c.10.

TELINVM,VNGVENTVM,n.2.τήλινον μύρον.Menandri poetę ætate ſummo erat in precio.Cõſtabat autem ex oleo recenti,cypero,calamo, meliloto, melle,melino,maro,amaraco,& fœnogræco, à quorum poſtremo nomen accepit. Græci enim fœnogræcum τηλίν appellant. Alij tamen à Telo inſula,in qua optimum conficiebatur, dictum putant.Vide Plin.lib.13.c.1.

TELLEN,m.3. τέλλην.tibicen, & poeta ineptiſſimus, cuius meminit Diarchus Meſſenius apud Zenodotum. Hinc ortum eſt prouerbium,Cane Tellenis cantilenas:quod quidam dici putant de dicacibus,ſeu mordacibus, quidam de ineptè loquaculis. Sunt enim, qui tradant, hunc locos quoſdam verſibus lepidiſſimis deſcripſiſſe, non ſine multo ſale ſcommatum.

TELLIAS,m.2.τελλίας.Herod.li.8.Vates fuit Eleus,qui Phocenſibus cum Theſſalis bellum gerentibus,rem huiuſmodi commẽtus eſt: ſexcentos viros è Phocenſibus præſtantiſſimos gypſo, tam ipſos, quàm arma,illinijt, eoſque ſub noctem in Theſſalos dimiſit, dato præcepto,vt quemcumque albicantem non cernerent,eum obtrũcarent.Hos primum Theſſalorum excubitores prodigium quoddam eſſe arbitrati,deinde ipſi exercitus adeo exhorruerunt,vt tribus millibus cęſorum,atque ſcutorum Phocenſes potiti ſint.

TELLVS,telluris,f.3.[*La dea della terra.*G.Die goettin des erdtrichs] γῆ χθονία.terræ Dea eſt.Cic.3.de Nat.Deo.Iam ſi eſt Ceres à gerendo,(ita enim dicebas)terra ipſa Dea eſt,& ita habetur.Quæ eſt enim alia tellus,niſi terra? Non ratò tamen Tellurem pro ipſe accipimus terra, quemadmodum Ceterem pro ipſis frugibus,li.2.c.5.Vitalem hunc ſpiritum, & per cuncta rerum meabilem, totoq; confertum: cuius vi ſuſpenſam cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpacio tellurem.Vir.1.Aen. Ac magno telluris amore Egreſſi, optata potiuntur Troes arena. Vbi Seruius, Tellurem pro terra poſuit,cum Tellurem deam dicamus,terram elementũ, vt plerumque Vulcanum ponimus pro igne.

TELLVS,m.2.τέλλος.Athenienſis quidam fuit, genere nõ admodum claro, quiuita integerrimè acta, honeſtiſſimam pro patria,fuſis iã hoſtibus, mortem occubuit, liberis omnibus ſuperſtitibus, publicoque funere in rogum illatus. Quamobrem non dubitauit Solõ, eum mortalium omnium feliciſſimum iudicare. Vide Plurarchũ in Solone,& Herodotum lib.1.

TELMESSVS,m.2.τελμησσός.Ptol.ſiue Telmiſſus.τελμισσὸς,Straboni, & Suidę, oppidum Lycię,vel(vt Cic.placet) Carię,aruſpicum diſciplina in primis excellens,cuius meminit Pli. lib.5.c.25.

TELO,onis,m.3.[*L'ancino.*G.Ein ſodſtang,daran der Eymer hãget,] a ruſticis dicitur inſtrumentum longum ex ligno,quo utuntur ad aquam è puteis hauriendam. Hiſpani Ciconiam vocant,à ſimilitudine roſtri ciconiarum. Hæc Sipontinus.

TELONIVM, pen.c.n.2.[*Banco.*Ger.Ein zolbanck, zolltrog,zolltiſch, zollgauſs.*Gal. Banque.Hiſ.El aduana,*] τελώνιον.menſa publicanorum,vbi vectigal exigitur: à Græco nomine τέλος,quod inter cætera vectigal ſignificat.Vnde τέλονες,ſiue τελῶναι.dicũtur,qui vectigalia exigunt.

TELOS,m.3.[*Fine,*] τέλος.Latinè finis,honor,legio,tributũ,vectigal, penſio.Ci.3.de Finibus: Sentis enim credo me iamdiu,quod τέλος Græcus dicat,id dicere tum extremũ, tum vltimum,tũ ſummum, licebit etiam finem pro extremo,aut vltimo dicere.Eſt item Telos τῆλος.inſulæ nomen vnius ex Sporadibus,in qua cõficiebatur prẽſtantiſſimum vnguentum,quod ab ea Telinum dicebatur.Pli.li.4. c.12.Telo vnguento nobilis, à Callimacho Agathuſa appellata.

TELPHVSSA,f.1.τελφοῦσσα. vrbs in Arcadia,à Telphuſſa Ladonis filia nomẽ habẽs.Eſt & Telphuſſa,ſiue(vt alij malunt) Tilphoſſa,fons Bœotiæ gelidiſſimus, quẽ cum Tireſias iam ſenex potaſſet,ſtatim extinctus eſt,calore in mirum interno tanta frigoris vi oppreſſo.

TELVM,li,n.2.[*Arma,dardo,ſaſſo,pietra,lancia,baſtone,*] Pfeil chets.G. Geſchos,ein jethichs gewehr das mã wirfft oder ſchieſſt,alſo ſeil pieſſ,&c.*Gal.Vn trait,dard.fleſche.Hi.El tiro,à quello que ſi tira,to da arma que ſe puede aroiar,como dardo,o laça,piedra,hazeõa,o aleõſa,o ſaeta,*] βέλος,τάξδμα. dicitur omne,quod manu iaci poteſt: quo nomine lapis,lignũ,plumbum,& ferrum continetur. Dictum ab eo,quod in longinquum mittatur. Nam apud Græcos τῆλε,ſiue τηλοῦ, longè ſignificat.Feſtus; Tella propriè dici videntur ea,quæ miſſilia ſunt, ex Græco videlicet translato eo nomine, qua illi τηλέδετα miſſa dicunt,quæ nos eminus;ſicut arma ea,quę ab humeris dependentia retinentur manibus.Oui.7.Met.Ex humero pendẽs tenebat eburnea læuo Telorum cuſtos, arcum quoque læua tenebat. Virg.10. Aenei.At puer Aſcanius muro, foſſiſque tenetur Tela inter media,atque horrentes marte Latinos.Non ratò tamen

tela pro quibuslibet armis accipimus,etiam ijs, quibus cominus aut ſalutẽ tuemur,aut aliũ oppugnamus.Cic.in Cat.Qui ex ędib. Cethegi,ſi quid telorum eſſet,efferret.Intendere telum in iugulũ nocentis,eſt caput alicuius per accuſationem petere.Plin.li.3.epiſto.9.Si quam haberem in dicendo facultatem,in iugulum nocentis quaſi telum aliquod intenderem.Tele ad manum ſubminiſtrare,apud Quinct.Telum reuellere.Cic.in Piſ.In me de corpore rei pub.tuorum ſcelerum tela reuellentem.† Telifer.p.c.Senec.]

TELVS,m.2.Sybaritarum tyrannus,teſte Herod.lib.5.

TEMBRIVS,m.2.fluuius iuxta Pontum,teſte Orpheo in Argon.

TEMERARIVS,m.2.[*Temerario, inconſiderato,*] Vnzedh G.Der ſchnell auff ein ding felt vnd es glaubt,vnbeſint oder fraefenlich.G. *Temeraire,inconſiderè,indiſcret,malauisè.*H.*Osado ſin razon,deſatinado,*] ἀβούλος.dicitur,non qui plus audet,quàm oportet: ſed qui facile,nullo adhibito cõſilio,credit Oui.ep.6.Vtinam temeraria dicat Criminibus falſis inſimulaſſe virum.Haud temerarium eſt.Pli.in Afi.Sed quid hoc,quod picus vimum tundit,haud temerarium eſt.Pli.li.17.ca 22. Temerarium eſt,ante craſſitudinem pollicarẽ viti impetare.Liu.li.7.Bel.Pun.Ad conſilium prima ſpecie temerarium magis,quàm audax, animum adiecit. Ouid.8. Met.Licet eminus eſſe Fortibus:Antæo nocuit temeraria virtus.Hinc Temeritas,& Temeritudo.[*Temerità.*]Pacuuius;Egon' tyranni non noui temeritudinem. Cice. pro Marcel. Numquam enim temeritas cum ſapientia commiſcetur,nec ad cõſilium caſus admittitur.Idẽ 2.Offic.Temeritate enim remota gratiſſima eſt liberalitas.

TEMERE,adu.[*Inconſideratamente,ſoltamente,ſenza ragione.Gal.Legieremẽt,a la volee,ſans ingement,en cõſideration.*Hi.*O ſadament ſin conſeio y ſin razon,*] εἰκῇ, ἀφρονέστερον, παραλόγως.incõſideratè,inconſultè.Ter.in Hecyr.Vide ne quid temerè agas. Idẽ in Phorm. Quam ſæpè fortè temerè Eueniunt quæ non audeas optare. Virg. 9.Aen.Temerè inter tela iacentes.Ci.de Inuen.Domus ea,quę ratione regitur, omnibus inſtructior eſt rebus, & apparatior, quam ea,quæ temerè,& nullo conſilio adminiſtratur. Quidã etiã vſurpant pro ferè. [*Quaſi.*] Liu. Non temerè incerta caſum reputat, quẽ fortuna numquã decepit.Quint.lib.1.Inſt.Illud ingeniorum, velut præcox genus, non temerè vmquam peruenit ad frugem. Nonnumquam ſine cauſa; [*Senza cagione,*]vt Temere nõ eſt,pro non abs re.Ter.in Phor.Non pol.Temere eſt, quod tu tam times. Cl.ad Figulum lib.4.Non ſcribo hoc temerè.Cic.de Na.Deo.Idque euenit non temerè,nec caſu.Temerè,ſine periculo.[*Senza pericolo.*]Plau.in Bacch.Rapidus fluuius eſt,non hac temerè Tranſiri poteſt.Temeriter,aduerb.idẽ quod temerè.[*Inconſideratamente.*]Accius in Amphytrione; Hoc in re eſt,quod tu tam temeriter meam beneuolentiam interijſſe es ratus.

TEMERO,as,p.c.a.1.[*Macchiare,contaminare.Gal.Violer & gaſter,ſouiller,maculer.*Hiſ.*Violar,macular,corrumper*] βεβηλόω.ſcelero,corrumpo,contamino. Ouid.5.Met.Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora.Idem 1.de Arte;At non Actorides lectum temerauit Achillis.Temerare,pro violare,ſtuprare.[*Sforare,violare*]Tac.lib.20.Eamdem Iuliam in matrimonio M.Agrippæ temerauerat. Temeratus,a,um,part. Ouidi.ep.16. Auſus es hoſpitij temeratis aduena ſacris Legitimam nuptæ ſollicitare fidem. Liu. li.6.Bell Pun.Sepulchra maiorum vulſa,temerata,ac violata.Temerator,[*Falſario,*]verbale pro falſario in l. ſi quis obtrepſerit, ad leg.Corn.de Falſ.Hinc Intemeratus,integer,incorruptus,inuiolatus.[*Intierto,puro.*]Vir.3.Aen.Per,ſi qua eſt,quæ reſtat adhuc mortalibus vſquam Intemerata fides,oro.

TEMESA,æ.vel Temeſes,es,p.c.f.τεμέση.Step.vrbs eſt in agro Brutio ab Auſonijs cõdita,olim ęrifodina nobilis:q̃ deinde mutato nomine Tẽpſa vocata eſt.Pli.li.3.c.5.Tempſa,inquit,vrbs,à Græcis Temeſe dicta.Oui.13.Met.]Thurinoſque ſinus, Temeſenq; & Iapygis arua.Inde fit adiectiuũ Temeſæus,a,um.τεμεσαῖος.vt,Aes Temeſæum.Ou.7.Met.Quãuis Temeſæa labores Aera tibi minuant.

TEMETVM,ti,n.2.[*Vino,*]μέθυ.idem quod vinum:ita dictũ,quod tenet,hoc eſt,labefaćtet mentem.Plaut.in Aul.Cererine Strobile has facturi nuptias?STR. Qui?STA. quia temeti nihil allatum intelligo.Liu.li.10.ab Vrbe:Vouerat Ioui victori,ſi regiones hoſtiũ fudiſſet,poculum mulſi,priùs quam temetum biberet,ſeſe facturũ. Hor.2.epi.2.penultimam dictionis huius ſyllabam producit,cum apud Iuuenalẽ corripiatur: Te(inquit)domirum ſentit, das nummos,accipis vuas,Pullos,oua,cadum temeti. Hinc Temulentus,a,um,[*Vbriaco,*]vinolentus,ebrius.Ter.in Eun.Temulenta es.P.vtinam ſic ſint,qui mihi malè volunt.Temulentia,æ.[*Vbriachezza,*] ebrietas.Pli.li.14.c.2. Siquidem temulentiam ſola non facit.Idem li.14.Cato ideo propinquos fęminis oſculum dare iuſſit,vt ſcirent, an temetum olerent,hoc tum vino nomen erat; Vnde & temulentia appellata.Per contrarium Abſtemius,ſobrius,quaſi ſine temeto.Temulenter,[*Da vbriaco,*]aduerbium.Coll.li.8.c.8.Iam nunc Gangetica,& Aegyptias aues temulenter eructant.

TEMNITES,m.3.τεμνίτης.gentile eſt a Temno deductũ Aeolidis vrbe.Cice.pro Flac.Heraclides ille Temnites,homo ineptus & loquax.

TEMNO,nis,tempſi,temptum,a.3.[*Sprezzare,*] καταφρονέω.ſperno,a

τέμνω,quod incido,resecoq. significat,quoniam quæ spernimus, amputare,& resecare consueuimus.Vir.1.Aen.Si genus humanũ & mortalia temnitis arma.Hor.2.Ser.Sat.2.Ieiunus stomachus ratò vulgaria temnit.Hinc Cõtemno compositum,de quo suo loco.

TEMNOS,f.2.τῆμνος.Stephano,& Straboni vrbs est Aeolidis,Hermogenis Rhetoris patria.Cic.pro Flac.Temni vsque ad illam ętatem in senatum venire non potuit:& qui se artem dicendi traditurum etiam cæteris pollicebatur,ipse omnibus indicijs turpissimis conuictus est.

TEMO,is,m.3.[*Timone.Gal.Le timon,ou limon d'vn chariot ou charrette.Hisp.Timon del arado,o pertigo.*]ῥυμός.lignũ in curru,inter equos intermediũ continens iugum in curru,vel plaustro.Oui.li.2.Met. Aureus axis erat,temo aureus,aurea summæ Curuatura rotæ.Liu. li.7.Bel.Maced.Cuspides circa temonẽ ab iugo decem cubita extantes,velut cornua habebant,quib.quicquid obuium daret,transfigerent.Temonem pro stipite Col.posuit,siue pro lignis transuersarijs,& longurijs,l.6.c.18.Huic solo septenum pedum stipites recti ab vtroq.latere quaterni applicantur.Ij autem in ipsis quattuor angulis affixi sunt,omnesq.transuersis sex temonibus:quasi vacerræ inter se ligantur.Budæus.

TEMPE,n.3.τέμπη.& numero plurali,propriè Thessaliæ loca,quinq; millia pass. longitudine,& fermè sex latitudine,Peneo amne irrigua,cuius ripę gramine viridi,amæniss imisq. vestiuntur arboribus. Ouid.1.Met.Est nemus Aemonię prærupta,quod vndiq. claudit Salua,vocant Tempe,per quæ Peneus ab imo Effusus Pindo spumosis voluitur vndis.Sunt & Tempe in Bęotia,quę Teumesia dicunt,a Teumesso mõte Bęotiæ,ab Oui.Cygneia dicta.Sũt & alia in Sicilia,a noīe amnis Heloria Deniq. quælibet loca amœna,nemora pĩsertim,atq.aquas habẽtia,*κατάχυσιν ἐχοντα τῆς τέμπης.Luogo ameno,*]vocamus.Vir.2.Geor.Speluncę viriq. lacus,ac frigida Tẽpe.

TEMPERAMENTVM,ti,n.[*Temperamento,*מזג mezegh.Ge.Ein masse oder masung.Ga.*Temperement.Hisp.Templanza,*]μετριότης.idem quod modificatio,siue moderatio,modus,mediocritas.Ci.3.de Legib.Inuentum est temperamentum,quo tenuiores cũ principib.se æquari putarint.Plin.Talia adhito temperamento,vt nec laxet nimis,nec arctum esse patiatur. Temperamentum linguæ.i. linguæ continentia.[*Freno,modestia.*]Liu.li.8.Bel.Pun.Et si nulla alia re,modestia certè,& temperamento linguæ adolescens senem vicero.A medicis tẽperamentũ,κρᾶσις.appellatur,proportio quattuor primarum qualitatum in corpore misto:eiusq. nouem constituũt differentias. Nam aut æqualis est omnium qualitatum proportio: eaq. constituit iustum legitimumq.temperamentum,quod est veluti canon,& norma reliquorum.Aut inæqualis,idq. rursus duob. modis.Nã aut vnica est qualitas reliquis excellens tribus,se modestè habentib.indeq. emergunt quattuor simplicia temperamenta,aut ad summũ duæ reliquis præualent duab. vnde rursus oriuntur quattuor alia temperamenti genera,quæ composita dicuntur.

TEMPERANS,antis,o.3.[*Tẽperato* מתאפק mittheappek.G.Macssig. *Gal.Bien temperè.posè,& rassis.Hisp.El que tiene templanza,*]σώφρων. moderatus,cõtinens Ci.pro Fonteio:Vir fugi,& in omnibus vitæ partibus moderatus,ac temperans,plenus pudoris,plenus officij, plenus religionis.Idem in paradoxis.

TEMPERANTER,adu.[*Temperatamente.*G.Macssigklich.*Gal.Moderement,attemprement.Hi. Templadamente,*]σωφρόνως μετρίως.id quod temperate,seu moderatè. Cic. ad Att.lib.6.Nam quod ais,si hic temperantius egerit,consideratius te consilium datum. Tẽperanter haberi.Tac.li.4.Vel cum patres pollerent poscenda vulgi natura,& quibus modis temperanter haberetur.

TEMPERANTIA.f.1.[*Tẽperança,modestia,cõtinẽça.*Ge.Macssigkeit. *Gal.Temperance,attrempance.Hi.Templanza,*]σωφροσύνη.vt Cicer. lib.1.de Inuent.ait,est rationis in libidinem,atque in alios non rectos impetus animi,firma,& moderata dominatio. Huius partes sunt,continentia,clementia,modestia.Temperantia(inquit Seneca)voluptatibus imperat,alias odit,atq. abigit,alias dispensat,& ad sanum modum redigit.Cic.ad Lentul.lib.4.epi.Nouit.n.temperantiam,& moderationem naturæ tuæ.Idem 5.Tusc.Temperantia est moderatrix omnium commotionum.Pli.li.28.ca.5. Multo vtilissima est temperantia in cibis.

TEMPERATVRA,ię,f.1.[*Temperança,compleissione.*מזג mezegh. Ge. Vermischũg.*Ga.Attrempãce.Hisp.Templanza,*]κρᾶσις.idẽ quod temperamentum,id est,proportio partium simplicium,quę cõstituunt corpus mistum,vt cum quempiam calidæ,frigidę,humidę, aut siccæ temperaturæ esse dicimus.Nonnumquam accipitur pro ipsa mistura,[*Mistura*]vt cum ęris temperaturã statuariã,formalem,vel tabularem dicimus.Pl.li.3.c.9 Sequenti.æris temperatura statuaria est,eademque tabularis. Et paulo post; Appellatur ẽt nunc formalis temperatura æris tenerrimi,quoniam nigri plumbi decima portio additur,& argentarij vigesima. Temperatura ferri.Pl.Ferrum a rubigine vindicatur cerussa,& gypso,& liquida picę. Hæc est temperatura a Gręcis antipathia dicta.Temperatura cęli,idem quod temperies. Var. Quæro,vtrum hoc adduxerit cœli temperatura,an terrę bonitas.

TEMPERATVS,part.siue nomẽ ex participio,o.1.2.[*Temperato,moderato* Ger.Maessig,gemassget,*Gal.Tempere.Hisp.Templado,*]μέτριος. idem quod moderatus,mediocris,modestus.Plin.lib.11.c.37. Ex temperato repercussu non obstrepat.Cic.2.de Diuin.Si modo temperatis escis,modicisq. potationibus est affectus.Hora.2.Car.Od. 3. Aequam memento rebus in arduis Seruare mentem,non secus in bonis,ab insolenti temperatam Lætitia,moriture Delli.Cic.ad Att.lib 4.Hominem in summa magnitudine animi multa humanitate temperatum,perdidimus.Idem pro Fonteio;Ille igitur pie hemo sanctissimus,& temperatissimus multa audiuit in suo crimine,quæ ad suspicionem stuprorum,ac libidinum pertinerent.Temperatior oratio.Cic.2.de Orat. Neque est vlla temperatior oratio, quàm illa,in qua asperitas contentionis orationis ipsius humanitate conditur.

TEMPERATE,[*Temperatamente,mediocremente.*Germ.Maessiglich. G.*Temperement,moderement.Hisp.Templadamente.*]adverb.μετρίως.moderatè,mediocriter,& quedam cum temperamẽto.Cato ca.69. Vbi temperatè tepebit,tum cuminum indito,postea hum. De dolio lequitur Cic.ad Att.li.13.Ages,vt scribis,temperatè.

TENTO,as,a.1.[*Tentare*,נסה nissah.G.Versuchẽ.*Ga.Tenter,assayer,experimenter.Hisp.Tentar*]πειράζω.idem quod experior,siue periculũ facio,inquiro.Col.li.9.Sæpius digitis loca fœminarum tentanda iuuenes in promptu gerunt cuia,quib.iam partus appropinquat. Ci.in Parad.Tentare volui,possent ne ita dici,vt probarentur.Vir. 2.Aen.Vix primi prælia tẽtant Portarum vigiles.Ter.in Pho.Visũ est mihi,vt eius tentarem sententiam.Oui.1.Met.cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus Ense recidendum est,ne pars sincera trahatur.Ci.1.Tusc.Tentaui,quid in eo genere possem.Tentari morbo.i.dolere,affligi morbo.[*Esser morbato.*]Cic.4.Tusc.Illud animorum corporumq; dissimile est,quod animi valentes morbo tentari non possunt,corpora possunt.Tentare pudicitiam alicuius, & tentare iudicium pecunia,est pudicitiam,vel iudiciũ conari labefactare,& corrũpere.Cic.pro Clu.Iudiciũ pecunia esse tẽtatum non à Cluentio, sed contra Cluentiũ. Tentare senectutem,vel solitudinẽ alicuius,est aggredi,& conari subuertere aliquem senectute,& necessariorum inopia infirmum,& iniuriæ facilè obnoxium. Cic.pro Rab.Idcirco in omnib.ijs euertendis vnius hominis senectus,infirmitas,solitudoq, tentata est.Tentatus,a,um, part.Oui.2. de Arte; Opprime tentatam,nec nisi victor abi.Cic.lib.1.Off.Tentata res est ab omni genere hominũ.Tentaturus,a,um,aliud participip.Vir.2.Aen.Tentaturũ aditus,& quæ molestissima fandi Tẽpora.Tẽtatio,onis.[*Tentatione*] verbale,experimẽtum,conatus.Liu. li.4.ab Vrb. Aegrè Hortensius pati,tentationẽ eã credens esse perseuerantiæ suæ.Cic.ad Att lib.10.Valetudinem tuã iam confirmatã esse,& à vetere morbo,& à nouis tẽtationibus gaudeo.Tẽtator, oris,[*Tentare.*] Hor.Notus & integræ Tentator Orion Dianæ.

TENTORIVM,rij,n.2.[*Padiglione*,אהל ohelסכה suchchah.G.Ein zelt,spãhutten,]tabernaculum extensis velis cõtra æstum cælive iniuriam excitatum.Luc. lib.1. Deseruere cauo tentoria fixa Lemano.Ouid.3.Fast.Fub Ioue pars durat:pauci tentoria ponunt. Tentoriolum,dim.Hirc.lib.5.Bel.Afric.Reliqui ex vestimentis tentoriolis factis ex arundinibus corijs intextis permanebant.

†TENTORIVS,a,um.adiect.a tentorium.Trebel.Poll.in Claudio:pellium tentoriarum.]

TENTVM,n.2.τὸ αἰδοῖον,accipitur pro membro virili tentigine distento.Catul.Grandia te medij tenta vocata viri.

TENTYRA,rũ,p.c.n.2.siue,Tentyris,idis.τέντυρα.Ptolomæo.& Straboni.τεντυρὶς.Steph.Vrbs est Aegypti in eiusdem nominis insula, quam Nilus efficit, cuius incolę tanto terrori sunt crocodilis, vt uel uocem eorum expauescant,eaque audita,protinus diffugiant. Iuu.Sat.15.Qui vicina colunt umbrosæ Tentyra palmæ.

TENTYRITAE,p.p.m.1.τεντυρῖται.populi sunt ex Tentyri Nili insula, qui tanto Crocodilis terrori esse dicuntur, vt sola eos uoce in fugam uertant.De his scribit Plin.lib.8.c.25.Quin & gens hoĩum est huic belluæ aduersa in ipso Nilo,Tentyritæ ab insulã,in qua habitãt,appellata. Mẽsura eorũ parua,sed præsentia animi in hoc tãtũ usu mira.Terribilis hæc cõtra fugaces bellua est,fugax cõtra insequentes.Sed aduersum ire hi soli audẽt: quin etiam flumini innatant,dorsoq; equitantium modo impositi hiantib.resupino capite ad morsum, addita in os claua, dextera, ac læua tenentes extrema eius utrinque,vt frẽnis in terrã agũt captiuos,ac uoce ẽt sola territos cogunt euomere recẽtia corpora ad sepulturã. Itaq; ei uni insulæ Crocodili non adnatant,olfactuq; eius generis hominum, vt Psyllorum serpentes,fugantur.Str.quoq; lib.17.Cum(inquit)Crocodili Romam allati essent,vt uiderentur,Tẽtyritæ eos sequebantur facta est ab illis piscina quædam,& foramẽ in uno laterum,vt ex aqua in apricum egredi possent; Tẽtyritę aderãt,qui eos interdum reti educebãt ad solem,vt à spectatoribus uiderẽtur:interdũ in aquam intrantes,rursum eos in piscinam retrahebãt. Nonnulli, hos etiam Tẽtyros nocari putant: & ita uulgo legitur apud Pli.li. 28.c.3.Nam in insula Nili Tẽtyri nascentes tanto sunt Crocodilis terrori, vt uocem quoque eorum fugiant. Quo in loco alij legunt ad hunc modum; Nam in insula Tentyris nascentes: vt Tentyris ablatiuus fit à Tentyra,orum,quod insulam ipsam significet.

TENVICVLVS,o.1.2.[*Sottiletto,piccioletto*.Ger.Schlecht,nachgiebig, gering,]λεπτὸς,λιπαρὸς,ἀτελής. dimin.à tenuis.Cic.Pæto: Tenuiculo apparatu significans Balbum fuisse contentum.

TENVIS,& hoc tenue,o.3.[*Sottile,picciolo,poco,pouero*,דק dak דל dal. G.Duen,Ran.*Ga.Menu,tendre,mince petit.Hisp.Delgado,o sottil*,] λεπτός.exilis,gracilis,exiguus:cuius antitheton est Crassus.Cic.de Fato;Athenis tenue cælũ:ex quo etiam acutiores putantur Attici: crassum Thebis,itaq; pingues Thebani ac ualentes.Col.li.2. Quo tenue linum proueniat.Ci.pro Fl.Hæc.n.ratio,ac magnitudo animorum in maioribus fuit, vt cũ in priuatis reb.suisque sumptibus minimo cõtẽti,tenuissimo cultu uiuerent,&c. Vir.4.Aen.Et tenui telas discreuerat auro.Cic.5 Tusc.Negat vllã in sapientia vim esse fortunę,tenuẽ victum antefert copioso. Oui.1.de Art.Blãditiasq; leues tenui perscribere vino.Hinc Tenuior,& tenuissimus.Stat.4. Silu.4.Hæc tu Sperne coli tenuiore lyra.Ci.ad Att.lib.3.Spes mea semper fuit tenuior,quam litterę tuæ.Tenuissima mẽbrana Idem 1.de Nat.Deo.In minimis tenuissimisq; reb.labi.Idem 1.de Qui. In tenui labor.Virg.4.Geor.In tenui labor,ac tenuis non gloria,si quẽ Numina læua sinunt,auditque vocatus Apollo.Per trãslationem nonnumquam tenuis ponitur pro paupere.[*Pouero.*]Cic.pro Mur. Pœna grauior in plebem tua voce efflagitata est: ecquis noui animi tenuium in ordinem,nostrum.Ibidem; Tenuiorum,& non

occupatorum amicorum est ista assiduitas. Idem 3. de Legib. Concessa plebi à patrib. ista potestate arma ceciderunt, restincta seditio est: inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principib. æquari se putarint. Tenuitas, atis, [*Sottigliezza*] gracilitas, subtilitas. Plin. lib. 8 ca. 33. Cauda prælonga intenuitatem desinens, & implicans se viperinis orbib. Tenuitas, pro paupertate. [*Pouertà,*] Cic. 2. Off. Danda etiam opera est, ne quod apud maiores nostros sæpe fiebat, propter ærarij tenuitatem assiduitatemque bellorum, tributum sit conferendum. Idem Tironi; Vt possim, ex meis angustijs illius sustento tenuitatem. Tenuiter, adu. [*Sottilmente,*] tenuius, tenuissime. Cæs. lib. 3. Bel. Gall. Pelles pro velis, aluta q; tenuiter confectæ. Cic. lib. 2. de Inu. Sed illæ tenuius & acutius, & subtilius tractantur: hi autem grauius, & ornatius. Idem 7. Verr. Iussit Timarchidem æstimare argentum, quo modo? quo, qui numquã tenuissimè in donatione hist ionum æstimauit.

TENVO, as, a. 1. [*Sottigliare,* הדק hedhak. Ger. Dunn, oder ran machẽ, G. *Atenuir, amenuser, appetisser.* Hi. *Adelgaçar, amenguar,*] λεπύνω. tenue reddo, extenuo, macero. Qu. li. 2. c. 10. Ita sibi queq; tenuandos adipes, & quicquid humoris corrupti contraxerit emittendũ si esse sanus, ac robustus volet, Prop. lib. 3. Ele. 1. Dicite, quo pariter carmen tenuastis in antro. Ouid. 2. Meta. Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ. Idem 2. de Pon. Eleg. 7. Nec magis assiduo vomer tenuatur ab vsu; Pectora quam mea sunt serie calcata malorum. Tenuatus, a, um, part. Hor. 2. Ser. Sat. 2. Seu recreare voles tenuatum corpus, vbique Accedent anni, &c. Ouid. li. 2. Met. Cum vox est tenuata viro, canæque capillos Dissimulant plumæ, Composita sunt, Attenuo, & Extenuo: de quibus suis locis.

TENVS, huius Tenus, m. 4. τανύς. idẽ quod laqueus, testa Nonio, à tendendo dictus. Pla. Bacc. Pendebit hodie: ita pulchrè intendi tenus.

TENVS, [*Fino,* עד hadh. Germ. Bissan. *Gal. Iusques. Hisp. Hasta,*] μέχρι. præpositio, idem significans quod vsque ad: exigitq; aut ablatiuũ singularem, cui etiam postponitur: vt, Pube tenus, Mento tenus, Capulo tenus. Vir. l. 3. Aen. Prima hominis facies & pulchro pectore virgo Pube tenus. Aut genitiuum pluralem. Vir. lib. 3. Geor. Et crurum tenus à mento palearia pendent. Cumarum tenus, ideſt, vsque ad Cumas. Cic. in ep. Illi rumores de Comitijs Cumarum tenus caluerunt. Nonnunquam admittit & accusatiuum. Fla. in Argon. Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro. Quodam tenus prodire, est qualemqualem in re quapiam progressum facere. Horat. 1, ep. 1. Est quodam prodire tenus, si non datur vltra. Titulo tenus Consul, hoc est, solo titulo, & non re.

TEOS, f. 2. τέως. Stephano, Ioniæ ciuitas, Anacreontis Poetæ patria, qui ab ea Teius est cognominatus. Hor. in Epod. Non aliter Samio dicunt arsisse Batyllo Anacreonta Teion. Est & altera eiusdem nominis ciuitas in Scythia, ad paludem sita, piscibus referta, cui sereno tempore oleum innatat tanta copia, vt in vasa colligi possit, & necessarijs vsibus adhiberi. Auctor Steph.

TEPEFACIO, facis, feci, 2. 3. [*Intepidire.* G. *Tieder, faire tiede. Hispan. Entibiar,*] χλιαίνω. tepidum reddo. Cicer. de Nat. Deor. Is Solis tactus est, non vt tepefaciat solum, sed etiam sæpe comburat. Hor. 2. Ser. Sat. 3. In matris iugulo ferrum tepefecit acutum. Cic. de Sen. Hinc Tepefio passiuum, [*Intepidirsi,*] vnde partic. Tepefactus. Terra semen tepefactum vapore, & complexu suo diffundit. Virg. 9. Aene. Atro tepefacta cruore Terra, torique madent.

TEPEO, pes, pui, n. 2 [*Esser tepido.* Ger. Lauw sein. *Gal. Estre tiede, deuenir tiede. Hisp. Entibiarse,*] χλιαρός εἰμι. tepidus sum. Plin. li. 9. cap. 4. Carnib. gallinaceorum, ita vt tepeant auulsæ appositus, venena serpentium domantur Oui. 3. de Pon. Eleg. 4. Illa recens pota est, nostra tepebit aqua. Vir. 3. Geor. Parturit almus ager, Zephyrig; tepentibus auris Laxant arua sinus. Oui. 3. Fast. Et pereunt victæ sole tepẽte niues Cato de re rust. c. 69. Leubus lignis facito calescat: vbi temperatè tepebit, tum cuminum indito.

TEPESCO, cis, n. 3. [*Intepidire.* Ger. Lauw werden. *Gal. Deuenir tiede. Hisp. Entibiarse,*] χλιαίνομαι. tepidus fio. Cic. 2. de Nat. Deor. Atque etiã maria aquata ventis, ita tepescunt, vt intelligi facilè possit, in tantis illis humoribus esse inclusum calorem. Virg. 6. Aen. Et fixo ferrum in pulmone tepescit. Luc. li. 4. Paulatim cadit ira ferox, mentesque tepescunt. Huius compositum est, Intepesco, quod est, valde tepesco. Col. Nunc mitigato iam, & intepescente frigore largissimis oliuitatibus, Liberique vindemijs exuberent.

TEPHRITIS, f. 3. τεφρίτις. gemma, quæ nouæ Lunæ speciem habet, in cornua curuatæ, cinericei tamen coloris: vnde & nomen habet, auctor Plin. lib. vlt. c. 10.

TEPIDO, as, are, a. 1. [*Intepidire.* Ger. Lauw machen. *Gal. Tieder, faire tiede. Hisp. Entibiar,*] χλιαίνω. tepida aqua rrigare. Plin. lib. 17. c. 26. In eodem agro bruma, tanto magis si niues scateant, gelet ve, ne frigus vites aduret, circumfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant, memorabili r tura in amne solo.

TEPIDARIVM, n. 2. χλιαρόν, λουτρόν. locus in balneis, in quo tepida aqua lauabantur, quemadmodum Caldarium, in quo calida lauabantur, & Frigidarium, in quo frigida.

TEPIDVS, da, dum, o. 1. 2. [*Tepido.* Ger. Lavv, das nicht gar kalt, noch gar warm ist. *Gal. Tiede, chaude. Hisp. Tibio,*] χλιαρός. quod est medium inter calidum, & frigidum. Plin. l. 12. c. 25. Præterea finiteri dẽ fanturin tepida aqua. Interdum pro calido ponitur. Lucr. Tepidisque caminis. Virg. 1. Geor. Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt. Oui. 2. Amo. Eleg. 19. Tepidosque refouerat ignes. Interdum pro frigido, [*Freddo,*] præsertim quando transfertur ad hominem. Plau. Hic homo factus est tepidior, i. frigidior, segnior. Hinc Tepidulus, dimin. ideſt, subtepidus.

TEPOR, oris, m. 3. & Tepiditas, atis, [*Tepidezza.* Ger. Die lawe. G. *Tiedeur. H. Tibiezas, disposicion de lo tibio*] χλιαρότης, ἀλία. media quãtas inter calorem, & frigus. Col. li 2. Si vero tepor cœli, siccitasque regionis suadebit, Februario statim proscindendi sunt. Cicer. 2. de Nat. Deor. Nec. n. ille externus, & aduentitius habendus est tepor, sed ex intimis maris paruh agitatione excitatus, q; nostris quoque corporibus contigit, cum motu atque exercitatione tecalescunt. Oui. 2. Met. Quæ neque dant flammas leuique tepore cremantur.

TEPORO, as, p. p. a. 1. [*Intepidire.* Ge. Lavv oder vvarm iecht machen. *Gal. Tieder vn peu, eschauffer. Hisp. Entibiar, hazer tibio*] χλιαίνω. idẽ quod tepefacio. Plin. li. 36. c. 26. Fragmenta teporata agglutinantur tantum, rursus tota fundi non queunt, prætet quam abrupta sibi.

TER, [*Tre volte* שלש פעמים schelosch pchamim. G. Drey mahl.] τρίς. adu. numerale, idem valens quod tribus vicibus. Cice. de Di. Caduut ter quatuor de cœlo corpora sancta. Virg. li. 1. Georg. Tu ſunt conati imponere Pelion Ossæ; Ter pater extructos disiecit fulmine montes. Hor. 2. Car. Ode 3. Ter si resurgat murus aheneus Auctore Phœbo ter pereat meis Excisus Argiuis; ter vxor Capta virum, puerosque plæret. Aliquando non tam numerum significat, quam augmentum; vt Ter maximus, Ter beati. Oui. 8. Met. O ego ter felix. Virg. 1. Aen. O terque quaterque beati.

TERCENTVM, [*Trecento,* שלש מאות schelosch meoth. Ge. Dreihundert,] τριακόσιοι. i. trecenti. Vir. 8. Aen. Maxima tercentum totam delubra per vrbem Lætitia, ludisque viæ, plausuque fremebant. Idem 1. Geor. Tercentum nivei tondent dumeta iuvenci.

TERCENTI, æ, a, o. 1. 2. τριακόσιοι. i. trecenti, seu tricẽteni. Ci. 2. de Fi. Tercentosq; eos, quos eduxerat Sparta, cum esset prepositi aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hosti ib. Pla. Perſa; Trecentis versibus tuas impuritias loqui nemo potest. Cic. 13. Phil. Et Bumdusij trecẽtos fortissimos viros, ciuesq; optimos trucidauit. Tercẽties, aduerb. Cat. in Iul. Cæs. Ducenties comesset, aut tercenties? Non desunt tamen qui hisce omnibus in locis Trecenti, & Trecenties legendum contendant.

TERCENTENI, o. 1. 2. [*Trecento.* שלש מאות scheloch meoth. G. Drei hundert.] τριακόσιοι. i. tercenti. Mar. lib. 2. Tercentena quidem poteras epigrammata ferre.

TERDENI, æ, a, o. 1. 2. [*Trenta,* שלשים schelosch im. G. Dreissig, oder je dreissig,] τριάκοντα. triginta. Matt. lib. 12. Terdenos vigintiquetam per annos. Virg. lib. 8. Aen. Ex quo terdenis vrbem redeuntibus annis Ascanius clari condet cognominis Albam.

TEREBELLVM, n. 2. [*Trinellino, succhiellino.* G. Ein borerlin, oder Nepperlin] τετράτριον. dim. à terebra, instrumentum chirurgorum, quo fracta cranij ossa eximuntur.

TEREBINTHVS, f. 2. τερέβινθος. arbor est circa Idã Macedoniamque, breuis, fruticosa, & cõtorta: in Syria vero magna, & copiosa, materia lenta, & nigra, lauri pene folio, oleæ flore, sed puniceo, baccis primũ herbaceis, mox rubris, & cũ maturuerint, nigricãtibus, magnitudine fabę, resinosis, & sulphurosis, radice valida, in profundũ acta: Duo terebinthi sunt genera; sexu distincta, ex quibus masculus sterilis est, teste Theophrasto. Ex hac arbore distillat laudatissimũ resinæ genus, quam Terebinthinam Latini vocant. Plin. li. 25. c. 6. de resinæ generibus loquens: In arborũ differentia placet terebinthina, odoratissima, atque leuissima: natione Cypria, atque Syriaca, vtraque mellis Attici colore, sed Cypria carnosior, ficiorque.

TEREBRA, bræ, p. c. f. [*Trinella.* Ge. Ein boer, nepper. *Ga. Fneteure. Hisp. Berrena.*] τέρετρον, τρύπανον, instrumentum, quo ligna perforantur; à terendo dictum. Col. lib. 4. c. 29. Nam antiqua terebra, quam solam veteres agricolæ nouerant, scobem faciebat, perueterbarque eam partem, quam perforauerat.

TEREBRO, bras, a. 1. [*Trinellare, forare,* נקב naxar נקב naxab. G. boré. *Ga. Percer, faire vn trou auec vne tariere. Hisp. Barrenar.*] τρυπάω. terebra perforo. Vir. 3. Aen. Aut terebrare caua, vteri, & tẽtare latebras. Col. li. 5. c. 9. Eas terebrare Gallica terebra cõuenit. Ou. 6. Fast. Prima terebrato p rara foramina buxo. Vt daret effecti tibia longa sonos. Terebratio, onis, verbale, ipse terebrãdi actus. Col. li. 4. c. 29. In illa autem, quæ fit per terebrationẽ, &c. Huius cõpositum est, Exterebro, quod est extorqueo, & exculpo, vt Exterebrare ventrem. Pla. Exterebra prorsus, atque excute.

TEREDO, nis, p. p. m. 3. τερηδών. vermis in ligno nascẽs, idque erodens. Est autem hæc vox Græca, sed quam Latini & vsu, & inflexione suam fecerunt. Græci enim τερηδόνα appellant, quam nos Teredinem. Quamquam nihil prohibet Latinam vocem esse a terendo dictam. Eadem & Tinea dicitur. Licet sint qui distinguãt, vt Teredines tantùm dicantur in mari, hoc est, in nauibus; Tineæ terrestres sint. Plin. li. 16. c. 41. Infestantiũ quattuor genera: Teredines capite ad portionẽ grauissimo, rodunt dentibus: hæ tantùm in mari

sentiunt ur,nec aliam putant teredinem propriè dici : Terrestres , Tineas vocant. Teredo pro vermę vestes terente,& erodente. Pl.li. 8.c.48.de prætextis Seruij Tulli;Mirumq; fuit,nec defluxisse eas, nec teredinum iniurias sensisse annis quingentis sexaginta.

TERENTIA,f.1.Ciceronis vxor fuit,Epistolis ipsius notissima : quam postea a vito repudiatam, Sallustius vxorem duxit , vt inimici sui arcana certiùs posset discere ex ea , quæ omnium eius consiliorum particeps fuerat,& socia. Connumeratur hæc a Plin.lib.7.cap.48. inter longissimę vitæ exempla, vt quæ vsque ad CXVII.annum dicatur peruenisse.

TERENTIVS,m.2.τερέντιος.Poeta comicus,natione Afer,patria Carthaginensis,libertus fuit Romæ Terētij Lucani; a quo ob liberale ingenium optimis litteris eruditus, in hominū nobilissimorū amicitiam peruenit , præcipuè Scipionis , & Lælij : quorum ēt opera adiutus creditur in scribendo,ob sermonis elegantiā.Cui opinioni adstipulatur etiam Varro ; Non obscurum est, inquiens, adiutum Terentium in scriptis a Lælio,& Scipione.Eamdem ipse famā auxit. Numquam.n.nisi leuiter se tutari conatus est. Scripsit fabulas sex,quę omnium manibus teruntur.Posthac,visendarum Athenarum cupiditate ductus, ex quo nauim conscendit ,nusquam deinde conspectus est . Quo fit,vt naufragio credatur perijsse. Latius exequitur huius vitam Donatus in Prologomenis Andriæ.

TERENTIVS SCAVRVS,m.2.Grammaticus, quem Gel. dicit floruisse Adriani temporibus, ac librum de Cæsellij Vindicis Grammatici erroribus scripsisse. Terentius Culeō,senator Romanus, captus a Carthaginensibus fuit,& redemptus ab Africano maiore,vnde & cutrum eius secutus esse dicitur pileatus: vt refert Liu.li.10.de Bel. Pun. Hinc natus error apud indoctos,qui Terentium Comicum a Pęnis captum fuisse,& a Scipione redemptum crediderunt. Terētius Varro,collega Pauli Aemilij post cladem Cannensem cum reliquijs exercitus Canusium se recepit: Cui Romam redeunti gratulatus est pop.Rom.quod de Republica non desperasset.

TERENTVS, m.2. locus in cāpo Mattio , quod in eo ara Ditis patris in terra occultaretur, quæ ludis tantùm secelarib. effossa terra ostendebatur: ijsque peractis rursus claudebatur. Mart.Bis mea Romano spectata est vita Terēto.Hoc est,binos spectaui ludos sęculares.

TERENTINVS,tina,inum,o.1.2,adiect.est a Terento deductum; vnde ludi Terentini dicti sunt,qui alio nomine sæculares vocantur , qui cētesimo quoq. anno trib.dieb.continuis, tribusque noctibus celebrabantur, tametsi postea ambitione principum minore interiecto spacio aliquoties fuerint celebrati.Ausonius in Ternario; Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.De horū ludorū institutione & ritu,vide Politianum c.58.Miscellaneorum, Censorinum c, 6.D.Aug.de Ciuit.Dei lib.3.c.18.Valer.Max.lib.3.c.1.

TERES,teretis,pen.cor.gen.o.3.[*Longo,& rotondo,* עגול haghel.Ge. Rund in die lenge,scuwel. *Gal.Ronde en long,comme vne iauelline. Hisp.Rollezo,redondo,y luengo,*]κυλινδροειδὴς.longum,& rotundū , cuiusmodi est figura cylindritita dictum,quod anguli circumquaque quasi torno videantur esse detriti.Virgil.8.Eclog. Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ . Ouid.libro 10.Metam.Pendebant tereti gemmata monilia collo. Virg.4.Aene.Et tereti subnectit fibula gemma. Oratio teres.Cicer. 3.de Orat.Sed si habitum etiam orationis,& quasi colorem aliquem requiritis,est plena quædam, & tamen teres,& tenuis,non sine neruis ac viribus. Totus teres atque rotundus.Horat.2.Sermo Sat.2.Hoc est æqualis, & constans in se,interprete Acrone . Nam teretes(vt inquit ille)dicuntur,qui ab alio non quęrunt quid faciendum sit , sed ipsi per se inueniunt. Tale est & illud Virgilij de viro bono;Mundi mitar habens,teres atque rotundus.

TEREVS,m.2.τηρεύς.rex Thracū,Martis ex Bistonide nympha filius, qui cum Progne Pandionis Athenarum regis filiā in vxorem duxisset , eius etiam sororem Philomelā per speciem visendæ sororis abductā vitiauit,vitiatæq.linguam præcidit.Quod facinus,cum illa indicare alioqui non posset,cruore suo delictum sorori suę trāsmisit.Quare cognita Progne,vt sororem vlciscereturItym filium patri epulandum apposuit :Prolato deinde capite , cum pater se vxoris dolo filium in sua viscera cōdidisse agnoscceret,& ad vltionem properaret, Progne mutata est in hirundinem, Philomela in auem sui nominis,Tereus in vpupam,Itys in phasianum.Hæc Seruius,ena tās illud Virgilij;Aut vt mutatos Terei mutauerit artus, Lege fabulam hanc latius apud Ouid.lib 6.Met.

TERGEMINI,m.2 dicuntur,qui tres eodem partu editi sunt. Pli.li.7. c.3. Tergeminos nasci certum est, Horatiorum,Curiatiorumque exemplo.Tergemini fratres,apud Liu.lib.1.ab Vrbe.

TERGEMINVS,a,um,adiect.o.1.2.τρίδυγος,τριπλάζ.id est,triplex.Liu. lib.6.ab Vrb.Modo tergemine victoriæ triplicem triumphum ex ipsis Volscis,& Aequis,& ex Hetruria egistis.Ouid.4.Trist.Ele.6. Tergeminumq.virum , tergeminumque canem.Stat.1,Sil.1.Non hoc imbriferas hiemes opus , aut Iouis ignē Tergeminum,Aeoli non agmina carceris horret.Id est, fulmen trifulcum.Ius tergemine prolis,id est,ius trium liberorum.Stat.4.Sil.8.Ergo quod Ausoniæ pater augustissimus vrbis Ius tibi tergeminæ dederat lætabile prolis Omen erat.

TERGESTE,f.1.τέργεστον.Ptol.colonia Venetorum ab Aquileia stadia centum octaginta distans,(vt inquit Strabo)Hodie Triestum vocatur.Hæc vrbs olim florentissima fuit.Pli.li.3.c.18.

TERGINVS,a,um,o.1.2.ροπτικὸς.possessiuum a tergus,ut terginum lorum,id est,scutica è tergore animalis. Plau. in Pseu. Aedepol nostrum durius tergum erit,quàm terginum hoc meum.

TERGIVERSOR,aris,d.1.[*Postergare,voltare le spalle.*Ge.Den rucken kehrē,aussflucht nemmē,hinder sich lauffen,vnd nicht an ein sach wollē,sich sperren.G. *Reculer,& ne vouloir venir au poinct.Fuir. Hisp.Bolvar las espaldas,*]fallo,& dicta muto,inquit Non.propriè est eorū,qui terga vertentes adhuc tū pugnant,nec sese victos fateri volunt: Vnde etiam ad alias res transfertur,vt disputationes controuersias,&c. Nam vertere terga.[*Fuggire,*]fugere est ,q,& Terga dare dicimus. Pla. Quid expectas?quid tergiuersaris?Ci.li. 3.Tus Quid tergiuersamur Epicure ?nec fatemur eam nos dicere voluptatem,quam tu idem,cum os perfricuisti,soles dicere?Id est dissimulamus,& subterfugimus.Iure consulti accipiunt tergiuersari,pro in vniuersum ab accusatione desistere, teste Martiano ad Senatusc.Turp.li.1.Tergiuersatio,verbale,id est,subterfugiū,detrectatio Cic.pro Milone;Quid erat moræ,& tergiuersationis.

TERGO,gis,& Tergeo, ges,si.sum,a.3.[*Nettare,forbire,* מרה marah meret תמה machah קלקל kilkal.G.wischen,truckne,ausscuberē.*Ga Torcher,nettoyer,essuyer.Hisp. Limpiar*]& secūdū antiquos tertum.ὑμάργυμι.mundo,nitidum facio.Iuu. Sat.14.Vasa aspera tergeat alter. Pla.Ornantur,lauantur, terguntur , poliūtur. Liu.li.6.Bel.Pun.Secundo die arma curare,& tergere ante tentoria iussit.Cic.in Part.Vt in familia,qui tractant ista,qui tergunt,q uiuutis tenent.Ouid 2.Met.Vt tersis niteant talaria plantis . Idem 13.Met.Manuque simul veluti lachrimantia tersit Lumina.huius composita sunt Abstergo,Attergo,Detergo,Extergo , quorum significata explicata sunt suis locis.

†TERGORO,as.Pl.lib.8.c.52.Indurantes attritu arborū costas,lutoq; se tergorantes.i.quasi tergus nouum è luto sibi inducentes.

TERGVM,gi,n.2.[*Schena,spalle di dietro,reni,* גב ghab.G.Der rucken *Gal.Le dos.Hisp.las espaldas,o las cuestas,*]νῶτον. dorsum,.Virgil. 2. Aen.Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum.Inambulare manibus ad tergum reiectis.Asin.Cic.li.10.Ou.lib.2.Metam. Ossaque post tergum magnæ iactata parentis. Dicitur & de auib. Cice.2.de Nat.Deor.Grues in tergo præuolantium colla & capita reponunt.Neque solùm de animalibus,verùm etiam de reb.inanimatis dicitur. Vnde librum a tergo.ὀπισθόγραφον. scriptum dicimus , id est, a posteriori parte chartæ , vel membranæ Iuu.Sat.1. Scriptus & a tergo,necdū finitus Orestes.Glacialia terga fluuiorū, Claud. de Bel.Get.Aerea terga loricæ.Stat 9.Theb.Aliqn tamen tergum pro tergore ponitur.[*Pelle,*]Virg.1. Aen. Mercatique solum facti de nomine byrsam, Tautino quantum possent circumdare tergo. Idem pro scuto,[*Scuto,*]quoniam scuta corio tegi solent. Idem li. 10.Aen.Et tergo decutit hastas. Et tam tergus,quàm tergū,a terēdo dici videntur,quoniam vehendis oneribus teruntur, Terga vertere.[*Fuggire.*]Cæs.3.Bel.Gal.Vt ne vnum quidem nostrorum impetum ferre ēt,ac statim terga verterent.Dare terga.idem.Quin.li. 2.c.13. Nōnumquam terga etiam dedisse simulata fuga proderit. Vir.4.Geor.Aut hos versa fuga victor dare terga coegit. Præbere terga fugæ.Oui.lib.10.Met.

TERGVS,goris,p.c.neu.gen.[*Pelle,* עור hor.Germa.Leder,haut.*Gal. Cuir,peaux.Hisp.Cuero,o pellejo,*]δερμάτινος.corium,& propriè crassior illa pars,qua tergum.i.dorsum tegitur.Vir.li.1.Aen.Tergora diripiunt costis,& viscera nudant.Pli.li.8.c.10.Durissimum dorso tergus,ventres molles,setarum nullum tegumentum.Silius li.3.Squalenti tergore serpens.

TERINA,ę,f.1.τέρινα. agri Brutij oppidum maritimū , a quo propinquus sinus Terinæus appellatur.Auct.Pl.lib.3.c.5.

TERIAS,m.1.τηρίας.fluuius est Siciliæ nō procul a Catana,teste Pli. li.3.cap.8.Stephanus alium eiusdem nominis fluuium collocat in Phrygia,quem alio nomine Gallum aut appellari.

TERMENTARIVM,n.2.ait Var.lib.4.de Ling.Lat.linteum,quod teritur corpore.

TERMENTVM,n.2.apud Plau.pro detrimento,teste Festo.

TERMERA,f.1.τίρμερα.oppidum libertum Carię,teste Pl.lib.5.c.29. Stephanus Lycię assignat.

TERMERIVM,n.2.τερμήριον.promontorium est Myndiorum,Candariæ Coorum promontorio oppositum , & quadraginta nō amplius stadiorum mari ab eo diremptum Auct.Strab.li.14.

TERMESSVS,f.2.τερμησσός.Pto.Pisidiæ vrbs est,teste Strab.li.13.Cibyræ,& Milyis proxima.

TERMES,termitis,penult.corr.κλάδος,ἔγκαρπος. ramus ex arbore cerptus cum fructu.Qui quoniam in diuisione agrorum antequā metæ ponerentur,figi solebat,termino nomen dedit.Propriè Termes(ait Porphyrius)est oliuę,sicut Palmes vitis.Hor.Epo.16.Germinat & numquam fallentis termes oliuæ. Gellius tamen etiam Termitem appellat palmæ ramum cum fructu auulsum , quem Græci φοίνικα.nominant.

TERMILAE,m.1.τέρμιλαι.Herodoto,populi sunt Lycię,è Creta oriũdi,quos Sarpedon Minois,& Rhadamanti frater colonos ex Creta duxit,ac Termilas nominauit.cum priùs Minyæ,& Solymi vocarẽtur, vt Herod.refert.Postea Lycus Pandionis filius,eosdem a se Lycios appellauit.Quæ profectò ratio Lycios ac Solymos eosdẽ esse ostendit, quamquam Homerus eos videatur separare.

TERMINALIA,orũ,n.2.τερμινάλια. Varro ideo appellata esse existimat,quod is dies anni extremus erat constitutus.Ego potius a Termino Deo nomen sumpsisse existimo. Fuerũt.n.Terminalia festa, quę in honorem Termini Dei celebrabantur mense Februario,ad octauũ Calendas Martias.Nam inter Terminalia, & Regifugiũ, teste Censorino,interserebatur dies intercalatis.Liu.5 Decad.l.3. Tertio die post terminalia Calendæ intercalares fuere.

TERMINO,as,a.1 [*Terminare-determinare,finire,cõcludere,*גבל ghabal הגביל heghbil.G.Vndermarcken,marckstein setzen,auffzielẽ,endẽ.*Ga. Finer,borner.Hisp.Acabar,o deslindar,*]παραπήγω ὁρίζω. terminos constituo,certis finib.circũscribo,finio.Cic.1.Off.Illorũ fines,sicuti ipsi dixerunt,terminauit:in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit.Cic.in Cat.Quorũ alter fines vestri imperij,non terrę,sed cœli regionib.terminaret.Ci.de Fin.Omni aũt priuatione doloris putat Epicurus terminari summã voluptatem,hoc est,Epicurus putat summã esse voluptatem priuari doloribus.Terminare sententiam,[*Absoluere,*]absoluere.Cic.ad Att.li.9. Sed vt sententiam aliquando terminemus.Terminatus,a,um,participium,vt Terminatus ager,id est,limitatus.Terminatæ diuitię. Cic 1.de Fin.Ne naturales quidem multa desiderant,propter ea q ipsa natura diuitias,quibus contẽta sit,& parabiles, & terminatas habeat.Terminatio,onis,verbale,finitio.Terminatio auriũ,distinctio,discretio.Cic.in Ora.Vt igitur poetica,& versus inuentus est terminatione aurium obseruatione prudentium;sic in oratione animaduersum est,&c Huius composita sunt,Determino, Dister-mino,& Extermino:quorum significata vide suis locis.

TERMINVS,i.m.2.[*Termine,fine,*גבול ghebul סוף soph.G.Ein marck stein, zil.Hein.*G.Terme,la fin de toutes choses,bornes,limite.Hisp.El termino y fin generalmente,*]ὅρος .propriè dicitur limes,qui agrum ab agro diuidit:a terendo(ut Varroni placet lib.4.de Lin.Lat)qđ hæ partes maximè terantur,propter iter limitare. Aut certè a Græco nomine τίρμα,quod est eiusdem significationis.Ci.4.Acad.Est enim inter ipsos non de terminis,sed de tota possessione contẽtio. Per translationem terminus, pro quouis fine accipitur. [*Fine,*]Ci. 1.de Orat.Nullis terminis circumscribere , aut definire ius suum. Vir.lib.4.Geor.Quamuis angustus terminus æui . Apud antiquos terminus Deus putabatur,in cuius tutela fines agrorum esse existimabant : vnde etiam sub aperto colebatur : propterea quod nefas putabant terminum sub tecto consistere,vt auctor est Festus. Liu. lib .1.ab Vrbe ; Nam cum omnium sacellorum exauguration aues admitterẽt,in termini fano non addixere. Huius composita sunt Anteterminus, & Conterminus , quorum significata vide suis locis.De termino autem vide Iusum ex vetusto epigrãmate apud A.Gellium.

M.Termini apud antiquos adhibito sacrificio disponebãtur , quade re apud Siculum Flaccum hęc legimus;Carbo,aut cinis,quare inueniatur, vna certa ratio,quæ apud antiquos quidem obseruata est,postea vero neglecta,sic vt aut diuersa,aut nulla signa inueniremus;cum.n.terminos disponerent,ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant,proximè ea loca,quibus fossis factis defixuri eos erant,vnguento vel oleo linieba t,& coronis eos coronabant,in fossis autem,quibus posituri eos erant sacrificio facto,hostiaq. immaculata cæsa facibus ardentibus, in fossa coopertis sanguinẽ instillabãt,eoq. tura,& fruges iactabant:fauos quoq. & vinũ,aliaq.quibus cõsuetudo est terminus sacrũ fieri,in fossam adijciebãt,cõsumptisq. oĩbus dapibus ignę,super calẽtes reliquias lapidẽ collocabant,atq.ita diligenti cura confirmabãt,adiectis ẽt quibusdam saxorum fragminib. circumcalcabãt, quo firmiùs starẽt. Tale ergo sacrificium domini,inter quos fines dirimebãtur,faciebant:nam etli in trifiniũ.i.in eum locum,in quõ tres possessores attingebãt,termini ponebantur , oẽs tres sacrum faciebant, quiq. alij in confinio dñi erant, oẽs ex conuenientia possessorũ ponebãt, & sacrum faciebant:terminos aũt conuenientia possessorum confirmabant:nam in quibusdã regionibus iubemur vertices amphoratum defixos inuentos obseruate pro terminis : ergò cõueniẽtia, vt supra diximus,possessorum terminos cõsecrat,qui, vt ante dixeramus,oĩbus angulis positi esse debẽt.Termini apud antiquos sãctè in primis , ac seuerè seruabantur.nam in libr.5. Sniarum Pauli scripta sunt hęc,quę leguntur apud Frõtinũ in lib.de limitib.Terminos qui effodiunt, vel exarant arbores,in metallum damnabũtur,si quidẽ serui sua sponte faciunt, humiliores in opus publicũ, honestiores in insulam,amissa tertia parte bonorum relegabũtur. termini comportionales a veteribus dicti,teste Aggeno Vrbico,q intra possessionũ fines inueniebãtur, qui si secũdũ priscini tẽporis possessionẽ non conueniunt,diuersas attriguis possessorib. controuersias generabant. Termini aũt,vt in libello de limitib. variorũ auctorũ vtulo scriptũ est,diuersi fuerunt per diuersas prouincias:

sunt.n.hæc verba:Terminũ singulũ in quadrifinio inuenies:quattuor lapides in quadrifinio positi sũt,& termini factura tornatiles, hoc est,rotundi,subtilissimi,in quadrifinio inuenies.Puteũ si in fine inuenies,pro termino habebis Cisternam factam in fine positã, & circa hanc memoratum terminum inuenies,& pro termino habebis.Terminum de lapide decisum viuo inuenies,& pro termino habebis.Macerias lapidum in fine pro termino inuenies.Sepulcra finalia,aut monumenta sine dubio inuenies.Malum cotoneũ in fine pro termino inuenies.Cypressum in fine pro termino inuenies. Oliuastellum in fine pro termino inuenies.Fossatum decisum parium in fine pro termino posuimus; fossato alio finales maiores sine dubitatione inuenies . Limitem torrem, hoc est, torridum sine dubio inuenies.Parietes de calce fabricatos finales direximus.Ripas decisas finales direximus.Botõtones finales inueneris. Arbores ante missas finales inueneris peregrinas,exteras. Pontẽ marmoreũ in fine inuenies.Pontẽ de lapide viuo in fine inuenies.Pontẽ ex calce factum in fine inuenies.Orcas in fine inuenies.Sarcophaga in fine inuenies.Imbrices in fine inuenies.Collectaculũ de carbonibus in calce mistitatos,& glareas fluminales ne despicias,signales cõstituimus. Palos picatos pro terminis inuenies. Latericulos quadrangulos pro terminis inuenies. Lapides natiuos cum aliquo signo finem pro termino cõstituimus, & multa cõsecratione signauimus. Flumẽ aliquoties in fine inuenies. Riuũ finalẽ inuenies *Hæc signa per diuersas prouincias obseruãtur.* Terminorũ nõia apud Hyginũ leguntur hæc Egregius,qui & robustus,quinque pedalis. Augustus.Rhomb.Rhomboides,Scalenus,Isosceles,Trigonus,Orthogonus, Trapezeus,Trigonus Oxygonius.Trigonus amblygonius,Parallelogrammus,Sepultura militaris in fine, Augusteus in trifinio, Isopleurus,Scutellatus, Spatula,Spetecticalis in trifinio,Area in quadrifinio,Sepultura finalis,Nouerca Canabula, Formalis, Subitudẽctio ad terras excipiendas, Macerna finalis,Scotosiones,Botontini, Monumentum, Aspratilis terminos, Hermula, Seria,Puteus , Lapis nõ dolarus,in cursorio positus: Terminus q subsectiuũ demonstrat.Lapis intra lapidẽ in trifinio. Termini gemelli,Terminus,qui fluuiũ demonstrat;Lapis damnatus,Gammade Petra sicca cõstructa,Lapis decussatus,qui agrũ intraclusum , & extraclusum significat. Terminus ante terminum in versura positus,Lapis cultellatus,qui pentagoni recipit rationem; Lapis grãmatus,qui Trigoni recipit rationẽ. Lapis intra lapidem incusorio ; Lapis qui flexuositatẽm limitis ostendit,Terminus qui riuum demonstrat.Ad hæc porro terminorum nomina sua cuique figura est adiuncta.

TERMITES,m.3.κλάδοι ἐγκάρσιοι.rami arborum cum fructibus detracti.Vide supra in dictione Termes.

TERMON,τέρμων.a veteribus Gręca consuetudine ponebatur pro eo, quem Latini terminum appellant . Ennius apud Festum ; Ingenuũ vadit cursu,quo redditus Termo est.

TERNARIVS,a,um,o.1.2.vt Ternarij scrobes i.scrobes quadrati,quaqua versum pedes habentes ternos.Col.li.11.c.2.Scrobes oĩs generis,quos eris Autũno consiturus , hoc tẽpore præparate oportebit, eorum quaternarij, hoc est, quaquauersum pedum quattuor,si est commodum terrenum,XIV. ab vno fiunt:ternarij autem XVIII.

TERNVS,a, um,o.1.2.distributiui numeri nomen est, *quod tamen sæpe* accipitur pro suo primitiuo.Hor.3.Car.Ode 19.*Ternos* ter cyathos attonitus petet Vates. Virg.5.Aen. Terno consurgunt ordine remi.Cic ad Pœtum lib.4.Cum loquimur terni,nihil flagiti dicimus : at cum bini,obscœnum est.

TERO,ris,triui,tritum,a.3.[*Tritare,frãtumare,rompere.*דך dach דוא dichcha דבת dichchah חרק hedhak שבר scibber חת chath שחש chethasch.G.Reiben,oder zerreiben,schleiffen.*Gal.Broyer,pulveriser en frotãt l'un contre l'autre.Hi.Hollar,o trillar,o gastar,*]τρίβω. frico,contero,attero,consumo.Plaut.in Asin.Num nę illuc ducis, vbi lapis lapidem terit?Ouid.1.de Arte; Frænaq.magnanimi dente teruntur equi.Vir.4.Geor.Ipse labore manum duro terat. Pl. Deagere.[*Caminare.*]Vir.1.Georg.Sæpius è tectis penetralib. exulit ouа Angustum formica terens iter. Terere tempus,[*Passare el tempo,*] est consumere:similiter, Terere ocium.Liu.li.1.Quas vt conuiuijs,luxuq. cum æquãlib.viderant tempus terentes . Tritus,a,um, partic.1.attritus, & vsu consumptus. Mart. lib.10.Cerea si pendet lumbis,& trita lacerna,Dimidiatq.nates Gallica palla tegit. Trita via,[*Trito,*]seu Tritum iter.i.sæpius calcatum, & a multis frequẽtatum.Ouid.2.de Arte; Trita frequẽsq. via est,per amici fallere nomen:Tuta frequensque licet sit via,crimen habet Ci.1.Phil.Cum Brundusium iterq. illud quod tritum in Græciam est, nõ sine causa vitauissem.Tritum prouerbiũ,[*Vsato,*]hoc est,multorũ sermone celebratũ.Ci.1.Offi.Ex quo illud,Summum ius,summa iniuria factum est iam tritũ sermone prouerbium. Tritus,ûs,tui.[*Intritura,*]ipse actus terendi Pli.lib.33.ca.4.Nec vllum absolutius auritum est,cursu ipso,trituq. perpolitũ. Tritor,oris,[*Che trita.*]qui aliquid conterit:vt Tritor colorum.Pli.li.35.c.11. Namq. Erigonus tritor colorũ Nalceæ pictoris in tantum ipse profecit . Tritor simulacrorũ q assidnè vapulãdo stimulos tergo suo cõterit.Pl.Persa:Quid ais tu crux,stimulorum tritor?Huius composita sunt Attero,Con-

tero,

tero, Detero, Distero, Extero, Intero, Obtero, Protero, Pertero, Subtero, q̃ suis vide locis. Retero, rursus tero, purgo, excerno. Col. li. 7. Pura deinde frumenta si in annos recondantur, reteri debent.

TERPANDER, dri, m. 2. τέρπανδρος. Poeta Lyricus ex Antissa Lesbi ciuitate, qui primus quattuor lyrę chordis tres alias addidit, & Lyrici carminis leges conscripsit: quas nonnulli Philemoni cuidã adscribunt. Auctor Suidas. Tanta autem in Terpandro artis excellẽtia fuisse perhibetur, vt si quem significare volebãt insignẽter quidem canere, primum tamen locum non mereri, eum μετὰ λέσβιον ᾄδειν, hoc est, post Lesbium cantorem cum collocandum dicerẽt. Cuius prouerbij ortum ad huiusmodi referunt historiam. Cum Lacedæmonum res seditionibus tumultuarentur, consultũ oraculum iussit, vt Lesbium cantorem accerserent. Accersitus Terpander, populi animum sic delinitit, vt omissa omni seditione, in pristinam concordiam rediret. Qua ex re factum, vt Lacedæmonij Lesbijs musicis primas partes tribuerint. & si quem alium canentem audijssent, protinus dicerent, μετὰ λέσβιον ᾄδειν, ideſt, post Lesbium cantorem eum collocandum.

TERPNVS, m. 2. citharœdus insignis Neronis tẽporibus floruit, cuius cantu supra modum Neronem delectatum fuisse, scribit Sueto. in vita eius: Statim (inquit) vt imperium adeptus est, Terpnum citharœdum, vigentem tunc prẽter alios accersit, diebusque continuis post cẽnam canenti in multam noctem assidens, paulatim & ipse meditari, exercitarique cœpit, nec eorum quicquam prętermittere, quę artifices eius generis vel conseruandę vocis causa, vel augendę factitarent.

TERPSICHORE, f. 1. τερψιχόρη. vna nouem Musarum, sic dicta, quod choreis, & tripudijs delectetur, vel, vt Plutarchus ait, quod maxima vitæ pars ea delectetur & gaudeat. Huic quidam cithare inuẽtionem tribuunt. Virg. de Nouem Musis; Terpsichore affectus cithara mouet, imperat, auget. Vide in dictione Musa.

TERRA, æ, f. 1. [*Terra* ארץ cretz ארמה adhamah. G. Das erdtrich, oder erd. *Gal. Terre* [illegible] *f. Tierra,*] γῆ, χθών. elemẽtũ frigidũ, & siccũ, quod quoniam reliqua omnia grauitate exuperat, infimum sibi inter ea locum vendicauit. Dicta terra (vt quidam volunt) quod pedib. teratur. Cic. de Nat. Deor. Terra locata in media mundi sede, solida, & globosa, & vndique in sese nutib. suis cõglobata, vestita floribus, &c. Sũt qui velint hoc noĩe in singulari numero totũ elementũ significari, in plurali aliquot eius regiones. Vir. 1. Aen. Multum ille & terris iactat*, & alto. i. per multas regiones, vt illi exponunt. Quæ differentia aut falsa est, aut certè non perpetua. Nã & terrã frequentissimè pro vna qualibet regione [*Regione,*] legimus; & Terras pro toto orbe. Ci. de Ami. Eorũ, qui in hac terra fuerũt, Magnãq. Græciã, quæ tũ florebat, &c. [*Mondo*] Virg. 4. Aen. Et nũc magna mei sub terras ibit imago. Terrę filij, [*Ignobile, plebea,*] olĩ obscuro ignotoq. genere prognati dicebantur, propterea qd terra sit oĩum cõis parens, vel quod iuxta quorumdam etiã historias, primitus mortales ex terra nascebantur, quod etiam de Gigantibus poetarum fabulæ prodiderunt: quorum, quod obscura essent, & incognita stirpe prognati, ad terram, communẽ omnium matrem, origo ferebatur. Ad quod alludens Iuuenalis, hominẽ obscurum Gigantum fraterculum appellat. Cic. ad Att. lib. 1. Et huic terræ filio, nescio cui, committere epistolam tãtis de reb. non audebam. Terram pro terra, prouerbialis est figura in hominẽ exulẽ, erronem, & incertis vagantem sedib. M. Tul. in ep. ad At. l. 14. Hęc, & alia ferre non possum, itaque γῆν πρὸ γῆς cogito; significat, se de fugiẽdo cogitare. Terra de fossũ aliq̃d habere dr̃, qui non imptit, neq. profert suas dotes: sumptum ab auaris, aurũ humo defodientibus, quod apud Plau. facit Euclio. Terram videre dr̃, q̃ ad molesti prolixique laboris finem propemodũ peruenerũt. Sũptũ à nauigãtib. Var. li. 1. de re rust. scribit, Terram trib. modis dici, cõmuni, proprio, & misto. Communi, vt cum dicimus orbẽ terræ, & terram Italicam, cum & lapis, & arena, & cętera eius generis sint in nominando cõprehensa. Altero modo dr̃ terra proprio nomine, quod nullo alio vocabulo, neque cognomine adiecto appellat. Tertio modo dr̃ terra, quę est mista, in qua seri quid potest, & nasci, vt argillosa, vel lapidosa. Terra etiam vocatur Vesta, siue quod reb. omnib. vestiat, seu quod vi sua stet. Oui. lib. 9. Fast. Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur. Dr̃ & mater. Col. li. 10. Tu penitus clathris eradere viscera matris Ne dubita. Pli. li. 9. Sequitur terra, cui vni rerũ naturæ partiũ eximia propter merita cognomẽ indicimus maternæ venerationis. Nos nascentes excipit, natos alit semel editos sustinet, & semper nouissimè complexa gremio, iam ab reliqua natura abdicatos, tum maximè vt mater operiens. Et paulo post; Terra serpentem, homine percusso, amplius non recipit.

M. Terram, punctum esse cæli, ex Higeno cognoscitur, is. n. sic in lib. de limitibus: Cæli pũctum esse terram, sic describunt, quod dicant, a polo ad Saturni circulum interuallum esse, q̃ Græci hemitonion appellant; a Saturno deinde ad Iouem, hemitonion; ab hoc deinde ad Martem tonum; a Marte deinde ad Solem, ter tantum esse, quantum a polo ad Saturnum, hoc est trihemitonion, a Sole deinde tantum esse ad Venerem, quantum a Saturno ad Iouem, hemitoniũ; a Mercurio deinde ad Lunam tantũdem hemitoniũ; a Luna ad terram tantum, quantum a polo ad Ioúem, tonon; sic terram punctum cœli esse ostendunt, & ars musica per hęc diastemata constare fertur.

TERRAEMOTVS, huius tus, m. 4. [*Terremoto,* רעש rahasch. G. Erbidẽ. *Ga. Tremblement de terre, mouuement ou esmotion de terre*] σεισμός. terræ concussio, quæ a spiritibus terræ inclusis, & exitum sibi molientibus fit. Pl. li. 2. c. 84. Fiunt cũ terræmotu & inundationes maris, eodẽ videlicet spiritu infusi, aut residentis sinu recepti. Maximus terræ memoria mortaliũ extitit motus, Tiberij Cæsaris principatu, xii. vrbibus Asiæ vna nocte prostratis. Cic. 2. Off. Si tecta aut vi tempestatis, aut terræmotu, aut vetustate cecidissent. Idem 1. de Diuin. Conquassari maximus terræmotibus.

TERRANEOLA, f. 1. cum accentu in antep. χερσαῖος. auis alaudæ similis, præterquam quod in capite apicem non habet, sicut alauda. Dicta Terraneola, quod non in arboribus, sed in terra versetur atque nidificet. Sipontinus.

TERREFACIO, cis, p. c. n. 3. [*Spauentare,* חרת chitteth, הפחיד hiphchidh הפחיל hibhil. G. Ein schrecken machen. *Gal. Espouuanter, espanter. His. Espantar.*] ἐκπλήσσω. terrore afficio. Hinc Perterrefacio; vt, Perterrefacias Dauum, apud Ter. in Andr.

TERRENVM, ni. subst. n. 2. [*Terreno.* Ge. Erden, erdfeld, bawerdrich. *Gal. Terroir, champ. His. Terruno, o naturaleza de tierra,*] γῆ. terra cultui idonea. Col. li. 2. Callẽtissimi rusticarum rerum genera terreni tria esse dixerunt, campestre, collinum, montanum. Idem l. 1. Agrum habebimus salubri cælo, vberi gleba, parte campestri, parte alia collibus, vel ad Orientem, vel ad Meridiem molliter deflexis, terreniſque alijs, atque alijs siluestribus, & asperis.

TERRENVS, a, um, o. 1. 2. [*Di terra.* G. Irrdisch. *G. Terrienne, ou viuant en terre. His. Cosa perteneſciente a la tierra.*] χερσαῖος quod vel in terra natum est, vel in terra viuit, vel aliquid cum terra cõmune habet, vt Terrenum animal. Vir. 6. Aeneid. Terrenique hebetant artus, moribundaque membra. Ouid. 15. Met. Sic vbi terreno Lycus est epotus hiatu, Existit procul hinc, alioque renascitur orbe. Idẽ 1. Met. Nec quicquam terrenæ fęcis habentem. Ci. 1. Tusc. Corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore animi cõalescunt. Plin. lib. 9. c. 29. Terreni maiores, quàm pelagici. Terrenus, [*Di terra.*] pro terreus. Col. Area quoque sic terrena erit, vt sit ad tecturam satis habilis.

TERREO, es, rui, n. 2. [*Spaurire, spauẽtare,* חת chitteth, הפחיד hiphchid חברהיל hibhil. G. Erschrecken. *Ga. Espouuanter. His. Espantar,*] φοβέω. timorem alicui incutio. Virg. lib. 1. Georg. Et sonitu terrebis aues. Cęs. li. 3. Bel. Ciu. Et legionarij interioris munitionis defensores, scalis admotis, tormentisque cuiusque generis telisque terrebant. Virg lib. 8. Aen. Iam tum religio pauidos terrebat agrestes Dira loci. Idem 8. Aen. Neu belli terrere minis. Ouid. 24. Met. Tonitruq. & fulgure terruit orbem. Territus, a, um, part. seu nomẽ ex particip. vt Territus animi, hoc est, conturbatus animo. Liu. lib. 7. ab Vrb. Itaque consule territo animi: Videsne tu, inquit, A. Corneli, cacumen illud supra hostem? Ouid. 2. Met. Venatrixq. metu venantum territa fugit. Huius composita sunt, Abstterreo, Conterreo, Deterreo, Exterreo, & Perterreo, quorum significata explicantur suis locis.

TERRESTRIS, & hoc terrestre, o. 3. [*Terrestre, di terra.* G. Irrdisch. *Gal. Terrestre, di terre. His. Cosa di tierra.*] χερσαῖος. idem quod terrenus: vt Terrestre animal, quod in terra vitam agit. Pl. li. 10. c. 61. Rursus in terrestribus pariunt serpẽtes. Oui. lib. 14. Met. Tantosq. per alta labores Aequora sustinuit, tantos terrestribus armis. Cic. 6. Ver. Illud Flaminius ita ex æde sua sustulit, vt in Capitolio, hoc est, in terrestri domicilio Iouis poneret. Liu. lib. 3. bel. Pun. Consul litteris Philippi atque Annibalis perfectis, consignata omnia ad Senatũ itinere terrestri misit, nauibus deuehi legatos iussit. Liu. lib. 1. ab Vrb. Audi Iupiter, & tu Iuno, Quirine, dijque omnes cælestes, vosque terrestres, vosque inferi audite.

TERREVS, a, um, o. 1. 2. [*Di terra.* Ge. Irrdin,] γήϊνος. quod ex terra est, vt Vas terreum. Col. li. 1. Horreum camera contectum, cuius solũ terreum, priusquam consternatur, perfossum.

TERRIBILIS le. o. 3. [*Terribile, horrendo,* נורא nora. G. Schrecklich, erschrocklich. *Gal. Terrible, effraiant, qui donne frayeur, & effroy. His. Cosa que espanta*] φοβερός. formidabile atque horrendum. Vir. 6. Aen. Terribili squalore Charon. Cic. pro Sest. Alter, o dij boni, quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aspectu. Virg. 6. Aen. Terribiles visu formæ, lethumq; laborque.

TERRICOLA, m. 1. [*Chi habita la terra.* G. Ein wohner des erdtreichs,] ἐπιχθόνιος. qui terram habitat. Est autem hominum epitheton apud Poetas, a terræ inhabitatione deductum, quo mortales distinguuntur a superis, qui a cælesti habitatione cælicolæ dicuntur.

TERRICREPVS, a, um, p. c. o. 1. 2. βαρύβρομος. Iouis, vel fulminis epitheton, quasi terribiliter, seu cum terrore increpans. Vox est poetica.

TERRICVLVM, i. n. 2 [*Spauẽto.* G. Ein schreckerlin. *Gal. chose qui espouuante, espouuantal. His. El espauentato*] φόβητρον. quod incutit terrorem. Liu. l. 5. ab Vrbe; Cum omniũ assensu cõprobata oratio esset, gauderentq. patres sine Tribunitiæ potestatis terriculis inuentã esse aliam vim maiorem ad coercendos magistratus, victi consilii om-

fu omnium,comitia tribunorum militum habuere.Accius; Proin de iſta hæc tua aufer terricula, atque animum iratum comprime.

TERRICVLAMENTA,n.2. φάσματα. phantaſmata, ſiue ſpectra terroré incutientia.

TERRIFICO, as, a.1.[*Far paura*;חָתַת chitteth, הִפְחִיד hiphchidh, חִבְהִיל hibhil,]ἐκφοβέω,φοβίω.terrorem incutio. Lucr.lib. 3.Et quę res obuia mentes Terrificet morbo affectas. Vir.l.4.Aen.Cęciquæ in nubibus ignes Terrificant animos.

TERRIFICVS,a,um,p.c.o.1.2 [*Terribile.*נוֹרָא] nora.Ge.Schreckłich, das ein zuerſchrecken macht,]φοβερός.terribilis,formidabilis,terrorem incutiens. Vir.5. Aen. Seraq. terrifici cecinerunt omina vates. Nox terrifica,apud Val.Flac.lib.5.Argo. Stridores terrifici, apud Sil.lib.5.

TERRIGENA,p.c.com.ge.1.[*Nato di terra.*G.Vō der enden geborē,] γηγενὴς.ex terra genitus.Cic.2.de Diu. Terrigenam,tardigradam, domiportam, ſanguine caſſam potius, quàm hominum more cochleam dicere. Luca. lib. 3. Aut ſi terrigenæ tentarent aſtra gigantes. Ou.epi.12. Donec terrigenæ(facinus mirabile)fratres In ſe cōſtrictas conſeruere manus.

TERRITO,as,p.c.a. 1.[*Spaurire.*G. Offt oder hefftig erſchrecken.*Ga. Espouenter. His.Espantar.*]ἐκφοβίζω.freq a Terreo. Ter.i And. Dij te eradicent,ita me miſeram territas. Virg. 4. Aen. Et magnas territat vrbes. Liu.li.8.ab Vrb.Dein poſtquam aſperabantur flagitium aures,minis territare, atque idē tidem admonere fortunę. Plau.in Amph.Larua vmbratilis,tu me minis territas.

TERRITORIVM,rij,n.2.[*Territorio.*אֶרֶץ erets,מְרֻחָה medhinah,שָׂדֶה ſadheh.Germ.Der Aether oder der gutteren Bann vmb ein ſtatt, zuring vmb ein fleckem. *Gal.Territoire. Hiſp. Territorio,*]ὁ ἀγρός. eſt, vt inquit Pomponius, vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſq; ciuitatis. Quod ab eo dictum eſt,quod maximè teratur, vel quod magiſtratus eius loci intra omnes fines terrendi. i.ſummouēdi ius habet. Hactenus Pomp.Plin.lib.29.ca. 6.Extra territorium id abire.Cic.2.Phil.Vt florentis coloniæ territorium minueretur.

P. M.Territorium,ait Frontinus, eſt, quicquid hoſtis terendi cauſa conſtitutum eſt.

TERROR,oris,m.3.[*Terrore,ſpauento,paura* חִתִּים chittah,חִתִּית chittith,מְחִתָּה mechittah,פַּחַד pachadh,בְּהָלָה behalah.G. Ei ſchreckē,oder ſchreckūg *Ga.Effroy,frayeur.His.Eſpanto del que ſpanta.*]φόβος. timoris incuſſio,Cic.4. Tuſcu.Quæ autem ſubiecta ſunt ſub metu,ea ſic definiunt, pigritiam metum conſequentis laboris, terrorem,metum cōcutientem.Ex quo fit,vt pudorem rubor, terrorem pallor & tremor, & dētium crepitus conſequatur. Seruius inter terrorem & metū ſic diſtinguit, quod terror propriè ſit, qui alijs infertur, vnde & terribilis dicitur metus,quem habet timentes.Licet aliquando terror pro metu ponatur. Virg.11.Aen. Quod ſi tantus habet mentes & pectora terror.

THALES,etis,m.3. & thalis θαλῆς, καὶ θάλης, vnus ex septem Græciæ sapientibus qui eodem tpe in Græcia floruerunt, natus est,(vt ex Apollodori sñia tradit Laertius) anno primo xxxv. Olympiadis. Vixit annos (vt Soficrates tradit) nonaginta: vt alij septuaginta. Hic primus in Græcia geometriã creditur inuenisse. primumque obseruasse temporum ambitus,ventorum flatus, stellarum motus, tonitruum sonora miracula,siderũ obliqua curricula, & Solis annua reuerticula. Interrogatus quid in rerum natura difficillimum existimaret, seipsum,inquit,nosse. Iterumq. rogatus cum scisciaretur,qũo,iustissimè viuere liceret.Si,inquit,quæ in alijs reprehẽdimus,ipsi non faciamus. Huic tripus aurea a piscatorib. Milesijs repertadum res in lite verteret, ex oraculo Apollinis iudicãtis eã sapientissimo dari oportere,delata, deinde p manus oĩb. sapientibus tradita,ad Solonẽ peruenit, q illã Delphos remisit ad Phębũ, vt qui Deorum hominumq. sapientissimus esset. A Thalete Ionica fluxit disciplina, sicut a Pythagora Italica.Eius discipulus fuit Anaximander,cuius auditor Anaximenes,& Hecateus historicus.

THALES, m. 3. θάλης, poeta Lyricus Cretensis, quem è Creta Solon Spartam misit,vt eius odis ac poesi Spartani deliniti, animorũ feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imbutam,mitigarent. Auctor Plutarchus in Solone.

THALIA,p.n.f.1.θάλεια,vna ex nouem Musis, ἀπὸ τοῦ θάλλειν,quod inter cætera significat viuere,seu florere: propterea quod poetarũ fama nullo tempore marcescit.Virg.7.Ecl.Nostra nec erubuit silvas habitare Thalia.

THAMYRAS,m.1.siue Thamyris,θαμύρας,ἢ θάμυρις,Suidę, Poetæ nomen Thracia,qui cum cẽs pulchritudine pcelleret, ab initio mares dilexit,deinde mutata consuetudine Musas amauit, cum quibus de cantu certauit hisce conditionib.vt si vinceret,earum complexu potiret,sin succumberet, ab illis patereiur, quicquid eis videretur.Itaq. superatus,& oculis,& lyra priuatus est. Hinc manauit prouerbium in eos, qui præter ingenium proprium aliquid agunt,Thamyras insanit,θαμύρας μαίνεται,Suidas.Ou.li.3.de Arte,Tu licet & Thamyram superes,atque Orphea cantu.

THAVMANTIAS,adis,f.3.Thaumantis,& Electræ filia. Virg.9. Aen. Roseo Thaumantias ore locuta est.Eadem etiam Thaumanus dicitur,vt imbrifera Thaumantis,apud Stat.3.Sil.

THEAGENES,m, 3. tres Athenis diuersis temporibus Suidas fuisse recepsit,vnum,qui de Homero scripsit Alium qui κακῶς, id est,fumus est cognominatus, quod multa promittens, nihil præstaret, pauper enim erat,ac diues videri volebat. Tertius, vir potens ac diues Athenis, qui liberalitate ac beneficentia publicè ac priuatim multa digna gessit. Quartum addit Pausanias, Athletam,qui cxl. coronas è certaminibus retulit.

THEATRALIS,hoc le,o.3.[*Di theatro.*Germa. Des schawhauses oder schawplates,*Gal.De theatre.*H.*Cosa de teatro,*]θεατρικός,ad theatrum pertinens,vnde dicimus theatralia spectacula.Cic.pro Sest. Theatrales consessus.Tac.lib.1.Dux olim theatralium operarum, Humanitas indecora,& theatralis, Qu. lib.2 c.2.

THEATRICVS,a,um,idem,quod Theatrali.[*Di Theatro.*Germa. Des schawhauses,]ad theatrum attinens.

THEATRIDION, n. 2. dim. forma Græca a theatro. Virg.lib 3. de rerust.Theatridion aurum.

THEATRVM,tri,n.2.[*Theatro.*G.Ein halb rud schawhauss, spilhaus schawplatz.*Ga.teatre.His.theatro,lugar hecho en forma de media luna para juego,*]θέατρον,ædificium in hemicycli speciem factũ, ad videnda spectacula idoneum,ἀπὸ τοῦ θᾶσθαι,hoc est,a spectando dictum.Vir.1.Aen.Hic alta theatris Fundamẽta locant alij.Ou.2

Amo.Eleg.7.Siue ego marmorei respexi summa theatri.Pli.li. 11. c.51.In theatrorum orchestris scobe, vt arena superiecta deuorantur vox. Aliquando tamen ponitur pro spectaculo,[*Spettacolo.*] Mart.li.1.Quidquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro Dicitur,exhibuit Cæsar arena tibi.Aliquando pro multitudine spectante,vt Magno theatro hæc acta sunt.i.multis spectantibus,Cic.3.de Ora.Theatra tota reclamant.Versari in theatro,per translationem pro esse in aliquo loco conspicuo ante omnium oculos.Ci.in Verrem act.vlt.Vt me,questuramque meam quasi in aliquo orbis terræ theatro versari existimarem.

P.M.Theatrum spectandi locũ in theatro Senatores in imis gradib. ante oẽs habuerunt, q̃ instituere curules ędiles. Censorum iussu Atilius Serranus,& L.Scribonius Libo fecit postea sua lege L.Roscius Otho Ci. Ætate,alterã in populo distinctionẽ tulit.n.vt equester ordo seorsum a plebe xiiii. gradib. sederet ijs,tñ equitibus exceptis,q̃ siue suo,siue fortunæ vitio decoxissent, cui generi certum locum assignauit,pœna irrogata,si in xiiii. sedissent,hinc illud in Ant. in oratione 11. Tenesne memoria te prętextatum &c. coxisse,petris,inquies,ista culpa est, cõcedo, illud tñ audaciæ tuæ, quod sedisti in quattuordecim, cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus,quamuis quis fortunæ vitio, non suo, decoxisset. Primum igitur Senatores in sedilibus Circo proximis considebant. Secundo loco proximè lediſſe Equites putabam, cũ exceptis magistratib. & Senatorib.magistratib.dignitate antei ét, sed a Cornelio Tacito monitus opinionem mutaui,is.n.sedisse quidem in xiiii.ordinibus Equites narrat non tñ ante plebem,sed cõfusè tñ,vt xiiii.ordines haberent, Nero,inquit lib. xv. Equitum Romanorum locos sedibus plebis antepositi sunt apud Circum, nam ad eam diem indiscreti ibant,quia lex Roscia nihil, nisi de xiiii. ordinibus sanxit.Ex libro nostro de legibus Romanis.

THEBAIS,idis,f.3. θηβαΐς, Aegypti regio, Aethiopiæ contermina, a Thebis vrbe potentissima,totiusq. tractus illius capite nomen habens,Vide Pl.li.5.c.9. Est item Thebais, insigne Papinij Statij opus,bellum illud continens,quod Argiui ad Thebas gesserunt, in quo Eteocles, & Polynices fratres mutuis vulneribus cecidерunt. Aliquando adiectiui vim habet,quemadmodum, & cætera eiusdem terminationis patron.Thebais nupta, id est, Andromache, Aetionis,Thebarum Cilicarum regis filia.Oui.3.de Arte, Quod erat longissima numquam.Thebais Hectoreo nupta resedit equo.

THĒBANI,m.2.θηβαῖοι,qui sunt ex Thebe ciuitate Bœotiæ.

THEBE,bes,& Theba,bæ,f.1.θήβη, Thebæ,arum,θῆβαι,nomina sunt multarum vrbium, quarum vna fuit in Aegypto, a Busiride rege condita ambitu cxl.stadiorum,vt refert Herodotus,centum portis alijsq.publicis priuatisq. ædificijs insignis, totaq. pensilis, adeo vt reges,vel maximos exercitus soleant educere, nullo oppidanorum id sentiente.Huius incolæ Thebæi dĩr,& vicina regio Thebais,in æthiopiam vergens.Alia Thebe fuit in Bœotia, a Cadmo Agenoris filio condita,quam Amphion muris ornauit, Bacchi,& Herculis clarissima patria,ab Alexãdro Magno postea euersa.hæc & Draconigera dĩr,quia a Cadmo cum quinq. viris,ex dẽtib. draconis,ab ipso interfecti natis,cõstructa fuit. Var. tñ li.3. de re rust. scribit hanc vrbem ab Ogyge ædificatam. Ab hac *Thebani dicti* sunt,Hanc Heptapylon vocat Apuleius, ab eo *quod septem portas* habebat,inclyta duob.ducib.Epaminonda,& Pelopida. Eadẽ dicta fuit & Dircæa,a Dirce fonte. Vnde & a Statio Thebanus ager Dircæus vocatur. Hinc Pindarus poeta Lyricorum Princeps habuit ortũ fust. Fuerunt & Thebæ in Africa,a Libero patre condię. Vnde Hieronymus in comment.epis.ad Galatas.Pretereo Thebas Liberi,quas in Africa condidit,quæ ciuitas nũc Thebestis dicitur. Alia in Thessalia,a qua Thebani, & Thebæi. Fuit & alia Thebe Homero teste i Cilicia,Andromaches,vxoris Hectoris,patria vde Oui.Nec cruciere, minus,quàm cum Thebana cruentum Hectora Thessalico vidit ab axe trahi. Alia fuit in Lucania,ab Aonijs colonis condita,quam interijsse auctor est,Cato,in Originib.Fuerunt,& Thebę Corsicę.[Est & Thebe nomen virginis,è cuius gremio geminę columbę (vt est in fabula) cum euolassent, altera ad Hammonis fontem tetendit, & ibidem responsa dedit, & altera ad siluam Dodonęam,vbi futura mortalibus prędixit.

THECA,f.1.[*Borsa,tegola,* ארנק otsar נרד nadhar נרכה nidnch תיק tahar.Ger Ein gehaltnuß,turer,trughen,laden.*Ca. Bolsa de quelque choſe que ce ſoit.Hi.Lugar donde algo se guarda,*]θήκη, vagina,locusve in quo aliquid recondimus, vt theca calamaria, numaria, Var.1.de re rust.c.48.Vt grani theca fit.Mar.li.17.Sortius thecam calamis armare memento.Cic.ad Att.li.4.In hoc thecam nummariam ne retexeris.

THEMA,aris,n.3.θέμα,Latinè positum, seu positio dicitur. Sunt enim themata Mathematicorum apud Firmicum affectiones natalitiæ & quasi posituræ cœli,*d.* τὰ τοῦ οὐρανοῦ θέματα. Thema controuersiæ decidendum argumentum.Quin.lib.7.c.2.Erat mihi curę in controuersijs forensibus nosse omnia, quæ in causa versarentur. Nam a schola certa sunt, & pauca, & ante declamationem exponuntur quæ themata Græci vocant,Ci.propositа.

THEMIS,Themis,f.3.vel Themidis,vel ẽt Themistis,θέμις,Cęli & Terræ

Tertæ filia fuit, q̃ Iouis nuptias fugiẽs ab eo I Macedonia cõpressa fuit. Hęc Dea putabatur, quę præciperet hominibus id petere, quod fas est, vt ait Festus, (Nam θέμις, Græcè fas dicitur) habuitque vetustissimum oraculum in Bęotia, ad Cephisum amnẽ. Oui. 1. Met. Fatidicamque Themin, quæ tunc oracla tenebat. Claud. Sic cecinit longæua Themis. Fuit & alia Themis, quæ alio nomine Carmentis dicta est.

THEMISCYRA, f. 1. regio Ponti, finitima Cappadociæ. Plin. cap. 3. lib. 6. & Mel. lib. 1.

THEMISON, m. 3. Θεμίσων, medicus apud Herod. & Cor. Celsum.

THEMISTHIVS, m. 2. Philosophus temporibus Iuliani apostatę, a quo etiam Prætor Cõstantinopolis vrbis creatus est. Scripsit Paraphrasin in Aristotelis Physica libris octo, in Analytica posteriora libris duobus Præterea edidit sua, videlicet, De intentione, & inscriptione Prædicamentorum: disputationes etiam quasdam. Hic Valentem Imperatorem quotidie fæuientem in Orthodoxos, auctoritate sua & epistolis reddidit mitiorem. Suidas.

THEMISTOCLES, m. 3. Θεμιστοκλῆς, nomen viri Athenienſis clarissimi Neoclis filij: qui prodigus, ac lasciuus prima iuuentute, postea dux delectus, res ĩclytas gessit. Pyreæũ muniuit bello maritimo. Persas apud Salaminem vicit. Hic, cũ ab ingrata patria exul factus esset, & a Xerxe princeps exercitus aduersus Athenienses magno cũ honore creatus, cum videret patriæ suæ ingentis cladis periculũ imminere, hausto tauri sanguine, seipsum interemit, ne aut regi de se merito infidelis esset non pugnando viriliter, aut patrię suæ hostis atque oppugnator videretur, Plutarchus.

THENSÆ, f. 1. ἁρμάξιον, vt docet Asconius, sunt sacra vehicula cum pompa ordinum, & officiorum, sic dictæ, quod ante eas lintea tenduntur, quæ gaudent manu tenere, & tangere, qui eas deducunt. Vel ἀπὸ τοῦ θείου, i. a re diuina, & sic per th, scribitur. Ci. de Aruspicum responsis: Te appello Lentule, cuius sacerdotij sunt thensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes. Liu. l. 5. Quæ augustissima vestis est, thensas ducentibus triumphantibusve, ea vestiti medio æ dium eburneis sellis sedere.

THEOCRINES, m. 3 Θεοκρίνης, nomen cuiusdam Athenienſis, qui primus tragediarum auctor fuit, deinde calumniator, & sycophãta. Vnde & Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Aeschinẽ tragicum Theocrinem vocat.

THEOCRITVS, m. 2. Θεόκριτος, Poeta Syracusanus, Praxagoræ, siue (vt alij malunt) Symmachi, & Philinæ filius, qui sub Ptolemęo Lagi filio floruit. Alij Coum fuisse volunt, sed admodum iuuenem Syracusas commigrasse. Scripsit Idylia in genere bucolico, quæ etiã hodie omnium manibus teruntur.

THEODECTES, m. 3. Θεοδέκτης, orator, Cilix genere, discipulus Platonis, Isocratis, & Aristotelis, qui ei suos de rhetorica libros dedicauit, conuersus deinde ad tragedias scripsit fabulas L. decessit Athenis natus annos XLI. Scripsit & versib. artem rhetoricam, laudauit & virum Artemisiæ Mausolum. Theodectes orator, superioris filius, scripsit Encomium Alexandri regis Epirotarum, Commentarios historicos, artem Rhetoricam li. 7. aliaque complura. Suidas.

THEODORVS, m. 2. Θεόδωρος, Byzantius Sophista, a Platone vocatus λογιδιδάλος. Scripsit cõtra Thrasibulum, & Andocidem, Suidas Theodorus, & Teladæus fratres Samij, sculptores celeberrimi, quorum alter in Samo Pythij Apollinis signum incepit, alter Ephesi eodem tempore, & alio saxo absoluit, quibus simul compositis ita conuenit, vt vnum corpus ab vno artifice, & ex vno lapide sculptum videretur. Genus artis huius est Græcis ignotum, sed apud Aegyptios frequentatum. Nam soli hominum non oculis tantùm totius statuæ compositionem metiebantur, sed dimensione, vt ex varijs multisque lapidibus in vnum corpus in certam mensuram statua perficeretur. De hoc Theodoro Diogenes testatur, quod non solùm sculptor, sed etiã architectus fuerit, quodq. Ephesijs auctor extiterit, vt Dianæ templi fundamentis carbones subijcerent, vt locus alioquin humidus immobilem acciperet soliditatem. Idem primus ferrum fundere docuit, statuamq; ferream fecit. Auctor Pausanias.

THEOGNIS, m. 3. poeta Siculus Megaris natus, qui lectu dignas Pateneses conscripsit, fœdis tñ amoribus passim aspersis cõtaminatas.

THEOGONIA, Θεογονία. Deorum origo, quo nomine extat opus Hesiodi, deorum genealogias explicans.]

THEOLOGIA, f. 1. *Theologia*, G. Verstãd oder vvissenheit der geschrifft Gottes. *Gal. Theologie. Hisp. Theologia*] θεολογία, prima Philosophię pars, quæ versatur circa Dei & rerum diuinarum contemplationem.

THEOLOGVS, gi, m. 2. *Theologo*. G. Ein gelehrter der geschrifft Gottes, oder auss heyliger geschrifft võ Gott vnd Goettlichen dingen lehrẽ vnd handlen kan. *Gal. Theologien. Hisp. Theologo*] θεολόγος, circa rerum diuinarum cognitionem versans. Ci. 3. de Nat. Deor. Principio Ioues tres numerant ij, qui theologi nominantur.

THEON, m. 3. Θέων, nomẽ pictoris Samij, de quo Qu. li. 12. de Inst. Or. Alter Mathematicus, q̃ scripsit de spiritib. ad Ptol. Astrologũ. Tertius Grammaticus interpres Apollonij Rhodij. Fuerũt & alij, qui commemorantur a Suida. Fuit & marmoris cęlator hoc nomine, vnus ex ijs, qui Mausoleum cęlauerunt. cuius meminit Pl. l. 35. c. 11. Theon præter hos Poeta quidam fuit rabiosę cuiusdã loquacitatis petulantissimæq. maledicẽtię. Vnde factum est, vt Theonino dẽte rodi eum dicamus, qui conuiciis lacessitur. Vide Adagia.

THEOPHANES, m. 3. Θεοφάνης, Mitylenęus Historicus, scriptor rerum Pompei Magni. Cic. in Orat. pro Archia.

THEOPHRASTVS, m. 2. Philosophus, ex Eresio Lesbi oppido, prius Tyrtanus appellatus, deinde Euphrates, & postremò Theophrastus, ob oris, & eloquentiæ suauitatem propemodum diuinam. Hic Peripateticorum eloquentissimus doctissimusque fuit, Aristotelis discipulus, & in schola successor. Dicere solebat, doctum hominem ex omnibus solùm neq; alienis locis peregrinum esse, neq. inopem amicorum. Habuit discipulos ad duo millia. Opera eius a Diogene commemorantur, inter quæ sunt libri sex epitomes in Aristotelem de animalibus. Extant hodie tantũ de plantis cõuersi a Theodoro Gaza, & parua quædam opuscula. Excessit admodum senex. Ex Suida, Diogene, Strabone.

THEOPOMPVS, m. 2. Θεόπομπος. Chius orator & historicus post Thucydidem, & Hero. teste Quin. quib. vt in historia minor, ita oratori magis similis, vt qui, antequam esset ad hoc opus solicitatus, diu fuerit orator. Filius fuit Damasistrati teste Suida, & auditor Isocratis. Scripsit Epitomen Herodoti libris duobus, & Rerum Græcarũ historiam post bellum Peloponnesiacũ, incipiens vbi desijt Thucydides. Theopõpus alius fuit Athenẽsis, Theodectis filius, antiquæ Comædię scriptor, cuius fabulas recenset Suidas, præter hos Theopompus Gnidius, Cæsaris familiaris, qui Artemidorum habuit filium, qui apud Cæsarem ipsum plurimùm poterat, vt scribit Strab. li. 14. Theopompus item alius fuit Rex Spartanorum, qui cum primum instituisset, vt Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri regiæ potestati oppositi, quemadmodum Romæ cõsulari imperio Trib. ple. sunt obiecti, atque illi vxor dixisset id egisse illum, vt filio minorem potestatem relinqueret: Relinquã, inquit, sed diuturniorem. Val. Max. lib. 4. c. 1. Qui tamen lib. 2. hãc modestiam parum valuisse demonstrat, captum demum fuisse ostendens, & muliebri veste indutum euasisse.

THEOREMA, tis, n. 3. [*Speculatione* הגיון highaion. Ger. Ein blosse betschawung, oder nachsinnung ders gemuets. *Gal. Contemplation. Hisp.*] θεώρημα, speculatio, commentatio. Cic. de Fato.

THERAMENES, p. c. m. 3. cius Athenienſis, vnus ex triginta tyrannis, qui cũ à collegis multos insontes supplicio affici videret, ea de re conquerens, cum ceterorum omnium, tum præcipuè Critiæ, cuiusdam, qui reliquos vt potẽtia, ita & immanitate antecedebat, odi ũ in se concitauit, tandemque per calumniam circumuẽtus & innocens capitis damnatus, cum cicutam auidè hausisset, quod reliquũ erat è poculo eijciens, propino, inquit, hoc pulchro Critiæ. De hoc sic Cic 1. Tusc. Quam me delectat Theramenes, qui cum cõiectus in carcerem, triginta iussu tyrãnorum venenum, vt sitiens obbibisset, reliquum sic è poculo eiecit, vt id resonaret, quo sonitu reddito, arridens; Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ. Græci enim in cõuiuijs solent nominare, cui poculum tradituri sunt.

THERIACE, es, siue Theriaca, cæ, f. 1. *Theriaca*, תריאק tsori. G. Thiriack. *Gal. Thriacle. Hisp. Attriaca*] θηριακή, ἀθηριακή, medicamentũ præstãtissimum multis ex simplicibus conflatum, singulare aduersus venena omnia remedium Dicta theriaca, ἀπὸ τῶν θηρίων, hoc est, à venenatis bestijs, siue quod illarũ carnes recipiat hæc cõpositio, (fit. n. ex viperina carne) siue quod earum venenis aduersetur. Pli. certè Theriacam ab effectu non a materia videtur appellasse, non vnam eius conficiendæ rationẽ præscribens, cui tamen nulla admiscet venena. Quin & vitis quoddam genus in Thessalo nascẽs Theriacen appellant, non aliam ob causam, quã quod venenatis omnibus videatur resistere. Vide ipsum lib. 11. c. 21. & lib. 14. cap. 18.

THERMAE, f. 1. [*Stufe, bagni*. G. Von natur warme baeder. G. *Estuues, baing. Hisp. Banno, o estuffa*,] θέρμαι, loca aquas habentia, aut sponte natura calentes, aut fornace calefactas, sudandi, lauandive vtib. deputata, ἀπὸ τῆς θέρμης, hoc est, a calore. Propriè tñ Thermas vocamus, quas sudandi gratia ingredimur, q̃ Seneca Sudatoria vocat; Quid (inquit) cum sudatorijs? Omnis sudor per laborem exeat. In quę verò descẽdimus, vt lauemur, Balneas vocamus, & Balnearia. Quæ tamen differentia perpetua nõ est, nam & Thermas pro balneis legimus, in quibus aqua calida lauamur, vide Vallã in Raudẽsem, & ea quę supra annotauimus in dictione Balneæ. Mar. li. 1. Hic vbi miramur velocia munera thermas. Hinc Thermulæ, arũdim. Est & Therma, ciuitas in Thracia. Therme præterea Siciliæ oppidum, auctore Mela lib. 2. inde Thermitani.

THERMODOON, oontis, m. 3. vel Thermodon, ontis, secunda syl. p. Suidæ, fluuius Themiscyræ (quæ est regiuncula Cappadociæ cõterminaj Amazonum sedibus nobilitatus. Vir. 11. Aen. Quales Threicię cum flumina Thermodontis pulsant. Quo in loco nonnulli legũt Thermodoontis, impari syllabarum numero, sed perperam, cum secunda syllaba scribatur per ω μέγα. Hinc fit adiectiuum Thermodonteus. Prop. lib. 3. Thermodonteis turba lauatur aquis.

THERMOPOTAE, m. 1. θερμοπόται. qui calidam bibunt, vnde Thermopotare verbum effinxit Pla. in Trinum.

THER-

THERMOPYLÆ, p.c. m. 1. mons Græciæ longiſſimus, qui à Leucade incipiens in Aegæum vſq; mare protenditur, mediamq; Græciam ita dirimit, vt Italiam Apenninus. Dictæ Thermopylæ ab anguſtis faucibus, aquis calidis ſcatentibus; montium enim anguſtias, vt Latini portas, ita Græci πύλας appellant. Thermas autem aquas calidas eſſe nemo eſt, qui ignoret. Montem hunc maximè illuſtrem reddidit Lacedæmoniorum cum Mardonio pugna, & Leonidæ Regis interitus. Vide Her. lib. 7.

THERSITES, p.p. θερσίτης. Græcorum omnium fœdiſſimus fuit, quem Achilles ſibi procaciter cõuiciantem, pugni ictu interfecit. Huius inſignis deformitas ab Hom. l. 2. Iliad. graphicãs expreſſa, effecit, vt, cum hominem vehementer fœdum ſignificare velimus, θερσίτου βλῆμα. i. Therſitæ faciem eum habere dicamus. Iuu. Sat. 8. Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis Aeacidę ſimilis.

THESAVRVS, ri. m. 3. [*Teſoro.* אוצר otſar. G. Ein ſchatz. *Gal. Threſor. Hi. Teſoro eſcondido, ſin dueno*] θησαυρός. eſt (vt Paulus Iureconſultus, de acq. rer. dom. l. nonnunquam (inquit) tam vetus depoſitio pecuniæ, vt eius non extet memoria, & iam dominum non habeat. Sic. n. fit eius, qui inuenerit, quod non alterius ſit. Alioqui ſi quis aliquid lucri cauſa, vel metus, vel cuſtodiæ condiderit ſub terra, non eſt theſaurus, vtpotè cuius etiam furtum ſit. Ci. 6. Phil. Serui domini patrimonium circumplexus, quaſi theſaurum draco. Vir. 1. Aen. Veteres tellure recludit Theſauros. Suppeditare alicui aliquid de ſuis theſauris, accipitur, pro quodam quaſi penu quarũ uis rerum repoſitarum. Qu. li. 2. cap. 7. Abundabunt autem copia verborum optimorum, & compoſitione, ac figuris iam non quæſitis, ſed ſponte, & ex repoſito velut theſauro ſe offerentib. Cic. 1. de Or. Theſaurus rerum omnium memoria. Nonnunquam, & in malam partem accipitur: vt, Theſaurus ſtupri, Theſaurus mali. Pla. in Amph. Teneo Theſaurum ſtupri. Theſaurus carbones facti ſunt, prouerbio in eos dici conſueuit, qui magnificis rebus expectatis, nil niſi fumum reperiunt. Hinc Theſaurarium, adiectiuũ: vt Theſaurarii fures, apud Plau. in Aul.

THESEIS, idis, m. 3. θησηΐς. poema Theſei geſta complectens. Iuu. Sat. 1. Vexatus toties rauci Theſeide Codri.

THESEVS, m. 2. Θησεύς. Aegei regis Athenarum, & Aethræ filius, qui dum eſſet adoleſcens, opera Medeæ nouercę penè veneno periit. Sed poſt mortem patris ad regnum euectus, tam multa digna memoratu peregit, vt inter plures Hercules vnus connumeretur. Debellauit Amazones, earũq. reginã Hippolytem rapuit, ex qua Hippolytum genuit. Creontẽ regẽ Thebarum Argiuos in bello cæſos ſepelirí prohibentem, interfecit. Oppreſſit & terribilem taurũ in Attica, Minotaurum in Labyrintho occidit, & Ariadnã, Phędrãque Minois filias clam ſecũ abduxit, ſed relicta Ariadna in Chio inſula, Phędram ſibi coniugio copulauit. Scironem, Procuſtem, & Schinim latrones Atticę, nect dedit; debellauit Cẽtauros. Thebas domuit. Pirithoum prędipua coluit amicitia, quo cum deſcendit ad inferos ad rapiendam Proſerpinam, ſed occiſo Pirithoo ipſe aliquandiu in vinculis Plutonis detentus, donec ab Hercule, qui illũ ſumma proſequebatur benęuolentia, liberaretur. Poſtremò iã ſenior, tot tantiſque reb. geſtis, patria, regnoque pulſus, in inſulã Syrũ nauigauit, vbi perijt, interẽptus a Nicomede, vel (vt quidam volunt) ex loco edito poſt cęnam deambulando delapſus. Primus inſtituit Athenis Panathenęa, hoc eſt, communem celebritatem in honorẽ Mineruæ, quę Grędè ἀθηναῖα nominatur. Idem in Iſthmo funebres ludos inſtituit. Reliqua vide apud Plutarchum.

THESIDES, dæ, p.p.m. 1. Θησείδης. pat. maſc. à Theſeo deductum, quo poetę vtuntur pro Hippolyto Theſei filio. Ouid. Epi. 4. Theſides, Theſeuſque duas rapuere ſorores.

THESIS, ſis, f. 3. [*Queſtione diſputata.* Ge. Ein furfatz, ſatzred. *Gal. Queſtion argument. Hiſp. Queſtion, argumento*] θέσις. quæſtio, ſiue argumentum, quod nobis tractandũ diſputandũve proponimus. Cice. in Top. Propoſitũ interpretatur. Propriè aũt Theſis, vt Rhetores vtuntur, eſt quęſtio generalis, & infinita, nullius perſonæ, loci, aut temporis circumſtantijs limitata. In quo differt ab hypotheſi, q̃ ea ſit quæſtio definita, certiſq. perſonis, tpibus, & locis propria. Vt ſi hoc modo proponamus, Sit ne omninò ducenda vxor, Theſis erit. Sin id de vno quopiã peculiariter quæramus, aut loci, temporiſve circumſtantijs reſtringamus, hoc mõ, Sitne Catoni ducenda vxor Martia, eo tempore quo omnia flagrant ciuili bello, iam dicenda erit Hypotheſis. Ci. de Orat. Orator a proprijs perſonis, & temporibus ſemper ſi poteſt, auocat controuerſiam. Latius. n. de genere, quàm de parte diſputare licet, vt quod in vniuerſo ſit probatum, id in parte ſit probari neceſſe. Hæc igitur quæſtio a proprijs perſonis ad vniuerſi generis rationem traducta, appellatur Theſis.

† THESMOPHORIA, θεσμοφόρια. Cereris ſacra, quæ & Cerealia a Latinis dicuntur.]

THESMOTHETÆ, m. 1 θεσμοθέται. magiſtratus apud Athenienſes a legũ latione ita appellati, qui ætate, & vſu docti, domi iura dabant, querelas, accuſationeſq. cognoſcebant, deq. cõtrouerſijs æquo examine decernebant, quotannis quoq. leges recognoſcebant, emẽdabantq. & ad congruentiam ſenſumq. conſentaneum reducebant.

THESPIÆ, f. 1. Θέσπιαι, oppidum liberũ in Bęona (vt Strabo ait li. 9.)

Heliconi proximũ, ſed eo magis Auſtrale, Criſſæo imminẽs ſinui. Theſpias nobilitauit Praxitelis Cupido a Glycerio meretrice ibi conſecratus. Hinc Theſpiades. Θεσπιάδες. dictę ſunt Muſæ, ſeu Nymphæ Theſpias incolentes. Sunt & aliæ Theſpiæ in Magneſia Theſſaliæ contermina, quarum meminit Plin. lib. 4. cap. 9.

THESPIS, m. 3. primus poeta Tragicus apud Athenienſes. Hor. in Arte: Ignotum Tragicæ genus inueniſſe Camœnę Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis.

THESPROTIA, f. 1. regio Epiri, Chaoniæ proxima, teſte Pli. in Proœ. li. 4. Luc. lib. 3. Theſproti, Dryopeſq. ruunt.

THESSALIA, f. 1. regio Græciæ, ex vna parte Bœotiam, ex altera Macedoniã habens, ad mare inter Peneũ amnẽ, & Thermopylas extẽſa. Prius Aemonia ab Aemone rege, & Pelaſgicon Argos, & Hellas, & Dryopis dicebatur. In hac genitus rex nomine Græcus, à quo Græcia; ibi natus eſt Hellen, à quo Hellenes. Homerus eius ſcolas tribus nominibus appellat, Myrmidonas, Hellenas, & Achæos. Olim etiam Pyrrhęa dicta eſt, teſte Strab. lib. 10. à Pyrrha Deucalionis vxore, cuius tempore (vt ait Ariſt.) ingens imbrium illuuies maiorem partem populorum Theſſaliæ abſumpſit, paucis, qui ad montium culmina ſeſe receperant conſeruatis. Inter quos Deucalion Parnaſſum petierat, ratibuſque ad ſe confugiẽtes per ſũmum Parnaſſi iuga benignè fouebat. Propter quod dictus eſt genus humanum reparaſſe. In Theſſalia ſunt montes viginti quatuor, quorum nobiliſſimi Olympus, Pierius, patens domuſq. Muſarum, Pelion, & Oſſa, gigantum bello memorati. Itẽ Pindus, & Othrys. Lapitharum ſedes. Flumina in ea (vt ſcribit Herod.) ſunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamiſus, Peneus, & Phenix.

THESSALONICA, cę, f. 1. [*Salonico.* Ger. Ein beruempte ſtatt in Macedonia, am meer gelegen. *Gal. Soloniche. Hi. Salonega.*] Θεσσαλονίκη. vrbs clariſſima Macedoniç, ad ſinum Thermaicum ſita, non procul ab Echedori fluminis oſtio, quę primùm à Caſſandro condita dicitur, & Halia appellata. Theſſalonicę autem nomen à Philippo Amynthæ filio accepit, cum ille in eius agro Theſſalos ingenti cłade profligaſſet.

THETA, f. 1. Θῆτα. nomẽ eſt literæ Græcæ, quę apud nos valet th, aſpiratum. Hęc in Græcorum iudicijs nota erat condemnationis, quẽadmodum apud Latinos C. quod ea ſit prima litera in dictione θάνατος, quæ illis mortem ſignificat. Huc alluſit Perſius Sat. 4. Et potis es vitio nigrum prefigere theta.

THETIS, f. 3. Θέτις. Pelei Theſſaliç regis vxor, Nerei marini Dei filia, & Achillis mater. Accipitur pro mari. [*Mare.*] Virg. 4. Eclo. Tentare Thetin ratibus,

THOAS, maſc. 3. Θόας. fuit rex in Taurica regione, ad quem delata eſt Iphigenia Agamemnonis filia, & ab eodẽ Dianæ Tauricæ ſacris prędecta. Hunc poſtea occidit Oreſtes, à ſorore adiutus: cum illũ quoque Thoas Dianę arę deſtinaſſet. De quo Ouid. lib. 3. de Pont. Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora. Alter rex *Lẽni fuit*, Liberi patris filius, ex Ariadne Minois filia, & pater Hypſipyles, ſolus filiæ pietate ſeruatus, cum cæteræ omnes Lemniæ mulieres viros ſuos, & parentes trucidarent. Ouid. li. 7. Metam. Patronomyca Thoantis, idos, & Thoantias, quæ à poetis vſurpantur pro Hypſipyle, Thoantis filia.

† THOLOS, θόλος. propriè erat vmbilicus teſtudinis *in templis*, ex quo donaria ſuſpendi ſolebant. Virg. lib. 9. Ouid. lib. 6. Faſt.]

THORAX, cis, m. 3. [*Petto, pettorale, coraζza, coraζzina.* Ital. charneh. G. Die bruſt der oder leyb võ hals an biſs auff den bauch] θώραξ. à medicis, & rei anatomicę peritis, dicitur pars corporis ab ipſis clauibus vſq. ad diaphragma, coſtis vndiq. circũſcripta, partęſq. vitales cõtinens: vnde cum apud Plinium, Celſumve legimus, medicamentum aliquod vitia pectoris purgare, intelligere debemus, concauitatem illam, quæ intra ſeptum pectoris continetur. Accipitur item pro quouis munimento pectus tegente, ſiue illud laneũ ſit, ſiue ferreum, ſiue ex alia materia confectum. [*Armatura*] Vir. 10. Aen. Thoraca ſimul cum pectore rupit. Idem 11. Aen. Thoraca indutus ahenis Horrebat ſquamis. Pli. li. 7. c. 20. Vidimus Athanatum nomine, prodigioſæ oſtentationis quingentario thorace plũbeo indutum. Laneus thorax. Suet. de Aug. Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubucula, thorace laneo.

THRACA, cæ, f. 1. regio Macedoniæ propinqua, quę & Thracia dicitur. Vir. 12. Aen. Gemit vltima pulſa Thraca pedum.

THRACE, ces, & Thracia, f. 1. [*Tracia, regione d'Europa. Gal. Romanie. Hi. Tracia Romania,*] Θρᾴκη. Europæ regio, Macedoniæ ad Occaſum proxima, a Septentrione Iſtrũ habens, ab Oriente Põtũ, à Meridie Aegæũ mare. Olim Scython, poſtea Thracia, à Thrace Martis filio, ſeu ab aſperitate dicta: Græcè. n. τραχὺ aſperum dicimus. Eſt. n. regio (vt Pomponius ſcribit) nec cœlo, nec ſolo tractabilis, niſi qua mari propior eſt, infœcunda, frigidaq. Habet feros homines, aſpero cultu. In ea sũt vrbes celebriores Apollonia, Aeneos, Nicopolis, Byzãtium, Perinthos, Lyſimachia, Callipolis, Annes ad Hebrus, & Neſtos: Montes, Aemus, Rhodope, & Orbelos. A Thracia ſit gẽtile Thrax. Vir. 3. Æn. Thraces erant. Fœminiñ eſt Thraſſa, Θρᾴσσα, ſiue Threiſſa, Θρῄσσα. Idem 1. Ac. Qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice. Thracius, a, um, poſſeſſiuum. θρᾴκιος. Idem 5. Aen.

5.Aen.Quem Thracius albis Portat equus bicolor maculis . Item Threicius,a,um.Θρήικιος. Idem 6. Aeneid. Threicia fretus cythara.

THRASVMENVS,m.2.lacus in agro Perusino,Annibalis victoria,& Flaminij Consulis clade nobilitatus.Ou.li.5.Fast.Sunt tibi Flaminius, Thrasumenaque littora testes.Dictus à Thrasumeno puero, quem Aegyla nympha rapuisse dicitur.

THRASYBVLVS,p.p.m.2.Θρασύβουλος,nobilis Athenien sis fuit,ingenti animi magnitudine,& amore in patriam singulari:qui à triginta tyrannis in exilium actus,comparato exercitu non admodū magno,adiunctisque exulibus,sibi, suisq. reditum in patriam manu comparat,lato prius plebiscito', de iniurijs vltro, citroque oblitterandis,quod ἀμνηστίαν Greci appellant.Cæsus est ab Aspēdijs,nocte in tabernaculum eius facto concursu, ob pecuniam acerbius imperatam.Vide Xenophontem Rer.Græcarum lib.4.

THRONVS,Θρόνος.à nostris sedes,siue solium dicitur,quamuis in scripturis sacris Throni quandoque non pro cathedris, sed pro virtutibus aliquibus in cœlestibus,in quibus Deus semper sedeat quasi in quadriga sua ponatur.

THVCYDIDES,dis,& dę,m.1.& 3.Θουκυδίδης.historicus Athenien sis Holori filius,nobili i primis genere,vt qui a Miltiade,& Cimone ducib.ortum traheret,qui & ipsi genus suum ad Aeacum Iouis filium referebant.Vxorem duxit è Thracia oriundam,alioqui diuitem,cuius opes assecutus,non in voluptates , sed bonam earū partem in ocium literarium erogauit ; nam bellum Peloponesiacum scribere aggressus,eodē quo illud gerebatur,tempore Athenien sibus pariter,ac Lacedęmonijs aliquot militib.qui bello interessent, mercedem præbebat,qui res quotidie veras sibi renūciarēt , quas fidelius se accepturum sperabat,si non solùm ab amicis, sed etiam ab hostib, de ijs edoceretur,ne partes quisque suas falso tueretur . Præceptores habuit in philosophia Anaxagoram,& in Rhetorica Antiphontem.Scripsisse autem putatur historiam in Aegina insula,quo in exilium se contulerat. Sepultus est in agro Attico iuxta sepulchra Miltiadarum,in loco,qui Cæla appellatur. Quidā Athenis obijsse dicunt,expleto iam legitimo relegationis tempore. Alij in Thracia decessi fle uolūt,ossaq.eius Athenas in maiorū suorum sepulchra fuisse relata : vbi & cippus erectus cū hac inscriptione, Thucydides Holori iacet hoc Alimusius antro.Hæc ferè ex Marcellino .Qui l.10.c.1.de Thucydide sic scribit: Thucydides,& Herodotus,longè cæteris in historia præferendi,quorum diuersa virtus laudem pene est parem cōsecuta. Densus,& breuis,& semper instās sibi Thucydides,dulcis,& cāndidus,& effusus Herodotus Ille cōcitatis,hic remissis affectib.melior ; ille concionibus,hic sermonibus. Dionysius Halicarnasseꝰ scribit,Demosthenē adeo Thucydidis stylum probasse, vt eius libros octies sua manu descripserit,totumq. ferè edidicerit.Cic.in Brut. Thucydidem (inquit)imitamur.Optimè,si historiam scribere, non si caulas dicere cogitamus.Thucydides.n.rerum gestarum sincerus pronunciator,& grandis etiam fuit.Hoc forense concertatorium non tractauit.Orationes autem quas interposuit,eas ego laudare soleo,imitari neq.possim,si velim: nec velim fortasse,si possim.Hact.Cic.

THVCYDIDIVS,a,um,o.1.2.Cic.in Orat.

THVLE,es,f.1.Θούλη. insula est in ditione Scotorum,in Septentrionē vergens vltra Orcades,latitudinem habēs graduū LXIII.Quo fit vt circa æstiuum solstitium,quam breuissimæ ibi sint tenebræ,Sole ab illorum horizonte,quam minimum recedēte : quemadmodum contra circa solstitium hibernum nihil ferè,aut quam minimum habēs diei,Sole tropicum Capricorni ab illis disiunctissimū perambulante . Hęc extrema fuit earum , quæ in Septentrionali Oceano Romanis fuerunt cognitæ: vnde etiam a Virgilio vltima Thule appellatur 1.Georg.

THVRIBVLVM,li,n.2.[Turibolo.]Cic.in Ver.Num etiam de L.Papyrio Thuribulum emisti ?

THVRIVM,n.2.Θούριον.vrbs Magnę Grecię,olim nobilissima,ad sinū Tarentinum sita,inter Crathin,& Sybarim amnes a Thuria vicino fonte nomen habens.Huius incolæ Thurij dicti sunt,& Thurini.Θούριοι,καὶ Θουρῖνοι.qui cum aliquamdiu floruissent,a Lucanis in seruitutem tracti,&a Tarentinis infestati,tamdem in Romanorū tutelam sese dedere sunt coacti,qui eò deducta colonia,vrbem eorum,pro Thurio Copias appellarunt. Strab.li 6.

THVS,uris,n.3.(Incenso:לְבוֹנָה lebonah.Ger.weyhrauch.Ga.Encēs. Hif.Elencienſo,]λίβανος.lachryma est exiguæ arbusculæ,vni terrarū Arabię concessa,gratissimū in sacrificijs Deorum suffitum præbēs: vnde etiam nonnulli nomē accepisse existimāt,ἀπὸ τοῦ θύειν, quod est sacrificare. Alij Latinam vocem esse putant, a tundendo dictam:vnde & citra aspirationem scribere malunt.Sed de hoc latius infra suo loco,in dictione Tus,turis.

THYASVS,m.2.[Ballo,]θυάσος.saltatio,siue chorea dicit,quę Baccho exhibebat:a verbo θυάζειν,quod est Orgia celebrare.Virg.5. Ecl. Instituit Daphnis thyasos inducere Baccho.

THYESTES,m.3 filius Pelopis ex Hippodamia,& Atrei frater,ac Tantali nepos,qui cū fratri,cui pessimè cupiebat,aliter nocere non posset, vxorem eius per adulterium polluit.Atreus vero ei filium epulandum apposuit.Ob quæ flagitia Sol ne pollueretur ,'retrosugisse fertur.Thyestis fabula scribitur a Seruio,Atreū,& Thyestē germanos,cum dissensione sibi nocere non possent,in simulatā gratiā ferunt rediisse:qua occasione Thyestes cū fratris vxore cōcubuit; Atreus vero ei filium epulandum apposuit : quę Sol abominatus, ne pollueretur,aufugit.Sed veritas hæc est:Atreū apud Mycenas primùm solis eclipsin inuenisse,cui inuidens frater,ex vrbe discessit eo tēpore,quo eius probata sunt dicta.Hactenus Seruius,enarrans illud Vir.lib.1.Aen.Nec tam aduersus equos Tyria Sol iūgit ab vrbe.Et rursus illud 11.Aen. Atrides Protei Menelaus ab vsque columnas Exulat, &c.Inde Thyesteus,ea,eum. Ouidius. Oui.l.15. Met. Neve Thyesteis cumulemus viscera mensis.

THYADES,pe.c.f.1.θυάδες.Bacchi sacrificulæ,quę & Bacchæ,& Menades,& Bassarides dicūtur.Rationem autem huius nominis quidam referūt ad Thyam quamdam Cephisi filiam,quę prima omniū Dionysiyo initiata, Orgia eius celebrauit, Bacchicoque furore correptis nomē reliquit,vt ab ea Thyades dicerētur.Alij hanc nō Cephisi,sed Castalij cuiusdam indigenæ filiam fuisse volunt.Vide Cœl.Rhodig. li.16.c.19.

THYMBRA,bræ,f.1.θύμβρα.campus Troadis , per quem Thymbrius fluuius in Scamandrum influit.Thymbræ autem nomē huic cāpo factum putat Seruius a copia thymbrę herbæ , quā Romani Cunilam vocant,cuius maximus hoc in campo est prouentus.Fuit itē Thymbra vetustum ijs in locis oppidum,Dardani opus,cuius meminerunt Strab.li.13.Pli.lib.5.c.30.

THYMBRÆVS,m.2.θυμβραῖος.Apollinis cognomentū,siue a Thymbra Troiadis campo,siue ab eiusdem nominis vrbe,in qua colebatur, impositum.Virg.3.Aen.Da propriam Thymbræe domū.Vbi Seruius, Thymbręus Apollo dictus est a loco Troiæ vicino,pleno Thymbra,in quo & nemus habuit,& templum.Verū quia Græcè θύμβρη dicitur , in derivatione η,in æ,diphthongum mutatur : vt Αἴτνη.Aetnæus:Δίρκη,Dircæus:κρητή,Cretæus. Apollinis Thymbręi templum Strabo in ea parte fuisse tradit,qua Thymbrius fluuius in Scamandrum influit,quo in templo ferunt Achillem a Paride fuisse interemptum.Inde factus locus fabulæ, vt Achilles Apollinis sagittis diceretur esse interfectus.

THYMELICI,m.2.θυμελικοί. dicuntur gesticulatores,qui in pulpito Orchestræ, quod Thymelen vocabant , fabulę subseruiebant , & histrionibus in scenam abditis,populum gesticulatione retinebāt. Meminit horum Vitruuius, diuersosq. eos facit a scenicis.Scenici enim dicebātur histriones,qui in scena fabulam agebant, Thymelici verò,qui personam ex fabula non habentes ante scenam in orchestra saltabant,& scenę subseruiebant.

THYMVS,vel Thymum,m.& n.2.*Thimo herba*.G.vvelscher quēdel, thymchen vnd immen kraut.Ga.Du thym.Hiſ.Tomillo,yerua,]θύμος,frutex humilis, odoratui,apibusque gratissimus.Virg.3.Eclo. Dumque thymo pascentur apes , dum rore cicadæ.Hor.2. Carm. Vt apis Matinę carpentis thyma per laborem. Sunt autem thymi duo genera , album.s. & nigrum. Vnde Bithymum mel,quod ex vtroque thymo collectum est,teste Pli.li.11.c.36.Thymus item(vt inquit Iulius Pollux) verruncula est Aegyptiæ fabæ magnitudine, scabra, & subrubēs sanguine,cuius summa pars(vt Celsus inquit) florem thymi repræsentat,in genitalibus,sede,feminibus,palmis, & inferioribus pedum partibus nascens.Vide Pli.li.21.c.10. Hinc Thyminus adiectiuum,quod ex thymo factum . Thymosus aliud adiectiuum. Pl.li.11.c.15.Thymosum mel non coit.

THYNNVS,m.2.[Tonno,תַּנִּין tannin.Ger.Thunnub,ist ein meerfisch, wirt eingesalzen,tonnen fisch.Ga.Thon,ou thonnine.Hiſ.El atun pescado conoscido,]θυννῖον,piscis marinus est notissimus,qui mense Maio copiosissimè capitur in freto Gaditano,nā id tpis ex Oceano Atlantico in mare Mediterraneū irrūpit,non paruo Gaditanorum quæstu, qui infinitam eorum multitudinem retib. extrahunt cetarijsq.inferūt,saliūtq. mēbratimq. dissectos & in cadis asseruatos celebri mercimonio per oēm Europam diffundunt Gallicè *de Lathonyne*. Hæc ferè ex libello Pauli Iouij de Romanorum piscib.

THYNNEVM,pe.pr.n.2.θυννεῖς, sactum erat, quo piscatores Neptuno thynnum immolabant spe impetrandę ab illo felicioris capturę. Vide Cœl. Rhod.lib.5.c.6.

THYONEVS,m.3.triū syl.θυωνεύς,cognomē Bacchi,quod a θύω,i.sacrifico, quidā deductū putāt,quod illi adhuc inter humanos versātī sacrificaretur.Quamquam non desunt , qui id cognominis eum a matre sua Semele accepisse velint quæ alio noīe dicta est thyone, θυώνη.Ou.4.Met. Additus his Nyseus in detonsusque Thyoneus.

THYRSVS,m.2.θύρσος,propriè dicitur illud in herbis,quod virgulæ īmodum,vel teli rectitudinem consurgit.Pl.li.19.c.8.Inuētum oēs Thyrsos hasta lactucarum prorogare vrceos conditos. Est præterea Thyrsus hasta aculeata,hederis obtecta , quam in Orgijs Bacchi quatiebant. Tacit. Messalina crine fluxo Thyrsum quatiens. Scribit Diodorus,Dionysium in coercitu habuisse mulieres Thyrsis armatas.Et Macrob.ait,Liberum patrem tenere Thyrsum, qd est latens telum cuius mucro hedera lambente protegitur. Vnde Thyrsiger,θυρσοφόρος,dictus est Bacchus.Seneca in Medea,Candida Thyrsigeri proles.Lucretius accepit Thyrsum pro furore,ardo

re,ſtimulo,vel inſtinctu,cum ait,Percuſſit Thyrſo laudis ſpes magna meum cor.

SHYSSAGETAE,pe.c.m.1.θυσσα γέται,populi Scythici,vltra Męotim, & Sauromatas venatione ſeſe alentes,apud quos Tanais oritur, teſte Hero.l.4.cum alijs tribus fluminibus in Męotim illabentibus.

T A N T E I

TIARA,p.p.f.1.[*Mitria,capello muliebri*,מגפח mitſnepheth עטף mingbahah.G.Ein hauptgezierd der weiberen in Perſia,wirt gemeinlich fur ein konigs hut,oder biſchoffs infelen.G.*Ornement de teſte de femmes de Perſe,du quel ont usé puis apres les Rois,& Pontifes.Hi.Mitria,corona,capello,o ſombrero*,]τιάρα,καυσία,ge.ſe.ornamentū capitis Perſicarum prius mulierum,quo poſtea vſi ſūt Reges,& Sacerdotes.Iuu.Sat.6.Et Phrygia veſtitur bucca tiara.Vir. Per vſurpationem dixit: Sceptrumq; facerq; tiaras. Alioquin.n, Tiara dicimus,teſte Seru.Hier.ad Fabiolā:Quartū eſt genꝰ veſtimēti rotundū pileolū ,quaſi ſphera media ſit diuiſa ,& pars altera imponatur in capite.Hoc Græci,& noſtri τιάραν, nonnulli galerū vocant.Non habet acumen in ſummo,nec totum vſque ad comas tegit,ſed tertiam partem a fronte inopertam relinquit , atque ita in occipitio vitta conſtrictum eſt , vt non facilè labatur ex capite.

TIBARENI,m.2.τιβαρηνοί,populi Chalybibus cōtigui,teſte Pomp.l.1.in riſu, & luſu ſummum conſtituentes bonum:tenaciſſimi interim iuſtitiæ,vt qui niſi ante denunciato die,hoſtē non adoriantur. De his memoriæ prodidit Nymphodorus,Muliere partu ſoluta virum in lectulo decumbere, & tanquam partus auctorem,ab vxore puerpera curari, quod & ipſum confirmat Valer,Flac.Argo.li.5.his verſibus.Hinc Tibarenum Dant virides poſt terga lacus,vbi deſide mitra Fœta lgat, partuque virum fouet ipſa ſoluto.

TIBERIAS,adis,f.3.τιβεριάς, vrbs Iudææ ab Herode condita , & in gratiam Tiberij Cæſaris ita appellata, Auctor Steph.

TIBERIVS,m.2.τιβέριος,Liuiæ Auguſtæ filius,& priuignus Auguſti, eiuſdemque in Imperio ſucceſſor omni anaritiæ, libidinis, & crudelitatis genere contaminatiſſimus. Vide Suet.Tranq.

TIBERIS,ris,m.3 qui,& Tybris,τύβρις,Dionyſio,τιβερις,καὶ θύμβρις Steph.celeberrimus Italiæ fluuius,è media fere longitudine Apennini,& Aretinorum finibus defluens,qui multis deinde fluminib. auctus ab Etruria Latium,Ianiculumq; ipſum ab vrbe Romana diremit,tandemq; 15.ab vrbe lapide duob.oſtijs modico interuallo diremptis in mare euoluitur,in ea parte,qua Ancus Martius Oſtiā extruxit,de tōne nominis diuerſi diuerſa prodiderunt,adeo,vt nō facilè fuerit certi aliquid conſtituere.Liuius a Tiberino Albanorū rege dictum exiſtimat,in traiectu eius ſubmerſo, cum ante Albula diceretur. In qua ſententia Ou.quoq; fuiſſe videtur, ſic ſcribēs, li.3.Faſtor.Albula,quē Tiberim merſus Tiberinus in vndis Reddidit,hybernis fortē tumebat aquis.Seruius , Tiberis nomen ipſa etiam Alba vetuſtius eſſe contendit: iōq; nominis eius originē ad Thybrin potius Etruſcorum regem referendum exiſtimat,qui Latium crebris latrocinijs infeſtans,tādē circa hunc fluuium eſt occiſus.Cui ſententiæ Vir.quoq; non obſcure,ſubſcribit,apud quem loquitur.Euander li.8.Æn.Tum reges aſperq; immani corpore Tybris:A quo poſt Itali fluuium cognomine Tybrim Diximus. Alij nō tam a regis huius nomine,quā ab iniurijs,& contumelijs,quib, in obuium quemque circa hunc fluuium graſſabatur appellationem hanc tractam exiſtimant: vnde Thybrim ſcribendum contēdunt, quaſi τύβριν , vt dictionem conflatam intelligamus ex articulo fœminino, & nomine ὕβρις , quam ſcripturam etiam apud Dionyſium Afrum obſeruauimus.Nos thybridis nomen antiquus eſſe putamus.Tiberis recentius,litteris aliquot(vt ſolet) temporis lapſu immutatis.Quo fit , vt illud poetis,hoc Oratoribus ſit vſitatius.Stephanus quoque in vrbium Onomaſtico vtrumque nomen agnoſcit,niſi quod apud illum,θύμβρις,legatur,m,litera communi Græcorū conſuetudine adiecta,θύμβρις(inquit)ποταμὸς ῥώμης, ὃς καὶ τίβερις, Hiſce rationibus,in eam potiſſimum ſententiam adducor,vt thybris diſſyllabum,th,aſpirato,& y.Græco ſcribendum putemus.Triſyllabum autem Tiberis,t,tenui , & i,noſtro.Quam ſcripturæ rationem etiam a Græcis videmus obſeruari apud quos τίβερις,τιβέριος,τιβερῖνος,τιβερινὸς,& cætera omnia hinc deriuata per iota ſcribi videmus.

TIBERINVS,pe.pr,m.2.τιβέρῖνος, Capeti filius,& Albanorū rex,qui in vicino flumine ſubmerſus,effecit,vt pro Albula Tiberis dicerētur.Liu.li.1.ab vrbe. Latino Alba ortus,Alba Atys,Aty Capys,Capy Capetus,Capeto Tiberinus,qui in traiectu Albulæ ſubmerſus, celebre ad poſteros nomen fluminī dedit.Tiberinus item a ſuperſtitioſa antiquitate creditus eſt Deus eſſe.Tiberis fluuij præſes,cuius monitu Aeneas Euandri ſibi auxilia adſciuit;de quo ſic ſcribit Virg.li.8.Aen.Huic Deus ipſe loci fluuio Tiberinus amœno,Populeas inter ſenior ſe attollere frondes Virus. Quin & fluuius ipſe in ſacris dictus eſt Tiberinus , teſte Seruio , quemadmodum in ποιησεξίᾳ, Tiberis & in poeſi Tybris.

TIBERINVS,a,um,p.p.o.1.2 τιμβρεῖος,Step.peſſimum eſt a Tiberi deductum,vt Oſtia Tiberina,apud Virg.1.Aen.Tiberina flumina, apud eumdem lib.12.

TIBIA,f.1.[*Gamba,pitua*,שוק ſchoc.Germ.Das ſchinbein.*Ga.Iambe.Eſpos de la iambe.Hiſp.Eſpinilla,ò canilla de la pierna.*]κνήμη,proprie os cruris oppoſitum ſuræ. Celſus lib.8.c.1. Ipſum autem crus eſt ex oſſibus duobus &c. Verum alterum os ab exteriore parte, &c.alterum a priore parte poſitum, cui tibiæ nomen eſt, longius, & in ſuperiore parte plenius , ſolum cum femoris inferiore capite committitur,ſicut cum humero cubitus.Tibiam item αὐλόν, vocamus inſtrumentum muſicum oblongum,teres, & foraminoſum, quod inflatum,& digitis modo adductis,modo reductis temperatum,non inſuauem reddit ſymphoniam . Has primum ex grui tibijs confectas exiſtimant,& inde nomen accepiſſe.Hor.de Arte, Tibia non vt nunc orichalco vincta tubarq; æmula,ſed tenuis,ſimplexque foramine pauco,Ouid.5.Triſt.Ele.1.Tibia funenb.conuenit iſta meis Cicer.1.Tuſc.Non intelligo quid metuat cum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.Virg 8.Ecl.Incipe Mœnalios mecum mea tibia verſus.Ci.1.de Clar,Or. Si tibiæ inflatæ non referant ſonum,abiiciendas eas ſibi tibicen putet.

TIBIALIA,ū,n.3.*Calze,gābere*.מכנסים michneſaijm.G.Struēpfi hoſen , ſtifflen , oder der gleichen das man an die ſchinbein legt. G.*Iamberes,bas de iambes,armures de iambes.Hiſp.Armadura de quella parte medicas calzas*,]περισκελίδες,velamēta tibiarum.Suet. in Aug.Hieme femoralibus, & tibialibus muniebatur.Tibialia,ꝓ ocreis,quibus tibiæ militum muniuntur.Paulus Iureconſultus ; Si tibiale, vel humerale miles alienauit.

TIBIALIS,& hoc le,o.3.αὐλητικός,idoneum ad Tibias faciendas.Pl. li.16.c.36.Tertia arundo eſt tibialis calami.

TIBICEN,inis,m.3.ſecunda ſyll.pro.[*Trombetta*,חלל cholel.Germ. Ein ſchwegler,ſchvveglē pfeiffer,αὐλητής,ꝙ tibia canit.Pl.in Phe. Tibicē vos interea hic delectauerit.Ci.ad Gal.li.7.Qui ſciret ſe nec potem bellū tibicinem habere.Hor.2.Epi.1.Nunc tibicinibus nūc eſt grauiſa tragœdis.Tibicines item,ἀντηρεῖδες,pilæ dīr ſiue tigna, quib.ædificia inclinata,& alioq ruitura ſuſtinētur. Iuu.Sat.3 Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam.Tibicen pro ſuſtentaculo telæ.Ou.4.Faſto.Hæc modo verſabat ſtantē tibicine telam.Vir.quoque hemiſtichia ſua,quæ in Æn.aliquot reliquit imperfecta,Tibicines appellabat, eo ꝙ ad fulciendā,ſupplendāq; ſiniam,ad ipſi eſſent inſerta.Ipſæ quoq; particulæ quib.verſuum hiatus replentur, alioqui nihil facientes ad ſiniam,Tibicines a Grammaticis appellātur.Quale eſt hoc apud Vir.Sic fortè precatur: Nam fortè vacat.

TIBICINA,ę.p.c.a.1.αὐλητρίς,mulier tibia canens.Mart.lib.14.Ebria non madidis rumpit tibicina buccis.

TIBVLLVS,m.2.prænomine,Albius poeta Elegiographus,Romæ natus Hircio,& Pāſa Coſs.qui annus ēt Ouidij poetæ natalis.fuit inſignis.Ex amicis Meſſallā Coruinū maxime coluit.Ex poetis familiares habuit Horatiū,ꝙ eū iudicē ſuorū appellat ſcriptorū,& Ouidiū,ꝙ mortē eius elegantiſſima defleuit Elegia.In amoribus & nimius , & incōſtans fuiſſe videt,vt ꝙ prior Marathū , & Chernuhū pueros,Deliā quoq;amarit Sulpiciam,& Neerā,omniū aūt maximè Nemeſin, cuius formam , & venuſtatem bona operis ſui parte poſteritati commendatur.Obijt Romæ virenti adhuc ætate.

TIBVR,uris,p.g.c.f.3.τίβυρις,τίβυρα,καὶ τίβουρά.Step.ciuitas i Sabinis, 16.ab vrbe lapide,crebris fontibus irrigua , & ſingularis aeris temperie commendata.Ou.4.Faſt.Mœnia Tiburis vdi.*Mar.lib.6.* cum mors venerit in medio Tibure Sardinia eſt.Eſt autē hoc oppidum origine Græcum,a Tiburto Catullo,A Cerace Amphiarai liberis poſt prodigioſum patris ad Thebas interitum cōditū & a Tiburti noīe , ꝙ ex tribunatu maximus erat , Tibur appellatū,Auctores Cato.in Orig.& Solinus & Sextus ſcriptor Græcus.

TIBVRS,urtis,m.3.τιβουρτῖνος,gentile a Tibure deductum.Vir.Æn. Haud aliter Tarchon Tiburtum ex agmine Prędā Portat ouans. Cic.pro Balbo,Coſſinius Tiburs.

TICINVM,m.2.[*Pauia.G.Pauie.Hiſpa.Pauia*,]p.p.τίκινον,Ptol.τικινός, Steph.Inſubriæ ciuitas,quam hodie Papiā vocant,D.Aug corpore & celeberimo gymnaſio inſignis:a Ticino fluuio præterlabente nomen habens.

TICINVS,m.2.[*Teſino*.Germa.Ein waſſer in Italia,fleuſt feer Pauey hin.*Gal.Teſine.Hiſpa.teſin*,]τίκινος, fluuius Inſubriæ in Eridanū fluens a quo vicinum Ticinum eſt appellatum,nunc Papia.Sil.li.9.Dum Romana tuæ Ticine cadauera ripæ Non capiant.

TICINVS,m.2.[*Teſino*,]alter fluuius eſt Piceni,non procula Ripatranſone , de quo Ioannes Garzo Ripanorum geſta deſcribens plene tractat,in eo li.quem Theodotus Quatrinus Rip.auxit, & imprimendum curauit.Illuſtrique,ac Reuerendiſ.Philippo Seghæ Epiſcopo Ripano meritiſſimo dicauit.

TIFERNVM,n.3.τίφερνον, Vmbriæ oppidum eſt,teſte Pto.li.3.cap.1.a quo Tifernates,quorum meminit,Plin.lib.7.c 14.

TIFERNVS,m.2.τίφερνος,fluuius eſt in ſecūda Italiæ regione,Apulos diuidens a Ferentanis.Pli.lib.3.c.14.

TIGILLVS,& Tigillum,m.& n.2.[*Trauicello*.Ger.Ein kleine raſer, laetlin.*Gal.Solineau,petit cheuron.Hiſpa.Pequenna viga.*]δοκίδιον, dim.a Tignus,& Tignum Liu.lib.1.ab vrbe. Tanto ille per vmbilicum capite adaperto,velut fulgurum malit ruinam. Tibul.li. 2.Eleg.1.Illi compoſitis primum deducere tigillis Exiguam viridi fronde operire domum.Cat.Ianua fulſiſa tigillo.

TIGNARIVS,a,um,o.1.2.adiect.a tignis deductum,vt Tignarius faber.δοκοπηγός,qui tigna dolat,aut ædificio adaptat. In qua significatione legitur,& Tignarius absolutè.Cicer.deClar.Ora.Ego me Phidiam esse mallem,quàm vel optimum tignarium.

TIGNVS,ni,m.2.& Tignū,neut.[*Traue,*עב hab קורה Korah.G Ein rafen eines tachstulas.G.*Soliue,cheuron,marrain.Hisp.Viga,o madera de la techumbre,*]δοκός,trabs, qua variè disposita domus extruit, & propriè cui superponit tectū;a tegendo nomen deductū. Lucr. l.1.Et celeri flamma degustant tigna Hor.de Arte,Et modicis instrauit pulpita tignis.Ou.8.Met.Sordida terga suis nigro pendentia tigno.Iuu.Sat.3.Hic tignū capiti incutit,ille metretam. Cæs.4. Bel.Gall.Tigna bina sesquipedalia ab imo præacuta,Tigni nomine oē genus materiei ex qua ædificia constant, continet,inq̄t Vlp. de Tigno iuncto, l.1.& ad exhib.l.Tigni, & Caius de ver.sig.l.& Tigni.Sed & in vineis,Tigni appellatione oīa vineis necessaria cōtinent,vt puta perticæ,pedamenta,vt ait ibid.Vlp. Hinc cōtigno, gnas,συνηρείω,tigna in ædificio contūgo.Pl.li.9.c.3.Ossibus tecta contignare,& Cæs.li.2.de Bel.Ciu.Cōtignatio,textura ipsa trabiū ac tignorum.Coassatio verò assium dicitur,hoc est,tabularum.

TIGRANES,nis, p.p.m.3.proprium nomen Regis maioris Armeniæ, qui auxiliū ferēs Mithridati regi,victꝰ est primò a Lucullo,deinde a Pōp.Magno.Ci.in Or.pro lege Man.Luc.li.2.Tigranēq; meum.

TIGRANOCERTA,tæ,f.1.τιγρανοκέρτα,oppidum in montanis maiotis Armeniæ,teste Plin.lib.6.cap.11.A Tigrane conditum,vnde & nomen accepit,quasi tigranis ciuitas. Nam certa Parthorum lingua vrbem sonat,Stephanus.

TIGRIS,huius tigris,& tigridis,f.3.[*Tigre.*Germ.Ein tigerthier.*Ga. Vne tigre.Hisp.La tigre hembra de pardo,*]τίγρις,fera sæuissima, & velocissima,in Hyrcania maximè abundans:ita dicta, quod sagittæ velocitatem,quam Tigrim Medi appellant,cursu videatur adæquare.Virg.4.Aen.Hyrcanæque admorunt vbera tigres.Arrianus, qui res gestas Alexandri condidit;tigrim feram Indicam, non eā esse voluit,quam vulgus tigrim nominat,sed hanc esse Thoa : tigrim vero,equi magnitudine esse,a superiori longe diuersam.Est item tigris,τίγρις,ιδος, insignis Asiæ fluuius, Mesopotamiam ab ortu alluens,quē sacræ litteræ ex Paradiso nasci confirmant. Solinus in Armenia caput attollere dicit,in loco edito, ex lucido conspicuoque fonte,nec ab exordio statim totum esse, sed primò pigrè fluere,non cum suo nomine.At cum fines Medorum inuectus sit,Tigrim statim vocari,Arethusam lacum influere,grauia ponderа sustinentem,cuius pisces nunquam se aluo Tigridis immisceant sicut nec amnici stagnum attingant Arethusæ.Mox Arabes præter fluens,Mesopotamiam amplectitur,& Hydaspen accipiens, Euphratemque defertur in sinum Persicū, A Tigri fluuio dicti sunt, Transtigritani,qui trans Tigrim habitant, sicut Transpadani, qui trans Padum.A tigris deducitur adiectiuum Tigrinus,a,um,vt tigrinæ mensæ hoc est,venarū discursu tigridū maculas referentes. Plin.li.13.c.15.Mensis præcipua dos in vena crispis,vel in vertice varijs. Illud oblongo euenit discursu,ideoque tigrinæ appellātur.

TIGVLLII,m.2.τιγυλλοι.Liguriæ populi,quorum vrbs Tigullia, & Segesta commemorantur.Plin.lib.3.c.5.

TIGVLLIA,f.1.τιγύλλια,vrbs Tigulliorum,in tractu Ligustico,cuius meminerunt Plin.lib.3.c.5.& Ptol.li.3.c.1.

TIGVRINI,m.2.τιγυρινοί,populi inter Helueticos Limagi fluminis accolę,quorū meminerunt Cæs.li.1.de Bel.Gal.Strab.li.7.Florus, li.3.c.3.Paulus Orosius lib.5.c.16.& Plu.in Mario.Vulgo Zurich, eorum oppidum appellatur.

TILIA,liæ,f.1.φίλυρα,arbor est apud Gallos nomē retinēs,folio hederaceo molliore,& in angulū acutiorē rotūdiore,& prolixiore,ī orbē lētè crispo, atq; serrato flore tantisper, dū calyculo continetur herbaceo,dū emersit flauo;fructus magnitudine fabæ,similis acinis hederæ,in quo semē ꝓtenue,q̄tū atriplicis,oīb. aīalib.ingratū, cū foliorū pabulo maximè ducantur.Vir.li.2.Georg.Nec tiliæ lætes.Ou.10.Met.Nec tilię molles.Tiliæ itē dicunt vincula ex arboris huius membranis tenuissimis inter corticem, & lignum sitis. Pli.lib.16.c.14.Inter cortices,& lignum tenues tunicas multiplici membrana:è quibus vincula tiliæ vocantur. Tenuissimæ earum philyræ,coronarum Lemnisci celebres,antiquorumque honore.

TILIACEVS,a,um,o.1.2.quod ex tilia confectum est Iulius Capitolinus de Antonino Pio,cum senex,& longæuus esset, incurvaretur-que tiliaceis tabulis in pectore fasciaxatur.Col.li.12.ca.45. Arculę tiliaceæ quales sunt,in quibus vestimenta forensia conduntur.

TIMAEVS,m.2.τίμαιος,nomen proprium philosophi Locrensis,cui diuinum illud opus Plato inscripsit,in quo de rerum creatione disserit,quod Ci.postea Latinum fecit,atque de vniuersitate inscripsit.

TIMAVVS,m,2.flumen iuxta Aquileiam;nouem nascens capitibus,teste Pomponio,vnoque ostio sese in mare euoluens.Vir.1.Aen.Fontes superare timaui.

TIMIDVS,a,um,o.1.2.[*Timido,pauroso, di poco animo,*יראה iare חרד charedh.Ger.Forchtsam.*G.Craintif,timide,peureux.Hisp.Temeroso,per naturallezza,medroso,*]δειλός,pauidus,meticulosus.Cicer.1. Offic.Ne imbecilles,atque timidi videantur.Cice.pro Marcel.malum videri ninis timidus,quàm parum prudens.Hinc timidè,[*Timidamente,*]aduer.pauidè,minus audacter.Cicer.2.Tus.In dolore maximè est prouidendum,ne quid abiectè,ne quid ignauè,ne quid muliebriter faciamus.

TIMIDITAS,atis,f.3.[*Timidità,*יראה ijreah פחד pachadh חרדה charadah.Ge.Forchtsamkeit.*Ga Crainte,peur.Hisp.Temor natural,*δειλία,procliuitas ad timorem.Cicer.4.de Fin.Ex rebus timiditas, non ex vocabulis nascitur.Idem 3.Tusc.Timiditatē,& ignauiam.

TIMEO,es,ui,a.2.[*Temere,hauer paura,*יראה iare פחד pachadh חרדה charadh.G.Fuerchten.*Gal.Craindre.H.Temer,auer miedo*]φοβοῦμαι,metuo,horreo,reformido,vereor.Ci.pro Flac.Nihil magis, q̄ perfidiam timemus.Varijs modis constituitur.Dicimus.n.Timeo te tamquam inimicū: timeo tibi tamq̄ amico,ne quid mali tibi accidat.Ter.in Andr.Pamphili vitæ timeo.Timeo mihi abste.Ci.pro Sil.A quo genere ego numquam timui.i.non timui ne malum mihi inferrent.Inuenitur etiam cum ablatiuo mediante de.Oui.li.4. Fast.Nec timui de morte.Idē dicimus,Timeo furē tauro.i. ne furtum furetur.Iuu.Sat.6.Cum fuerē nemo timeret Caulibus,aut pomis.Dicimus etiam timeo pro amico.Gel.lib.19.ca.1.Illum pro Aristippi anima timere. Timeo quēadmodū hęc explicari possint, Cic.li.15.ep.Nunc istic quid agatur,magnopere timeo, apud eumdem ad Att.lib.2.Extimeo,Pertimeo,Prętimeo,vide suis locis.

TIMOLEON,m.3.τιμολέω,Corinthius,dux inclitus,virib. fortissimus vitaque abstinentissimus:qui missus cum paucis triremib.ad liberandas a Dionysij tyrannide Syracusas, quem Dion Syracusanus implorato Corinthiorum auxilio expellere conabatur, quinquagesimo,postquam Syracusas appulisset,die,vrbe potitus est, deinde arcem obsidens,Dionysium ad deditionem compulit, & cum paucis in exilium Corinthum misit:arcem vero solo æquauit, & Syracusanis libertatem restituit.Deinde contra Leontinos pergēs eorum tyrannum bello captum interfecit, in summa æqualis fuit Timotheo,Agesilao,Pelopidæ,Epaminondę.Hæc ex Plutarcho, qui eorum è nostris comparat Paulo Aemilio.

TIMOLVS,m.2.Lydiæ mons postea Tmolus.Pli.libr.5.c.29.

TIMON,m.3.τίμων,Philiasius,philosophus,qui apud Chalcedonem philosophiam,& oratoriā exercuit,carus Ptolomæo Philadelpho. Scripsit Tragœdias, Comœdias,& Satyras. Dictus amarulentus, & mordax, Sillorum, i. dicacitatum scriptor de quo Gel. Timon amarulentus librum maledicentissimum conscripsit,quem Sillos inscripsit.Fuit & alius Timon Athenienſis, temporibus Peloponnesiaci belli(vt ex Aristophanis,& Platonis poematibus perspicere licet) prorsus inhumanus ac vitans hominum congressus, præter vnius Alcibiadis adolescentis.Interrogatus,quæ cum illo causa esset amicitiæ: Quod sciam, inquit,illum quandoque multorū malorum Athenienſibus causam futurum.Semel in vita in cōcionem dicitur ascendisse:factique nouitatem cunctis admirantibus. Est mihi,inquit,o viri Athenienses, post ædes hortulus,quo ficus coaluit quędam, in qua permulti nostri ciues se suspenderunt : in eodem nunc ego loco ędificare volo,quamobrem visum est mihi vos publicè admonere,si quis fortè sit,qui se prius velit suspendere,antequam arbor excidatur.His igitur de causis ab Athenienſibus,μισάνθρωπος,est appellatus,hoc est, humani generis osor. In sepulchro, quod sibi ipse constituxerat, incisum erat epitaphiū in hanc sententiam:Hic sum post vitam miseramque inopemque sepultus,Nomen non quæras dij,lector,te male perdant.

TIMOR,ris,m.3.*Timore,paura,*יראה jireah חרד pachadh חרדה charadah.German.Forcht.G.*Craintę,peur,ou paour.Hispan.Temor natural,*]φόβος,δέος, est(vt Cicero 4. Tusc. inquit)metus mali appropinquantis.Facere alicui timorem.Cicer.li.10.epist.Quę res mihi facit timorem.Affici timore de aliquo.Idem lib.11.ep.Amici nostri de nobis magno timore afficiuntur.Injicere timorem.Ci.Att. Hostibus timor iniectus est.

TIMOTHEVS,p.p.m.2.τιμόθεος,nomen propriū Cononis Athenienſis filii,qui acceptā a patre gloriam multis auxit uirtutibus.Fuit.n.disertus,impiger,laboriosus,rei militaris peritus,& (q̄ super oīa est) δίτυχής, i. fortunatus Imperator habebatur. Huic statua publicitus in foro Athenis posita est,ob victoriā,qua victis Lacedęmonijs imperum Athenienſium auxit,& muros Athenarū extruxit. Post huius obitū non fuit quisq̄ fere Athenis dignus memoria. Huius gesta æmuli,vt laudem eius imminuerent,Fortunæ adscribebant, circū ferentes passim tabulas,in quib.ille pictus erat dormiens,astante interim Fortunas,q̄ ciuitates in retia eius ageret.Quam rem ille ęgrè ferens, Sua illa esse dicebat, non Fortunę opera. Ex quo tpe,quasi perosa hominē ingratū fortuna,oī prorsus felicitate excidit.Auctor Suidas.Huius vt docti hominis meminit Cic.li.1.de Off.Qd idem fecit(ait) Timotheus Cononis filius,qui cū belli laude non inferior fuisset,q̄ pater,ad eam laudem,doctrinæ & ingenij gloriam adiecit.Hactenus Cic.Timotheus,itē Athenienſis Comicus,mediæ Comœdię, cuius fabulas nonnullas commemorat Athenæus.Timotheus Milesius,Therſandri filius:musicus,q̄ decimam,& vndecimam chordam lyræ addidit, & antiq̄ musicā in molliorem modum mutauit.Hunc ferunt duplo maiorem ab his, quos alius instituisset,mercedem exigere solitum fuisse,q̄ si rudes traderentur.Geminatum.n. laborem dicebat ; dedocendi prius,

mox docendi. Emicuit tpe Philippi Macedonis, cuius filius Alexãder modulo eius excitabatur, & ad res bellicas alacrius instruebatur. Decessit anno ætatis LIII. scripsit de musica lib. 17. item Encomia, & Dithyrambos. Hæc Suidas Timotheus, sculptor nobilissimus, vnus ex ijs qui Mausolæum cælauere, cuius in templo Apollinis Romæ multa fuerunt monumenta, vt scribit Plin. lib. 44. c. 8.

TINA, æ, f. 1. vasis vinarij genus, quod a Festo Tiniõ appellatur. Var. libr. 1. de Vita pop. Rom. vt citat Nonius, Antiqui in conuiuijs vtres vini primo, postea tinas ponebant. Tina item Ptol. lib. 2. cap. 3. Fluuius est in tractu Orientali Britanniæ insulæ.

TINDA, f. 1. *Τίνδη*, Thraciæ vrbs, in qua Diomedes equos suos humana carne pascebat. Auctor. Plin. lib. 4. cap. 11.

TINCTILIS, le, p. c. o. 3. [*Tinto*, German. Tunckig dareyn man etvvas tuncken mag. *βαπτὸν*, quod intinctum est, Ouid. libr. 3. Trist. Nam volucri ferro tinctile virus inest.

TINDVRA, e, f. 1. [*Tignola*. G. Eyntunckung, ferbung. *Gal. Teinture, teint. Hisp. Tintura, tendura.*] *βαφὴ*, infectio, imbutio coloris, Plin. lib. 37. cap. 9. Adulteratur maximè tinctura.

TINEA, æ, f. 1. *Tignola*, עש haſch. G. Ein ſchab. G. *Teigne, ver qui gaſte et mange la leine, & les habillemens. Hisp. La tinta de las cosmenas, polilla,*] *σής*, vermiculus est, qui aut situ, aut puluere, ac putredine interdum nascens, vestes, aut libros abrodit. Hor. 1. epi. 21. ad librum suum. Aut tineas pasces taciturnus inertes. Aut fugies Vticam, aut vinctus mitteris Ilerdam. Item tineæ vẽtris vermes sunt, *ἕλμινθες*. in intestini recti extremo nascentes. Celsus, Lumbricos appellat. Plin. lib. 11. c. 33. Sic intra hominem tineæ tricenum pedum aliqñ, & plurium longitudine. Item Tineę sunt vermes in aluearibus apibus noxij. Col. lib. 9. cap. 14. Præterea, vt tineę, si apparuerint, euerrantur, papiliones que enecentur, qui plerumque inter alueos morantes, apibus exitio sunt, Nam & ceras erodunt, & stercore suo vermes progenerant, quos alueorum tineas appellamus. Hinc Tineosus, a, um, [*Rosso*,] Vt Aluei tineosi, apud Col. lib. 9. c. 14.

TINGITANA, f. 1. *Τιγγιτάνη*, extima Mauritaniæ pars, a Tingi vrbe nomen habens: cuius descriptionem, vide apud Plin. lib. 5. c. 21.

TINGO, gis, xi, ctũ, a. 3. vel tinguo, [*Tingere*, טבל tibal חמץ chamats. German. Tuncken, oder eyntuncken, ferben. *Gal. Tremper, Hispan. Tennir, o meiar,*] *βάπτω*, inficio, madefacio, immergo, colore vel humore imbuo. Mar. li 5. Mentitis iuuenem tinctis Lentine capillis, hoc est, vnctis, & coloratis. Vir 1. Aen. Quin tantũ Oceano properent se tingere Soles. i. immergere. Mart. li. 1. Tingit cutẽ Catinus & tamen pallet. Vir. 3. Georg. Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri. Tingens, tis, partic. Pli. libr. 9. c. 38. Sed id tingentium officinæ ignorant cum summa vertatur in eo. Tinctus, a, um, part. passiuum, idem quod immersus, vel infectus, [*Bagnato.*] vt, Spicula tincta veneno. Ouid. de Pont. Idẽ 4. de Arte: Consule de gemmis de tincta murice lana, Consule de facie corporibusque diem. Per translationem accipitur pro leuiter imbutus. Cice. de Orat. Sic. n. mihi tinctus litteris. Idem de Clar. Orat. Ergo illam patris elegãtia tinctam vidimus. Tinctus, us, ipse tingendi actus. Pli. li. 10. ca. 48. Et alia eodem nomine croceo tinctu. Vide intingo, suo loco.

TINIA, f. 1. [*Tino*, Germ. Ein gattung vveingeschirr. *Gal. Tines, cuues Hisp. Las tinas vasyas de vino*] *πυτίναι*, vasa vinaria apud antiquos fuere, vt ait Festus, Nonius, Tinas appellauit. Erant autem hęc vasa minora, & omnino diuersa ab ijs, quæ apud nos sub hoc vocabulo habentur, nec ad eos vsus parata. His namque è ligno fabricatis musta cum vinaceis nostri ebulliunt.

TINNIO, nis, niui, itum, n. 4. [*Far suono*, צלל tsalal. Ger. Klingen, lauten. *Gal. Tinter, & sonner clair. Hisp. Retemir el metal,*] *κωδωνίζω, ἠχέω*, proprie de metallis dicitur, cum ex eorum pulsatione sonus efficitur. Tinnit enim aurum, argentum, æs, ferrum, stannum, orichalcum, & huiusmodi. Hinc Circumtinnio compositum. Varr. 3. de re tust. c. 16. Cũ a mellario id fecisse sunt animaduersæ, iacundo in eas puluerem, & circumtinniendo ære, perterritas, quò voluerit perducet. Tinnire quoque dicitur auris, cum inclusi subtiles & leues vapores, interdum per membranam illam, quę in auribus est, emergunt, & sonum illum fictitium edunt. Cat. ad Lesbiam Epig. 48. Aures tinniunt sponte sonitu.

TINNIMENTVM, ti, n. 2. ipse tinniendi actus, *κωδώνισμα*, Plau. in Rud. Tinnimentum est auribus.

TINNITVS, us, m. 4. [*Tintinito* G. Das Klingẽ, thon. g. *Tintement, cornement. Hisp. A quel retinte y son de metal,*] *κωδώνισμος*, metalli sonitus Pli. lib. 11. c. 10. Apes gaudent plausu, atq. tinnitu æris. Vir. 4. Geor. Tinnitusque cie. Aurium tinnitu præsentire, apud Plin. lib. 28. c. 2.

TINNICVLVS, m. 2. auis est teste Pli. li. 10. c. 37. columbas defendens, & accipitres territans, occulta naturæ vi.

TINNVLVS, la, lum, o. 1. 2. [*Resonante: & acuto.*] Germ. Klingend, laut oder hal thoenend. *Ga. Tintant, resonant. Hispa. Cosa que retine come metal,*] *λιγυρὸς ἠχῶν*, quod acutum edit sonum, cuiusmodi est sonus metallorum. Ouid. Tinnulaque æra sonant. Qu. li. 2. c. 3. Corruptos, & tinulos, & quocumque alio cacozeliæ genere peccãtes, certum habeo non virium, sed infirmitatis vitio laborare.

TINTINNACVLI, m. 2. *κροτάλιζοντες*, qui flagris cædunt sontes ob noxam, & lotis bubulis castigant, ficto vocabulo a sonitu, quem verbera efficiunt. Nam dum verberant, & cædunt flagris, tinniti facere videntur ex crepitu plagarum, quę percussio a Plauto dicitur Tax, per onomatopœiam a sonitu quem reddit. Id genus homines flagratores dicebantur, & Lorarii. Nam cædendo loris, & flagris hunc sonum faciunt. Plaut. in Truc. Nisi ad tintinnaculos mauos educi viros.

TINTINNABVLVM, li, n. *κρότταλον κώδων*, instrumentum æneum, quo populus lauandi hora ad balnea conuocari solebat. Nomen factum a sono quem edit Iuuen. Sat. 6. Tot pariter pelues, & tintinnabula dicas Pulsari. Plin. lib. 36. cap. 13. Vt in summo orbis arcus & petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, &c.

TINTINO, nas, p. p. n. 1. [*Risonare*: חמה hamah. German. Vvidertönen. *Gal. Tenter, resoner. Hispa. Retennir el metal,*] *ἠχέω*, pro resono. Cat. ad Lesbiam. Sonitu canoro Tintinant aures. Dicitur & Tintinio, is, nui. Afranius, Tintinire ianitoris impedimenta auxit.

TIPHYS, in. 3. Argonautarum in Colchica expeditione gubernator. Vir. in Bucol. Eclo. 4. Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo, Delectos heroas. Ou. Tiphys in Æmonia puppe magisterium. Seneca in Medea. Tiphys imprimis demitor profundi.

TIPVLA, æ, p. c. f. 1. vermis sex pedes habens, sed tantæ leuitatis, vt super aquam currens non desidat. German. Ein vvasser spin.] Plin. Pers. Neque tipulæ leuius pondus est, quàm fides lenonia.

TIRESIAS, n. 1. *Τειρεσίας*, vates Thebanus fuit, Eueto patre genitus, ὃ cum aliquando in Cithærone vidisset duos dracones coeuntes, obseruata fœmina ex ijs, occidit illam: quo facto *in fœminam & ipse* mutatus est. Deinde cum tursus post septem annos eodem pacto, & marem draconem interfecisset, in pristinam formã rediit. Contigit igitur aliquando certantibus inter se Ioue, & Iunone, vtrum an fœminæ maiorem ex Venere voluptatem caperẽt, vt ille iudex sit adhibitus, vt qui vtrumque fuisset sexum expertus. Tiresias autem pro Ioue sententiam tulit, afferens multo plus ex coitu voluptatis percipere fœminas, ob quod a Iunone excæcatus est. Alij verò propterea excæcatum dicunt, quod Palladem nudam in fonte conspexerit. Iupiter autem in solatium visus amissi, diuinationem illi dedit. Stat. li. 10. Theb. Sibi callidus ista Tiresias natæque canat &c. Huius animam euocat Vlysses apud Homerum li. 10. Od. multaque ab ea futura edocetur, Auctor est. Str. li. 9. Tiresię monumẽtum fuisse sub Tilphosso monte Bœotię, iuxta fontem Tilphosã, vbi profugus diem suum obiit, dum iam senex gelidissimam Tilphossæ aquam hausisset. Ibi Thebani ciues sepulto diuinos honores tribuere. Fuit Tiresię filia fatidica nomine Manto, quæ ex Tiberino fluuio filium peperit nomine Ocnum, qui in Cisalpina gallia oppidum condidit, & a nomine matris Mantuam appellauit. Iuuen. Sat. 13. Tiresiam appellatiuè posuit pro homine cæco, cũ ait. Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse Deorum.

TIRIDATES, m. 3. rex Armeniæ, qui variijs gestis cum Corbulone bellis, tandem ex fœdere Romam venit, & diadema regni a Nerone cepit, Vide Tac. lib. 15.

TIS, *τεοῦ*, genitiuus est antiquus a Tu pronomine. Plaut. in Milit. Tis egeat qui te careat.

TISIPHONE, f. 1. *Τισιφόνη*, vna ex furijs, a cędibus plectendis dicta, *τίσις*, vltio, vel pœna *φονοῦ*, vel *φόνου*, cædes, aut mors. *Hor. in Ser.* Hecaten vocat, altera sæuam, Alteram Tisiphonem.

TITAN, & TITANVS, p. p. m. 2. *Τιτὰν*, Saturni frater, Cęli, & Vestæ filius, qui etiam pro Sole ponitur, & ipse a Titanibus duxit originẽ, tradunt. n. Titanas sex fratres fuisse, & quinq; sorores a Titea matre dictos, vt auctor est Diodorus: Ex quib. vnus fuit Iapetus pater Promethei. Hyperion quoque ex Titanum numero est, qui Solis, ac Lunæ stellarumque motus obseruasse, atque demonstrasse primus fertur. Ideo Solis parens, & astrorum fertur. Hinc Sol, Titan, Luna, Titanis, *Τιτανίς*, & Diana, Titania a Poetis dñr. Lucil. lib. 1. Flammiger an Titan, vt alentò hauriat vndas. Ou. 3. Meta. Dumque ibi perluitur solita Titania lympha. Seruius sic habet: Ferunt fabulæ Titanas ab irata contra Deos Terra in eius vltionem creatos. Vnde & Titanes dicti sunt, *ἀπὸ τῆς τίσεως*, i. ab vltione. Primúque contra Saturnum quidem Titanes, deinde Gigantes cõtra Iouem genuit. Ipse verò Titan cum filijs, quos Titanes a patre appellabant, bellum gessit aduersus Saturnum & Opim, quod conuentui non stetissent, eosque capibus muro inclusit: qui postea *Ioue* filio victis Titanib. liberati sunt, vt supra latius de Saturno dictũ est.

TITANIVS, a, um, o. 2. *Τιτάνιος*, a dict. a Titan: vt Titania astra. Virg. 6. Æne. Lucentemque globum Lunæ Titaniaque astra Spiritus intus alit. Titaniacus, a, um, Ou. 7. Met. Hinc Titaniacis abiata draconibus, intrat Palladias arces.

TITHONVS, p. p. m. 2. *Τιθωνὸς*, Laomedontis filius, qui (vt fabulę ferũt) cum iuuenis esset, & decorus, ab Aurora dilectus, & raptus fuit, ex qua Memnonem genuit. Sed tandem post longissimam vitã audita Memnonis filii morte, in cicadam versus dicitur, dicente Horatio, Longa Tithonum minuit senectus.

TITI Liuij, m. 2. duo fuerunt: Alter tragœdiarũ scriptor, Romanorũ poetarũ antiquissimus, qui ob ingenij felicitatẽ a Liuio Salinatore cuius liberos erudiebat, libertate donatus est. Alter Patauinus cũ

Cti-

Crispo.Sal.de Hist.principatu certans. Vide suprà in dictione Liu.

TITII,m.2.sacerdotes fuerunt Apollinis,a Titijs auibus,quas in augurijs certis obseruare solebant sic appellati,vt ait Varro lib.4.de Lin.Lat.Lucan. lib.1. Titijque sodales.

TITILLO,las,a.1.γαργαλίζω,κνάω,leui attrectatione alarum aliarũ ve mollium corporis partium risum cuipiam moueo. Per translationem tñ accipitur pro quouis modo blandiri, & voluptate afficere[*Accarez,are.*]Ci.1.de Fin.Si ea sola voluptas esset,q̃ quasi titillaret sensus,vt ita dicam.Lucr.lib.2.Et quæ titillare magis sensus, quàm lędere possunt.Hor.2.Ser.Sat.3.Præterea ne vos titillet gloria. Hinc titillatio,onis,verbale ipse titillandi actus. Cic.in Cato. At non est voluptatum tanta,quasi titillatio in senibus.Titillatus, us,ui.Pli.lib. 11.c. 37.Quod titillatu maximè intelligitur alarum.

TITIO,onis,f.3.[*Tizzone,* אוד udh.German.Ein brand,den man ab dem fewr nimpt,]δᾴλος,lignum adustum, quod ab igne extrahitur.Cels.libr.3.cap.12.Extinctis titionibus.

TITIVILITIVM,tij,n.2.dici voluerunt(inqt Non.)fila putrida,quę è telis cadunt Pla.in Cas.Non ego istud verbũ emptem titiuilitio.

TITVBO,as.p.c.n.1.[*Vacillare,* מעד mahadh טם mat נטוש namot. G.Schwanken.*G.Chanceller.*Hi.*Bambanear se.*]παραζίφωμα, priè pedib.insistere nequeo,quod accidere solet ebrijs, aut longo tã morbo languidis.Ou.3.Met.Ille mero,somnoque grauis tituba re videtur.Transfertur ad animum,quoties ab animo verba dissẽtiunt,qđ inconstantię,ac leuitatis signum esse dicitur,vt apud eũdem,Neq; vlla vnq̃ tãta fierit dicendi facultas,q̃ non titubet,aut hærcat,quoties ab animo verba dissentiunt.Plau.in Mil.Cogitate, Ne quid,vbi miles venerit,titubet.Ter.Heau. Vereor illi ne quib. titubet.Ci.ad Att.li.2.Videbis breui tpe ĩ magnos,nõ mõ eos,qui nihil titubarunt,sed ẽt Catonẽ.Hor.1.epi.13.Caue ne titubes,mandataq; frangas. Titubare quoq;,[*Balbettare,*]τραυλίζειν, lingua & dentes dicuntur.Ou.3.Trist.Eleg.1.Hæc vbi sum furtim lingua titubante locutus,&c.Hinc titubatus,part.sine verbo,vt inquit Sertius.Nã titubor nõ legit.Vir.3.Aen. Vestigia presso Haud tenuit titubata solo. Hinc quoq; Titubantia,æ,& titubatio,onis,verbalia, τραυλισμός,i.ipse titubandi actus.Suet.in Vitel.Ac de hac quoque liberos vtriusq; sexus tulit, sed marẽ titubantia oris,prope mutũ, & elinguẽ.Auct.ad Herennũ,li.2.Vt ne paruula quidẽ titubatio ne,aut offensione impediren Titubãter,[*Inconstantemente,*]aduer.incõstanter.Ci.pCelio.Pusuistis,atq; id tñ titubanter,& strictim, coniurationis hunc pp amicitiam Catilinæ participẽ fuisse.

TITVLVS,li,m.2.[*Titolo,* כתב cheab כתנת chethobeth.G.Ein titel, oder vbergeschrifft.*Gal.Tiltre,escriteau.*Hi.*Titulo de alguna obra escritta,*]ἐπιγραφή,τίτλος.iscripio cuiuscũq.operis:qđ.f.libro,operi,vel statuæ superscribit,vt statim primo aspectu argumentũ noscamus,aut artificẽ.Suet in Donat.c.5.Plurima & amplissima opera incendio cõsumpta restituit,sed oĩa sub titulo tm̃ suo,ac sine vlla pristini auctoris|memoria.Mart.lib.2.Vnũ de titulo tollere iota potes.Ou.l.1.de Rẽ.Legerat huius amor titulũ,nomenq; libelli.Dictus titulus a.tuẽdo,quasi titulusqđ tueat factũ auctoris, si q̃s alterius opus esse cõtẽdat,veri opifici idicet nomẽ.Per trãslationẽ q̃nq; ponit pro laude,& dignitate,[*Laude,dignità,*]Ou.li.2.Fast. At tua prosequimur studioso pectore,Cęsar,Nomina,per titulos, ingredimurq; tuos.Aliqñ pro monumento.Apuleius,Auorum,& proauorum titulis clarus.Tituli,[*soldati,*]ẽt dicti sunt milites,quasi tituli,quod patriam tuerent: vnde & Titi prænomen ortum est (inquit Fest)Persius.Hic nec mon probo videas,nec voce serena Ingentes trepidare Tatos.Titulo tmus.i.solo titulo,& non re ipsa.

TITVS,m.2.τίτος,prænomen fuit Romnis familiare,inde dictũ(vt Festo placeat)qd antiq̃ Titos,& titulos milites appellabant, eo quod patriam tuerẽt.Hoc prænomine dictus fuit Vespasianus Flauij filius,& frater Domitiani;princeps carissimus,populoq, Rom.adeo car⁹,vt vulgo,Orbis amor diceret,& Deliciæ humani generis.

TITYVS,m.2.τιτυός,filius fuit Iouis exElara,Orchomeni filia:q̃ prægnantem Iupiter timens Iunonis irã occultauit in terra:ex quo factũ est,vt nascens puer,ex terra natus videret. Hic postea cum ad integrã ætatẽ peruenisset,captus amore Latone,Apollinis matris, eam de stupro interpellauit.Quãobr̃ Apollo iratus, sagittis ipsũ confodit,& ad inferos relegauit,eiusq; iecur vulturibus lancinandũ apposuit,hac lege,vt consumptũ renascereť illico,& sic numq̃ vultures a discerpẽdo cessarent,nec ipse a patiendo.Tantæ magnitudinis gigas fuisse perhibetur; vt iacens nouem iugera occupaue rit.Ouid.4.Met. Viscera prębebat Tityus lanianda,nouemq; Iugeribus distractus erat. Vide Seruium ajud Vir.l.6.ad hunc locum. Necnon & Tityon terræ omnipotentis alumnum Cernere erat.

T A N T I L

TLEPOLEMVS,m.2.τληπόλεμος,Herculis & Astioches filius,quem ex Ephyra vrbe Peloponnesi rapuerat(vt meminit Hom.Ilia.β) clarus rebus bellicis corporisq; proceritate insignis.Hic cũ adolescentiæ,Lycimnium,auunculum suum matre progenitum,& patri suo charissimum,iam senem interfecit, ex quo fabricatis nauibus patria prior fugus,collecta iuuenum multitudine Rhodũ petit,& ea

insula occupata,Rhodiensib. imperauit.Postea ad bellum Troianum cum nouem nauibus profectus a Sarpedone occisus est.

T A N T E M

TMESIS,huius Tmesis,f.3.τμῆσις.est vnius verbi compositi, vel simplicis sectio,vna dictione,vel pluribus interiectis. Vir.1.Geor.Septem subiecta trioni.Idem 5.Aen.Et multo nebulæ circum dea fudit amictu,pro circumfudit.Hoc autem tolerabile est,inquit Seruin sermone composito,cæterum in simplici nimis est asperũ,quod tñ aliqñ fecit antiquitas, vt Saxo cere comminuit brum. Vtunt & hac figura nonnumquam oratores,Cic.pro Sest.Quisquis erat,qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset,quod iudicium cumq; subierat,damnabatur,id est,quod cumque iudiciũ.

TMOLVS,m.2.τμῶλος,Lydiæ mons,Sardib.incumbens,ex quo Pactolus amnis profluit,aureas ferens arenas.Oui.5.Meta.Riget arduus alto Tmolus in ascensu, cliuoque extensus vtroque Sardibus hinc paruis illinc finitur Hypæpis.Antiquis Timolus dicebatur per tres Syllabas.Plin.lib.5.c.29.Celebratur Lydia maximè Sardibus in latere Tmoli montis,qui ante Timolus dicebatur,Ou.7.Met.Desertuere sui nymphæ vineta Timoli.

TMOLVS,m.2.Lydię amnis, ex eiusdem nominis monte profluens,in quo,coticula inuenitur,auro explorando vtilis.Plin.lib.33.c.8.Lapis quem coticulam appellant,quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo.

T A N T E O

TOGA,æ,f.1.Toga,vesta,pelangra.כתנת chetoneth.G.Ein stattlicher langer rock,ein erbarer buerger rock.G.*Vne robbe longue.*Hi.*Vestidura propria de Romanos,*]τήβεννος,Plutarcho,τήβεννα, Athenęo, vestis cõis omnium Romanorũ, tam fœminarũ q̃ marium, sicut Pallium Græcorum,dicta toga a tegendo, quod corpus tegat.Sup imponebatur aũt tunicæ,vel potius tunicis Græcis laxa erat, & in sinum multis crispulis subtracta succingebatur. Tribul.li.4.Ele.7. Et fluit effuso cui toga laxa sinu.Hinc Romani togati dicunt quẽadmodum & Græci palliati.Vir.8.Ae.Romanos rerum dominos, gentemque togatam.Qm̃ verò in pace tm̃ togæ vsus erat (nam in bello deposita toga saga sumebant,)factum est,vt Toga pro pace, [*Pace,*]seu artib.Pacis accipiatur,sicut Arma,pro bello,seu re militari.Cassius Cic. Tua toga omnium armis felicior.Cic.in Pis.Non dixi hanc togam, qua sum amictus: nec arma,scutum, & gladiũ vnius Imperatoris:sed quod pacis est,insigne,& ocii toga, contra autem arma tumultus,atque belli.Toga olim etiam vrebantur tenuiores,qui reges suos,hoc est,potentiores officij gratia, per vrbẽ deducebant,vt sportulam consequerentur. Mart.Si matutinos facilè est tibi rumpere somnos. Attrita veniet sportula sæpe toga. Hinc turbam togatam vocat Iuu.Sat.1.Clientelam illam comitũ, qui toga induti potentiores amicos per vrbem ducebant, & reducebant. Sportula(inquit)primo Limine parua sedet turbæ rapienda togatæ. Item opera togata dicitur id ipsum togatorum officiũ. Mart.Exigis a nobis operam sine fine togatam.

TOGATAE comędiæ,f.1.quæ scriptę sunt secundum ritus Romanorũ sicut Græcas fabulas ab illorum habitu Palliatas appellamus,nam Græci supra tunicam pallium ferebant.

TOGATÆ tabernariæ,f.1.dicuntur Comædiæ,in quibus non magistratus,sed humiles personę inducuntur, teste Donato,quales fere sũt qui in tabernis vendunt merces suas.

TOGATI,m.3.[*Togati* German.Mit langen stattlichen rocken bekleider.*Ga.Vestu d'vne robbe longe.Hisp.Vestidos de vestidura longa*]τηβεννοφόροι,togis indui,vnde Romani togati dicti sunt,quoniam Toga Romanorum propria erat.Sic ij qui principes ciuitatis officij gratia in forum ducebant,ac deinde domum reducebant,quoniam togis amicti erant, Togati vocabantur.Iuuen. Turbæ rapiendа togatæ.Hi etiam per diminu. Togatuli dicebantur, quod diminuti sit loco formatum.Mart. lib.10.Quamdiu salutator,anteambulones, & togatulos inter Centum merebor plumbeos die toto.

TOGA,f.1.candida erat,q̃ petitores magistratuũ inducbant,vñ Candidati dicebantur.Pli.lib.7.de Nasica,In toga candida bis repulsa notatus a populo.Pura toga,q̃ tyrunculi forenses assumebãt tyrocinij die.Luc.li.6.Pura venerabilis æq; Quã currus ornãte toga.i. nec picta,nec triũphali,nec prætexta,inquit Budæus:Pura.n.ió dicebatur, qđ nullo purpuræ prętextu distincta esset. Toga prætexta,περιπόρφυρος.Plut.dicebatur,cuius oręe, & circuitus purpura erat prętextus,qđ ipsũ satis indicat. Liu.lib.34.Purpura viri vtimur, prætextati in magistratibus,in sacerdotijs, liberi nostri prætextis. purpura togis vtuntur. Toga palmata vestis erat triũphalis,a palma.i.a victoria ita appellata.Mar.l.7.I comes,& magnos illæta mererе triumphos,Palmataeq; ducẽ,sed cito redde togæ. Toga picta vestis publica fuit,summiq; magistratus.Capit.de Gordi.Palmatã tunicam,& togã pictam primus Romanorũ priuatus suam,& ꝓpriam habuit:cum ante Imperatores, vel de Capitolio acciperet, vel de palatio.Lampridius de Alexandro,Prętextam,& toga pictã

nymq̃ nisi consul accepit: & eam quidem, q̃ de Iouis templo sum
ptam alij quoq; accipiebant, aut Prętores, aut Consules. Budæus,
Toga pulla, qua in funeribus vtebãtur, vt nunc atra veste vtimur.
Alba aũt, vel in epulo publico, vel in epulo parentali, vel in specta
culis, vel in Comitio. Toga rasa, vt inquit Plin li. 8. c. 48. D. Aug. no
mssimis temporib. cępit. Toga puerilis, q̃ & prætexta appellabatur
Gel. li. 8. c. 4. Cũ iam adolescentuli Romæ prætextam, & puerilem
togã mutassemus. Toga virilis, a puerili distincta erat: ea 17. anno
sumebatur. Ci. in Lęl. A patre ita ea deductus ad Scęuolam, sum-
pta virili toga. Per translationem ponitur q̃nq; Toga pro officio
deducendi, & reducendi potentiores. Martialis, Lis numq̃, toga ra
ra, mẽs quieta. Pli. ad Apollinarẽ, altius tibi ociũ, & pinguius, coq.
securius, nulla necessitas togæ, nemo accersitor ex proximo. Quod
ió inualuit, q̃a ad officia prestanda togati conuenicbant, i. ad de-
ducendos, comitandosque amicos honoris gratia. Hinc dimin. To
gula. Mart. li. 1 Ignosces, togulam posthume pluris emo.

TOLENTVM, n. 2. oppidum Italię in Picenis, Diui Nicolai patria, a quo
Tolentinates populi, Plin. lib. 3. c. 13.

TOLERO, as, vnico l. a. 1. *Tolerare, sofferire, patire, sopportare,* סבל sabal
נשא nasa. Ger. Erduelden, ertragen, etleiden. G. *Endurer, souffrir,
porter patiemment.* Hisp. *Padecer, o soffrir molestias,*]φέρω, ὑπομένω,
fero, patior, perfero, sustineo. Ter. in Phor. Vna tecũ bona, malaq;
tolerabimus. Idem in Hecyra. Sed quando sese indignam deputat
matri meæ, Cui concedat, cuiusque mores toleret sua modestia. To
lerare ic, est modicè & summa parsimonia se alere, [*Viuere parca-
mente.*] Corn. Nepos in vita Põp. Att. Ex quib. agris paterfamilias
fructus caperet, quibus se toleraret. Cæsar, Etat summa inopia, ad-
eo vt folijs ex arboribus strictis, & teneris arborum radicibus cõ-
tusis, equos alerent, & cogerentur his rõnibus equitatum tolerare.
In qua significatione etiã dicimus tolerare vitam [*Viuere,*] i. viue
re, nutriri. Tacitus multos militia, quosdam exercendo agros tole-
rare vitam. Cæs. 7. Bel. Gal. Eorum corporibus qui ætate ad bellum
inutiles videbantur, vitam toleraverunt. Accipitur aliquando To-
lerare, pro portare, seu gestare, [*Portare,*] κομίζειν, Pla. in Mer. Tole
rat hæc nauis metretas trecentas. Tolerare milites sua pecunia,
[*Mantenere a suoi danari,*] id est, sustinere, & stipendium, aut certa
necessaria subministrare. Plin. libr. 33. c. 20. Octona millia equitũ
sua pecunia tolerauisse. Hinc tolerans, nomen ex partic. i. patiẽs, vt
Tolerantissimus penuriæ. i. patientissimus, apud Col. li. 9. c. 1. Tole-
ranter, [*Tolerabilmente,*] adu. patienter, tolerabiliter. Pli. lib. 8. c. 45.
Anniculæ ad fœcunditatem poscuntur tolerantius tamen binæ. De
bob. Qu. li. 8. cap. 6. Qui tolerantes videre Septentriones videmur.
Hinc quoque Toleratio, onis, verbale ipse tolerandi actus. Ci. 2. de
Fin. Quędã alia toleratio est verior. Tolerabilis, le. [*Sopportabile,*]
quod tolerari potest. Plin. in Paneg. Tolerabile tributum. Cice. de
Ami. Quæ tamẽ si tolerabiles erunt ferendæ sunt. Vnde Tolerabi-
liter, aduer. facilè, sine discrimine, [*Facilmente.*] Col. li. 2. cap. 1. Ad
huc tolerabiliter efficies. Ci. Cæl. l. 2. Quo tolerabilius igniculũ de-
siderij tui feramus. Hinc etiam tolerantia, tiæ, [*Patienza.*] Cicer. in
Para. Tolerantia rerum humanarum, ex contemptione fortunę.
Qu. lib. 1. c. 1. Tolerantia tamen doloris laude sua non carebit. Into-
lerandus, ἀνυπόστατος, qui ferri non potest.

TOLETVM, n. 2. τόλητον, vrbs Carpetanorum, in tractu Tarraconensis
Hispanię, apud Ptolomęum lib. 2. c. 6.

TOLLENON, onis, n. 3 genus machinæ, vt ait Festus quo hauritur aqua
in alteram partem prægrauante pondere. Pli. li. 19. c. 4. Vel. Tolle-
nonum haustu rigandos. Liu. li. 8. Bel. Mace. In ariete tollenonibus
libramenta plumbi, aut saxorum, stipitesve robustos incutiebant.

TOLLON, lonis, m. 3. a Plauto in Rudente, videtur positum pro eo, qui
ex puteo aquam haurit.

TOLLO, lis, sustuli, & secundum antiquos tetuli, sublatum, ere. 3. [*Leua-
re, alzare, torre, soglier,* נשא] nasa. Germ. Auffheben, erheben. *Gal.
Esleuer en haut, hausser, tollir, oster. Hisp. Alzare, ò quitar,*] αἴρω. elc-
vo, attollo, sursum erigo. Pla. Tolle caput. Cice. 4. Acad. Hortẽsius
vehementer admiratus, vt etiam manus sæpe tolleret. Oui Epi. 14.
Ter acutũ sustulit ipsẽ. Liu. li. 4. Bel. Mac. Sublatis deinde supra ca-
pita scutis. Vlp. Ius vicino non esse altius ędes tollere. Aliq̃n tollere
est capere, [*Pigliare.*] Vir. li. 4. Geor. Vt cymbæ instabilis fluctu ia-
ctante saburram Tollunt. Aliq̃n susc ipere. Sueto. de Neronis parẽ
te. Decessitq. Pygis, sublato filio Nerone ex Agrippina. Aliq̃n nu-
trire, [*Nutrire*] Ter. in Andr. Quicquid peperisset, decreverunt tol
lere. Aliq̃n aufero. Cic. in Læl. Solem de mundo tollere videntur, q.
amicitiam è vita tollũt. Tollere de medio [*Amazzare,*] i. interime
re. Cic. pro Ros. Amer. Perfacilè hunc hominem incautum de me-
dio tolli posse. Aliq̃n differre, [*Prolongare,*] Plau. Oẽs tollo ex hoc
die in alium diem. Aliq̃n inferre. Vir. 3. Geo. Tollentemque minas
& sibila colla tumentem. Nam tollere minas. [*Minacciare,*] est mi
nari, timorem incutere, inferre. Tollere gradum, ambulare, [*An-
dare.*] Pla. in Bac. Adibo contra, & tollam gradum. Tollere se altius
a terra, est crescere, [*Crescere,*] ac de herbis, & arboribus dr. Tolle
re animos est superbire, audaciorem esse. Prop. li. 3. Ele. 18. I nunc,
tolle animos, & tecum finge triumphos. Ter. in Hecyra. Quia pau
lulũ vobis accessit pecunię, sublati animi sunt. Tollere animos di
ctis, [*Laudarsi*] est magnanimitatẽ suam dictis comprobare. Vir.
9. Aenei. Virtus animos tollit dictis. Tollere cachinnum, est in elatu
& immoderatum risum solui. Tollere clamorem, est clara & ma-
gna voce clamare. Cicer. 7 Ver. Clamor a fani custodibus tollitur.
Tollere aliquem in cęlum humeris, [*Laudare,*] est illum laudibus
celebrare, & quantum fieri potest, diijs immortalibus æqualem fa-
cere. In qua significatione etiam dicimus, tollere in cęlũ fama ali-
quem, & tollere laudes alicuius in astra, [*Laudare.*] Cic. ad Att. li. 1.
Hortensius, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè no-
stras laudes in astra tulit. Vir. 5. Ecl. Daphnimque tuum tollemus
ad astra. Tollere manus, [*Allegrarsi,*] lętitiæ signum est, & gratus
agentis. Ci. ad Cæs. li. 6. Sustulimus manus, & ego & Balbus, Tolle
re aliquem ab officio, est priuare, [*Priuare,*] Tollere aliquem de
oratione sua, est eum excipere. Tollere aliquẽ de medio, è medio,
vel ex rerum natura, idem. Tollere legẽ [*Annullare,*] abrogare. tol
lere moram, festinare. Tollere metum, timorem adimere. Tollere
spem, auferre. Tollere aliquem testimonio, testimonijs ita convin
cere, vt condemnetur, & puniatur. Tollere aliquem ferro, aut vene
no, est interficere, [*Vccidere.*] Hinc Sublatus participium, id est, ele
vatus, ablatus, &c. secundum significationem sui verbi. Vir. 2. Aen.
Et sublatus ad æthera clamor. Ponitur aliquando pro superbiente,
& ferociente, [*Insuperbire.*] Cæs. 1. Bel. Gal. Quo prælio sublati Hel
vetij. Hinc quoque sublatio verbale, vel Sublatio animi, i. elatio, su
perbia. [*Superbia*] Ci. 2. de Finibus, Voluptatem Stoici sic definiũt,
Sublationem animi fine ratione opinãtis se magno bono frui. Sub-
latè, [*Altamente,*] aduet. Cic. de Clar. Or. Sublatè, ampleque dicere.
Idem pro domo sua, Nihil vnquam de me dixi sublatius ad scisce
dæ laudis causa. Composita Attollo, Contollo, Extollo, Sustollo,
suis locis videto.

TOLOSA, f. 1. [*Tolosa,*] τόλωσα, p. p. vrbs Tectosagũ in ea parte Narbo-
nensis Galliæ, quæ in Pyrenęos montes vergit: cuius incolæ dicunt
Tolosani. Aurum Tolosanum habere prouerbio dicuntur, qui ma-
gnis, & fatalibus afficiuntur malis, noxoque ac miserando pereunt
exitio: Sumptum a Q. Cœpionis Consilis exercitu (vt indicat Gel-
lius) qui cum Tolosam diripuisset, multumque auri ex templis ab-
stulisset, subito magna lues exercitum inuasit, quæ eos omnes, qui
aliquid ex sacro auro attigerãt, miserando letho genere absumpsit.
Vide Adagia.

TOLVTARII, m. 2. siue tolutares equi, ἀπὸ τοῦ ὁμοίως δ' ἅμα, dicuntur, q.
alio nomine ab Asturia, Hispaniæ regione. Asturcones dicuntur, a
nonnullis et Gradarij, quia gradu non vulgari incedant, sed alter-
nis crura molliter explicantes, commodam sessori prębeant vectio-
nẽ, citra vllam succussationis molestiam. Tolutare dicti, siue a
tollẽdis alterno glomeratu pedib. siue vt alij malunt) apedum ve
lubilitate, quasi volutarij. Senec. in epi. Mannos tolutares appellãt.

TOLVTILOQVENTIA, f. 1. volubilis sermo, vt interpretatur Nonius, ci
tans locum Mæuij poetę ex Gallitaria.

TOLVTIM, ἀδρόμως, i. volubiliter, & molliter: propriè que ad Astur-
conum, siue gradariorum incessum attinet, qui alternis crura mol-
liter explicantes, commodissimam sessori prębent vectationem. Q
genus equorum a Polluce, ἀδρόμοι appellantur. Tolutim (inquit
Non.) quasi volutim, vel volubiliter. Plautus in Asi. *Tolutim nibadi-
zas.* Var. Vt equus, qui ad vehendum est natus, tamen traditur ma-
gistro, vt equiso doceat tolutim incedere. Pl. li. 8. c. 42. In eadem ni-
gritro, vt equiso doceat tolutim incedere. Pl. li. 8. c. 42. In eadem ni-
spania Callaica gens & Asturica equini generis, quos Thieldones
vocamus, minori forma appellatos. Asturcones gignunt, quib. non
vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glo-
meratio: vnde equus tolutim carpere incursus traditur arte.

TOMACVLA, f. 1. [*Tomaselle, mortadelle,* Germa. Embeberwurst, fuell
wurst. G. *Saussisson. Hispan. Assadura de animal guisado,* ἀλλᾶντες
vel per syncopen Tomacla, edulia sunt, quæ fere ex iecore porci-
no minutim concisso, & iam semicocto, infusis ouis crudis, & caseo
optimo, & liquamine, pipere, aniso, gingibere, fieri consuerunt,
tegunturque omento fuillo. Dicta Tomacula, ἀπὸ τῦ τομεῖν, q̃d
est incidere. Iuuen. Sat. 10. Candiduli diuina Tomacula porci.

TOMACINAE, f. 1. [*Tomaselle,*] ἀλλᾶντες, edulia ex iecore porcino mi-
nutim cõciso, quæ & Tomacula dicuntur. Var. li. 2. c. 4. Quotannis
è Gallia apportantur Romam pernæ, tomacinæ, & petasones. Plin.
Tomacinæ appellantur, quæ Tomacula Insubres vocant, Galli no-
stris temporibus Tomacellas.

TOMENTVM, ti, n. 2. γνάφαλον, lana breuis ac concisa, quæ ex vestibus a
fullone poliendo detrahitur, & quicquid farciminis ex quacunq;
re, siue ex fœno, aut palea, siue ex pluma fuerit: quo culcitræ farci
tur. Var. de Ling. Lat. li. 4. Postquam transierunt ad culcitras, quod
in eas sagos, aut tomentum, aliudve quid calcabant, ab inculcãdo,
Culcitra dicta. Vt aũt tomentum deduci a τίλλω, quod significat
incido. Sueto. in Tib. Adeo alimenta Druso subducta, vt tomẽtum
ex culcitra tentauerit, q̃ mandare. Tomentorum autem aliud Ecce
nicum dicebatur, quod fiebat ex lana alba concisa: Aliud Circen-
se, ex arundinibus concisis factum, idq. stramentum habebatur pic-
beiorum. Dictum Circense, quod in Circo Romano sternebatur, il
licque egeni quiescebãt. Sen. li. de Beata vita: Nihilo miserius ero,
si lulla cetuix mea in manipulo fęni acquiescat, ac si super Circen-
se

ſe tomentum per ſarcinas veteris lintei affluens incubabo. Mar.li. 14. To.nentum conciſa palus Circenſe vocatur.

TOMICE, ces, f.1 ſiue (vt quibuſdã placet) tomix, cis. τομικὴ, Germa. Ein grob vngebuzet hanffleil, appellat ex cannabi impolita & ſpar to leuiter torta teſtis, ex qua funes fiũt. Pl.l.17.c.10. Palla li.1.c.13.

TOMOS, f.2. τόμος, Straboni, Ciuitas ī Ponto Ouidij exilio nota, ab eo dicta, quod illic Medea Abſyrti fratris membra fruſtulatim conci derit, vt partem inſequentẽ remoraretur. Oui.3. Triſt. Inde tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra ſoror fratris cõſecuiſ ſe ſui. Conditam apparet a Mileſijs, quod & ipſum teſtatur idem Oui.li.1. Triſt. A quibus aduenias Meletida ſoſpes ad vrbem Offen ſi quo me contulit ira Dei.

TOMVS, tomi, m.2. [*Pezzo, parte, volume, tomo,* מגלה meghillah כפר ſepher. Ger. Ein ſtuck oder theil. G. *Tome, volume, piece. Hiſp. Cortadura,*] τόμος, fragmẽtum, vel pars operis, quam Latinè Sectionẽ vocamus. Mar. lib.1. Scriptura quanti conſtet, & tomus vilis, vnde Origenes tertium librorum ſuorum gentis Tomos inſcripſit, quos (vt ait Hieronymus) nos poſſumus appellare volumina.

TOMYRIS, p.c.f.3. τόμυρις, fuit regina nobilis Maſſagetarum in Scy thia, quæ potentiſſimo Perſarum Regi Cyro bello congreſſa ipsũ & vita & caſtris, ſpoliauit ad vlciſcẽdam filij mortem, quem ille prius a matre obuiam miſſum, cum ſuis per inſidias interfecerat. Nec tamen hoc euentu victoriæ contenta fuit, aut emollita animi rabies: mortui enim caput in vtrem humano cruore plenum demi ſit, his verbis inſultãs: Filij mei ſanguinem hauſiſti, & meum ſiti ſti Cyre: at ego cruore te ſaturabo. Herod. lib.1.

TONDEO, tondes, totondi, ſum, 2.2. [*Toſare* גז ghazaz. Ger. Scheren. *Gal. Tondre. Hiſ. Treſquilar,*] κείρω. lanam, ſiue capillos, & huiuſmo di incido. Plin. lib.8.c.48. Oues non vbique tondentur. Cice.5. tuſ. Regiæ virgines, vt conſtriculę, tondebant barbam & capillum pa triis. Mar. lib.2. Non tondet, inquam, quid ergo facit? radit Vir. li. 3. Georg. Nec minus interea barbas incanaq; menta Cinyphij ton dent hirci. Interdum depaſcere, vel paſcendo abſumere, [*Paſcere,*] Vir. lib.1. Geor. Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci. Aliqn reſecare, vel demetere. Idem li.2. Geor. Nocte arida prata Tondẽ tur, id eſt, ſecantur. Tondere aliquem auro, id eſt, emungere. techna aliqua ſpoliare. Plau. in Bacc. Tondebo auro, vſque ad viuam cutem. Attondeo, & Detondeo, ſuis locis.

TONESCIT, [*Tonare,* רעם rangham, ורעים hirnghim] βροντᾶ, tonat. Varro Bimargo, vt citatur a Nonio, Cęlitum altum tonitribus tẽplum tonescit.

TONIMVS, veteres, pro ſonamus vſurparunt. Varr. Eudæmonibus, tibi tympana non inaneis ſonitus matris Deum tonimus. Nonius.

TONITRVS, us, m.4. [*Tono,* רעם rangham. German. Der tonder. *Gal. Tonnere. Hiſ. Tronido,*] & Tonitru, neutrum indeclinabile in ſin gulari, in plurali. Tonitrua, βροντή, fragor nubis, qui fit erumpen te fulmine. Ouid.2. Met. Vnde ſolet tonitrus, & fulmina mittere terris Iuuen. Sat.5. Et facient optata tonitrua cœnas. Cic.1. de Diu. Nonne perſpicuum eſt ex prima admiratione hominum, quod to nitrua, tactuſque fulminum extimuiſſent, credidiſſe, ea efficere re rum omnium auctorem Iouem? Tonitruũ, tonitrui, idem Cœlius Cic.li.8. Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor tonitruum.

TONO, as, tonui, tonitum, & aliquando, tonatum, n.1. [*Tonare,* רעם rã gham ורעים hernghim. Germ. Tonderen. *Gal. Tonner. Hiſpa. Tronar al cielo.*] βροντάω, notę ſignificationis. Cice. de Diu. Cum tonuit læuum bene tempeſtate ſerena. Apud vetuſtiſſimos legitur tono, tonis, per tertiam cõiugationem. Varr. in Eudæmonibus, vt citatur a Nonio Tympana tibi non inaneis ſonitus matris Deorũ tonimus tibi ſemiuiri. Tonare laudes alicui, eſt magnopere efferre. Plin. in Præfat. li.3. Quanto tu ore laudes patris tonas? Tonare murmure, & verberibus, eſt reſonare, [*Reſonare.*] Mart. libr.9. Murmure iam fæuo verberibuſque tonas. Compoſita Attono, Contono, Circum tono, Detono, Intono, Pertono, ſuis locis videto.

TONSAE, f.3. [*Remi,* תותים miſchſchotim. G. Ruder. *Gal. Auirons. Hiſp. Palas de los remos,* ſ. τμοι, dicuntur temi, adiuerbẽdis flu ctibus. Virg. lib.7. Et in lento luctantur marmore tonſæ.

TONSILIS, & hoc le, p.c.o.3. [*Toſato, potato* Germa. Beſchoren, κεκαρμένος, quod tonſum eſt, ac in orbem & comam putatum ut Tonſi les oleę. Tonſilis buxus. Plin. li.12.c.2. Primus Cn. Marius nemora tonſilia inuenit. Idem lib.18.c.50. Villo tonſili veſtiuntur.

TONSILLAE, f.1. μαρίσθμια, extremę faucium partes, cira radicem lin guæ, gulam vtrinque attingentes. Cic.2. de Nat. Deor. Linguam ad radices eius hętens excipit ſto machus, quo primum illabuntur ea, quæ accepta ſunt oris vtraque ex parte tonſillas attingens, palato extremo, atque intimo terminatur. Tonſillas item medici vocant faucium inflammationes cum tumore, Græci παρίσθμια.

TONSO, ſas, frequ. vnde & detonſo, as. 1. ἀποκείρω. Gel. Capillos Dialis, niſi qui liber homo eſt, non detonſet. Hinc aliud frequen. Tonſito, as. Pla. in Bac. Ter. In anno tu has tonſuras?

TONSOR, oris, m.3. [*Barbiere* מגלב ghozez ghallab. Germ. Ein ſche rer. *Ga Barbier. Hiſpa. Barbero, o traſquilador,*] κουρεύς, qui barbam tondet, aut aliud quippiam. Var. lib.2. de re ruſt. c.11. Omnino ton ſores in Italia primum veniſſe ex Sicilia dicuntur poſt Romam cõ

ditam anno CDLIIII. vt ſcriptum in publico Ardeæ in litteris ex tat. Ibidem, Olim tonſores nõ fuiſſe ſignificant antiquorũ ſtatuæ, quod pleræque habent capillum & barbam magnam. Cic.1. Tuſc. Dionyſius, ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas do cuit. Pla. in Aſin. Ad tonſorem ire dixit.

TONSTRIX, cis, f.3. [*Tonditrice,* עזרת ghozezeth. Ger. Ein ſchererin. *Gal. Barbiere. Hiſpa. Barbera, o treſquiladora,*] κουρέτρια, mulier tõ ſoris officio fungens. Pla. Truc. Hinc Tonſtricula. Cic.5. Tuſc. Re giæ virgines, vt tonſtriculæ, tondebant barbam.

TONSORIVS, a.um, o.1.2. κουρικός, quod ad tondendum pertinet: vt, Culter tonſorius, hoc eſt, nouacula, [*Forfice, forficette*] Cice.2. de Off. Qui cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi adure bat capillum.

TORSTRINA, æ. p.p.f.1. [*Barberia.* G. Ein ſcherſtub, ſcherersladen. G. *L'ouroir d'vn barbier, barberie. Hi. Barberia la tienda del barbiero,*] κουρεῖον. officina tonſoris. Pla. in Aſin. Libanum in tonſtrinam iuſ ſeram venire. Teren. in Phorm. Ex aduerſum ei loco tonſtrina erat quædam.

TONSVS, a, um, o.1.2. [*Toſato,* נוז naghoz Ger. Beſchoren,] κουρεύς, lana, crineve ſpoliatus. Cic. in Piſo. Cum illa ſaltatrice tonſa. Mart. lib.11. Et tonſo pura miniſtro. Tonſæ valles, [*Segate,*] quæ arborib. & ſiluis veluti comis ſuis vidiuatæ ſunt. Vir.4 Georg. Tonſis in val libus illum Paſtores. Contra intonſi montes, ideſt, ſiluoſi. Varr. In tonſi montes & feris pleni. Villi tonſi. Virg.1. Aen. Ipſe caput tonſę foliis euinctus oliuæ.

TONSVRA, æ, f.1. [*Toſatura,* ז ghez. G. Beſcherung, κούρα, eſt ipſe tõ dendi actus. Col. lib.7. cap 4. Tonſurę certum anni tempus per om nes regiones ſeruari non poteſt. Item lib.11. cap.1. Oues Tarentinę radice lanaria lauari debent, vt tonſuræ præparentur.

TONVS, m.2. [*Tono.* Germa. Ein thon, Lautung. *Gal. Son, ton, accent. Hiſ El tono ẽ nel arte de la muſica accedo de cada palabra,*] τόνος, id ẽ quod voculatio, ſiue accentus, a verbo τείνω, quod eſt intendere, quaſi τῆς, φωνῆς τάσις, Toni item dicuntur nerui in ſtomachi late ribus. Præterea tonum appellant ſpacium, interiectum inter terrã & citimum cœli circulum, hoc eſt, lunarem, quod eſt centũ vigin ti ſex millium ſtadiorum, vt inquit Martianus: quoniam vt in ſo nis interuallum cum legitima quantitate minimum ex duobus ſo nis inter ſe diuerſis, ita in cœlum minimum a terra ſpacium ad Lu nam Tonum appellare placuit. Huius menſuræ dimidium, Hemi tonium, ἡμιτόνιον, dicitur. Tonus verò cum Hemitonio proportio nem, facit ſeſquiplam, hoc eſt, ſeſquialteram. In picturis item ſplen dor intermedius inter lumen, & vmbram, Tonus dicitur. Plin. lib. 35.ca.5. Deinde adiectus eſt ſplendor alius hic, quam lumen, quẽ quia inter hoc, & vmbram eſſet, appellauerunt Tonon: communi ras vero, & tranſitus, Armogen.

VIMINALIS, nalc, o. 2. [*Pertinente a vimine.* Ger. Das zu vveiden oder binden dienstlich ist] λυγικός, quod vimina profert, ut Salix viminalis. Plin. lib. 17. c. 20. Salicis viminalis singula iugera sufficiunt viginquinque vineæ iugeribus. Col. lib. 4. c. 10. Quare salices viminales atque arundineta, vulgaresque siluę, uel consulto consitæ è castaneis prius faciendæ sunt. Viminalia, absolutè λυγικά, τά, nomen generale est, omnibus tum arboribus, tum fruticibus commune, quæ vimina producunt. Pl. loco paulo ante citato. Hæc est viminalium cultura.

VIMINALIS, m. 3. Collis, vnus ex septem vrbis Romanæ collibus in tertia vrbis regione: ita dictus a viminum silua in eo enata: vnde & Ioui viminco, cuius ibidem ara erat, nomen inditum, vt est auctor Varro lib. 4. de Ling. Lat.

VIMINALIS, f. 3. porta Romæ fuit inter Salariam, & Exquilinam: ita dicta, quod in Viminalem collem duceret. Eadem Nomentana dicta est, quod per eam in agrum Nomentanum esset iter.

VINACEA, orum, n. 2. [*uinaccioli.* Germ. Treber, traubenkerner.] pl. n. ὀινάρια. granula illa lignosa, quæ in vuarum acinis nascũtur. Col. lib. 11. de Arborib. c. 9. Vt autem vuæ sine vinaceis nascantur, malleolum scindito, ita, ne gemmę lædantur, medullamq. omnẽ eradito, &c. Et paulo post; Adultera vitis tales vuas sine vinaceis creabit. Nonnumquam tamen vinacea, [*uinaccie,*] dici inuenimus pro totis vuæ expressæ reliquijs, hoc est, non solum pro hisce granulis, verum etiam pro ipsis folliculis. Col. lib. 12. c. 36. Tortiuum, mustum dicimus, quod post primam præfluum vinaceorum, circumciso pede exprimitur. Col. lib. 8. Vinacea, quamuis tolerabiliter pascãt, dari non debent, nisi quibus temporibus annus fœtum nõ edit. Itẽ li. 6. c. 3. Licet ẽt, si uti leguminu inopia, & eluta, & siccata vinacea, quæ de lora eximuntur, cum paleis miscere. Legimus & Vinaceos, m. g. in eadem significationę. Var. 3. de re rust. ca. 11. Pabulum his datur triticũ, hordeũ, vinacei vuæ. Idem Vinaceus, f. g. Pl. li. 17. c. 22. Circum capita addo stercora, paleas, vinaceas, aut aliquid horum. Legitur & adiect. Vinaceus, a, um: vt, Acinus vinaceus. Cic. de Sen. Omitto n. vini omnium, quæ generantur a terra, quę ex tanto grano, & ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum, aut stirpium minutissimis seminibus tantos truncos procreat.

VINAGO, inis, f. 3. *vivar.* palumbi genus, maius, columba, minus autem palumbo torquato, ita dictum ab vsu labruscarum, vt putat Sipontinus.

VINALIA, n. νινάρια, tam secundæ, quam tertiæ declinationis, pro die festo, quo veteres nouum vinum Ioui libabant 9. Kal. Maij, ut ait Plin. lib. 18 c. 29. Erant & altera Vinalia, quæ ad 13 Kal. Aug. celebrabantur, teste eodem Pl. loco iam citato.

VINARIVS, rij. m. 2. [*uenditor uini.* Ger. Ein vveinschenck, vveinmã. οἰνοπώλης. vini venditor. Pla. in Asin. Sed uina, quę heri vendidi vinario. Exarambo, iam prorsus satisfecit Sticho. Suet. de Cla. Cum de lanijs, aut vinarijs ageretur, exclamauit in curia. Ponitur aliquando pro uinoso ac ebrioso, [*Ebro, ubriaco.*] Vip. in l. ob quæ de ædil. edict. Item aleatores & vinarios non contineri edicto, quosdam respondisse Pomponius ait, &c.

VINARIVS, ria, rium, o. 1. 2. [*Che ferisce a vino.* Ge. Zu dem vveindienstlich.] οἰνικός. quod ad vinum pertinet; vt, Taberna vinaria, [*Magazino da vino,*] in qua venditur vinum. Vas vinarium, in quo vinum apponitur. Ca. 8. Ver. Etat etiam vas vinarium ex vna gemma prægrandi. Cella vinaria, apotheca, in qua vinum asseruatur. Pl. lib. 14. ca. 13. In quib. erant claues vinariæ cellę. Lacus vinarius, in quem mustum defluit. Cel. li. 12. c. 38. Tum lacus vinarij, & torcularij, & fora, omniaq; vasa, si vicinum est mare, aqua marina, si minus, dulci eluenda sunt, & commutanda.

VINCA PERVINCA, f. 1. κλημαπὶς λαγγοειδὴς. herba est topiaria, perpetuo virẽs, foliis geniculatim vestita, veteribus inopiã florum supplere solita, humi serpens, & in modum funiculi se porrigens, & vicina quæq; uinciens, vnde & nomen inuenit. Pl. l. 21. c. 11. alio nomine Camædaphnem, quasi humilem laurum appellari tradit, propter foliorum similitudinem; omnino tamen diuersa est a Camædaphne Dioscoridis: quam Latini Laureolam appellant, siue Lauraginem. Officinæ *Pernenecam* nominant.

VINCA, vincę, f. 1. κλημαπὶς λαγγοειδὴς. herba topiaria, humi repens, lauri foliis, tenuibusque sarmentis, quibus obuia quæque vincit, vnde & nomen inuenit. Plin. iun. Epist. 17. Adiacet gestationi interiore circuitu, vinca tenera, & umbrosa, nudisque etiam pedibus mollis, & cedens. Eadem & Vinca peruinca appellatur a Pl. maiore. lib. 21. c. 11.

VINCIO, is, xi, ctũ, a. 4. [*Ligare,* אסר asar קשר kaschar. G. Binden G. *Lier. Hisp. Atar,*] δέω. ligo, cõtineo. Virg. 1. Aen. Purpureoq; alte suras vincire cothurno. Qui. 10. Met. Non huc, vt opaca viderem Tartara descendi: nec vt villosa colubris Terna Medusæi vincirẽ guttura monstri. Cic. pro Marcel. Omnia quę delapsa tã fluxerũt, seueris legibus vincienda sunt. Idem in Or. Et verba eligebant, & sententias graues & suaues reperiebant: sed eas haud vincichant, haud explebant. Hinc Vinctus, a, um, [*Ligato,*] part. & composita Deuincio, & Reuincio, quorum significata vide suis locis.

VINCO, is, ci, ctũ, a. 3. [*uincere, superare, farsi superiore,* נצח] nusseach. Ger. Vbervvinden, imitrett obligen, sygen. *Gal. uaincre, surmonter. Hisp. uencer, o ganaren juegos,*] κρατέω. supero, ex certamine superior euado, victoriam reporto. Cic. in Catil. Mihi uidendum est cum illis, quos uici, & subegi. Virg. 10. Ecl. Omnia uincit amor. Idem 1. Geo. Labor omnia vincit Improbus, & duris vrgens in rebus egestas. Cic. 1. Offi. Non est confentaneũ, qui metu non frangatur, cũ frangi cupiditate; nec qui inuictum sera labore præsumet, victa voluptate. Per translationẽ ponitur pro exprimo, & quasi difficultatẽ rei dicendo supero. Vir. 3. Geo. Nec sum animi dubius, verbis ea uincere magnũ Quã sit. Itẽ pro animi compos fio, unde & victor, pro animi cõpote accipitur. Idem *li. 3. Geo. Illi victori ego,* & Tyri conspectus in ostio. Ponitur aliquando pro conuincere, ducere, probare. [*Prouare*] Cic. pro Cluen. Vincet deinde, virum bonũ fuisse Oppianicũ. Vincere cibum, [*Digerire,*] dixit Pl. l. 11. c. 53. ꝓ concoquere. Vincere expectationẽ, est facere plus q̃ quisquam speraurat. Vincere sua fata, dicuntur parentes suis liberis superstites. Virg. 11. Aen. Contra ego viuendo uici mea fata, superstes Restatẽ vt genitor. i. naturalem ordinem uita longiore superauimus q. hic ordo est, ut sint parentibus superstites filii. Composita huius sunt, Conuinco, Deuinco, Euinco, & Peruinco. Der inata, Victor, Victrix, Victoriosus, & Victima, de quibus dictum est supra.

VINCIBILIS, o. 3. [*uincibile.* Ger. Vbervvindlich Ga. *Aise a vaincre, vincible. Hisp. Cosa facil de ser vencida*] νικητός. superabilis, qui uinci potest. Col. lib. 3. c. 12. Grauem terram vix ulla cultura uincibilẽ. Interdum adhuc accipitur pro eo, quod uincere potest, ut Causa uincibilis, quæ facilè possit, & merito debeat obtinere. Ter. in Pho. Iustam illam causam, facilem, uincibilem, optumam.

†VINCTVRA, æ. [*Ligamento.*] *Dicit.* Plin. lib. 19. cap. 4. Virgas sequacis ad vincturas tentatur.]

VINCTVS, a, um, o. 1. 2. [*Ligato,* אסור קשור esur kaschur. G. Gebunden. *Gal. Lié. Hisp. Atador,*] δεδεμένος. ligatus, constrictus, pars a Vincio. Cic. 6. Ver. Dedit igitur fortuna Siculorum C. Marcello inuicem, ut cuius ad statuam Siculi te Prętore alligabãtur, eius religioni te eundem uinctum, astrictumq; dedamus. Ter. Eu Quos matres student Demissis humeri esse, uincto pectore, ut graciles fiant. Vinctus aliquando pro captiuo [*Prigione*] accipitur, siue pro seruo compedito sumitur, qui ex uinculis, aut in ergastulo opus facit. Δεσμώτης. Seneca Qui unus erat è vinctis Cæsaris, mox libertate donatus est. Pl. ep. 19. Nam nec ipse vsquam uinctos habeo. Vinctus, us, ui, [*Legame,*] ligamen. Var. 1. de re rust. c. 8. Et uinde mia sæta, denique discat pendere in palmam, aut funiculo, aut uinctu, quod antiqui uocabant cestum.

VINCVLVM, li. n. 2. [*Legame,* אסר קשר esur kaschur. Ge. Ein band. G. *Lien. Hisp. Atadura,*] δεσμὸς. ligamen. Cic. 3. Offi. Nullum enim uinculum ad stringendã fidẽ iureiurãdo maiores arctius esse uoluerũt. Copulare uno uinculo. Liu. li. 8. Bel. Pun. Vir. 2. Aen. Nã tenetas arcebant uincula palmas. Ouid. 9. Met. Dixerat, & summo digestũ uincula collo Injecit. Cic. pro Cęc. Qui ius ciuile contemnendum ponat, is uincula retexerit, non modo iudiciorum, sed etiam uitæ q; cõis. Vincula, pro omnib. quibus uites religantur. Col. lib. 3. Salix humida loca desiderat, genista etiam sicca, utraq. tamẽ circa uineã seruntur, cum palmitibus donec prębeãt uincula. Vinculũ iugale, [*Matrimonio,*] per translationem pro coniugo. Virg. 4. Aeneid. Ne cui me uinclo uellẽ sociare iugali. Vincula pro carcere [*Prigione*] δεσμωτήριον. in quo noxij uincti seruantur. Cic. 7. Ver. Quid si aufugisset? si uincula rupisset? In uinculis esse, est in carcere esse uinctum. Pl. l. 7. cap. 34. de Scipione Nasica: In summa, erit in patria mori non sic uti; nõ hercle magis quam extra uincula illi sapientis-

PHILOSOPHICAL TRANSACTIONS.

I. *Of the Motion of Light and the Aberration of the Fixed Stars.* By Mr. James Bradley, Professor of Astronomy at Oxford, and F. R. S.

Read January 17, 1727-8.

Having, for several years, had a design of examining the parallaxes of the fixed stars, I began my observations with that star in the head of the Dragon, which passes almost through the zenith of London; and, by the beginning of December, 1725, had made such a number of observations as I thought sufficient for that purpose. But, before I proceed to the consideration of the parallax, it was necessary to examine the quantity of the aberration of the star, arising from the motion of light, and the motion of the earth in its orbit; which, I hoped, would be easily done by the observations I had made for the parallax, and which I was the more desirous to do, because the quantity of the aberration would be of use to find the distance of the star from the earth, or its parallax, by determining the proportion between the velocity of light, and that of the earth in its orbit.

I had observed, that the star was directed towards the south part of the horizon, when the earth was moving directly towards it; and that, when the earth was moving directly from the star, it was directed towards the north part of the horizon; and that, in the intermediate positions of the earth, the star had intermediate positions, which were nearer to, or farther from, the south part of the horizon, according as the earth's motion was more or less direct towards the star. And, therefore, the annual motion of the star in the meridian was to be determined from the difference between its greatest and least zenith distances, which happened when the earth's motion was directly towards the star, or directly from it; and the sum of those zenith distances, diminished by the sum of the two aberrations, was the distance between the two parallels, in which the star appeared to move, by the motion of the earth in its orbit.

But, before I could determine the quantity of the aberration, it was necessary to find the point of the heavens, towards which the earth was directed in its orbit, at the time of each observation; which, I hoped, would be easily done, by comparing together observations, which had been made at different times of the year, and which, by the preceding theories, were found to be affected with the greatest contrary errors, on account of the aberration.

Thus, the observations, which were made about the beginning of December, 1725, and in the beginning of March following, were found to be affected with the greatest contrary errors, on account of the aberration; and, therefore, the difference between the zenith distances, which were observed at those times, was to be corrected, only by the difference between the aberrations, which, by reason of the contrary motion of the earth in its orbit, was the sum of the two aberrations.

But, the observations, which were made about the beginning of December, and in the beginning of June following, were affected with the greatest contrary errors, on account of the aberration; and, therefore, the difference between the zenith distances, which were observed at those times, was to be corrected, only by the difference between the aberrations, which, by reason of the contrary motion of the earth in its orbit, was the sum of the two aberrations.

Now, the difference between the zenith distances, which were observed in December and March, was found to be greater than the difference between the zenith distances, which were observed in December and June; and, therefore, the sum of the two aberrations, which was to be added to the difference between the zenith distances, which were observed in December and March, was greater than the difference between the aberrations, which was to be added to the difference between the zenith distances, which were observed in December and June; and, therefore, the earth was moving in a direction, which was between the direction towards the star, and the direction from the star.

And, because the difference between the zenith distances, which were observed in December and March, was found to be greater than the difference between the zenith distances, which were observed in December and June, by the sum of the two aberrations, which was to be added to the difference between the zenith distances, which were observed in December and March, was greater than the difference between the aberrations, which was to be added to

Mr. Hall's Method of Preparing Sheet Iron and Steel Plates for Tinning.

Mr. Hall's Method of Preparing Sheet Iron and Steel Plates for Tinning.

Mr. Hall's Method of Preparing Sheet Iron and Steel Plates for Tinning.

Mr. Hall's Method of Preparing Sheet Iron and Steel Plates for Tinning.

fraw vschafft. *Gal. Virginite, uisp. Virginitad]* παρθενία. cui nullum fuit cum uiro commercium. Pli. lib. 24. c. 13. Anaxilaus auctor est, mammas a uirginitate illitas semper flaturas. Ouid. in Epist. Oenones ad Paridem: Me fide conspicuus Troię munitor amauit, Ille meę spolium uirginitatis habet. Cic. 3. de Nat. Deor. Minerua patrem dicitur interemisse, uirginitatem suam uiolare conantem. Virg. 11. Aen. Sola contenta Diana Aeternum telorum, & uirginitatis amorem Intemerata colit.

VIRGO, nis, c. 3. [*Virgine,* בתולה berhulah. G. Ein Iunckfraw, iunge tochter. *Gal. uierge, pucelle. Hi. uirgen, donzella.*] παρθένος. a uiridiori. i. ualidiori ætate appellata est, unde & mares aliquãdo uirgines appellatus inuenimus. Vir. Eclog. 6. de Pasiphae, quę trium liberorum mater erat: Ah uirgo infelix, quæ te dementia cœpit? Hodie tamen uirginem eam solam dicimus, quæ incorrupta est, & uirum nõ expetita, cui opponitur Mulier. quę cum uiro habuit commercium. Vnde Cicer. referente Quin. li. 6. capit. 4. obiurgantibus, quod sexagenarius Popilium uirginẽ duxisset, Cras mulier erit, inquit. Vlp. Quod si ego me uirginem emere putarem, cũ esset mulier, emptio non ualebit. Virgi. 2. Aen. Ecce trahebatur passis Priameia uirgo Crinibus a templo Cassandra. Horat. 3. Car. Ode 6. Monus doceri gaudet Ionicos Matura uirgo. Gel. libr. 12. capit. 7. Virginem habens tam maturam uiro. Breta etiam animalia, quæ marem nondum admiserunt, uirgines dicuntur. Plin. libro 18. capit. 9. Quin & sanguis equorum lepticam uim habet, item equarum, prętquam uirginum, exodit, emarginat, uicerat. Per trãslationem Virginis uocabulum etiam alijs rebus communicatur. Quas incorruptas significare uolumus. Vnde Cic. in Orat. Philosophiam castam, uerecundam, & incorruptam Virginem appellat. Est item Virgo. unum ex Zodiaci signis, quã quidã Astręam, siue Iustitiam essę putãt, Iouis filiam. Alij Erigonem Icari filiam, ob insignem pietatem in cœlum translatam. Ferunt enim Icarum a Baccho uerum uini accepisse, ut eius usum mortalib. cõmunicaret. Quare cum rusticos quosdam ad bibendum inuitasset, illi potus suauitate capti æquo largius hauserunt. Quã ex re cum crapulę incommodum sentirent, malum sibi medicamentum datũ rati, Icarum interfecerunt. Erat Icaro canis, cuius ductu Erigone ad patrem peruenit, quem cum mortuum inuenisset, doloris magnitudine cõrabuit, & Iouis miseratione inter astra est translata. Huius simulacrum uirginis habitu fingebatur, spicas aliquot manu tenentis: unde quidem eandem putauerunt cum Cerere. Cicer. 1. de Natu. Deorum: Spicum illustre gerens insigni corpore uirgo. Est prætereà Virgo, fontis nomen, cuius etiam hodie ductus Romę conspicitur. Mart. lib. 7. Sed cõtris nitidas tantum prope Virginis undas.

VIRGVLTA, n. 2. [*Cespuglia,* שיחים sichim. G. Gertẽ gesteud, reifs gehurst] ὀχυάνα, ῥάτος. multitudo uirgarum pullulantium. Virgil. lib. 1. Geor. Quæcunque premens uirgulta per agros Spatge simo pingui. Cic. pro Cęlio Ergo hęc deserta uia, & inculta atque intercluſa iam frondibus & uirgultis relinquatur. Cęs. 3. Bel. Gal. Sarmentis, uirgultisq. collectis, quibus fossas Romanorum compleãt ad castra pergant.

VIRGVNCVLA, f. 1. [*Verginella* G. Ein Iunckfrewlin. *Ga. Petite vierge, petite pucelle. Hisp. Pequeña donzella.*] παρθένιον κόριον. dimin. est à uirgine.

VIRIATVS, a. 1. 2. [*Di gran forze*] κραταιός, εὐδύνατ. antiquis in usu erat pro ualido, & magnarum uirium homine, ut annotauit Nonius, citans illud Lucilij ex lib. 26. Sat. Contra flagitiũ, nescire bello uĩci a barbaro uiriato Annibale. Viriatus item. *Bipiatos.* Lusitanorum ducis nomen fuit, calliditas acerrimæ uiri, quippe qui ex uenatore latro, ex latrone subito dux, atque Imperator factus uniuersam Lusitaniam occupauit, M. Ventidium Prætorem, fuso eius exercitu cepit. Post Cn. Plancus Prætor nihil felicius rem cũ eo gessit, tantumque terrorem hostis hic Romanus intulit, ut aduersus eum Consulari opus esset duce, & exercitu. Denique a proditoribus consilio Cępionis interemptus est, & ab exercitu multũ ploratus, tumulatusq; nobilissimè. Auctor Liu. Abbreuiator Florus, & App. de bello Hispaniensi.

VIRIA, æ, siue Viriola, ę, f. 1. [*Vezzo,*] ornamentum colli, è gẽmis uiridibus, ut quidam uolunt. Iabolenus in l. Medico, de auro, & arg. leg. Funerari me arbitrio uiri mei uolo, & inferri mihi quæcũque sepulturę meæ causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & uiriolas ex smaragdis.

VIRICVLÆ, f. 1. [*terzette, piccole forze.* G. Abxomene krefft.] ἰχνύδια. diminu. pro infirmis, extenuatisq; uiribus; unde & patrimonij uiriculas legimus, pro exiguis, tenuibusq; facultatibus.

VIRIDARIVM, rij, n. 2. [*Horto, giardino,* מעדה mahateh. G. Ein gruener anger.] ἄλσος. locus uirentibus arboribus herbisque amœnus. Suet. in Tib. ca. 60. Militem Prętorianum, ob surreptum è uiridario pauonem, capiti puniuit.

VIRIDARII, m. 2. [*Hortolani.* Ger. Gartner,] ab Vlpiano appellantur ciui, uiridariorum curę prępositi.

VIRIDICATVS, ta, um, p. 1. 2. [*Verde.* ירקן rahanan, ערק iarok, דטוב ratob. Ge. Gruen] χλωρός. idem quod uiridis. Cic. ad Q. Fr. Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo mirifica suauitate te uillam habiturum, piscina, & ialentibus additis palęstra, & silua uiridicata.

VIRIDITAS, atis, f. 3. [*Verdura,* ירקן jeraxon, G. Gruen] color uiridis, Cic. de Senec. Terræ semen tepefactum uapore, & complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo uiriditatem. Per translationẽ accipitur prò uigore seu flore, quam ἄνθος uocant Græci. [*Fiore, forze.*] Cicer. 3. Tusc. Sed quamdiu in illo opinato malo uis quędam insit, & uigeat, & habet quandam uiriditatẽ, tam diu appellatur recens. Idem de Amic. Senectus aufert eam uiriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.

VIRIDIS, & hoc uiride, o. 3. [*Verde,* ירק iarok, רענן rahanan, רטב ratob, לח lich. G. Gruen. *Ga. Verd. H. Verde de color,*] χλωρός. quod est herbacei coloris, a uigore, ut nonnulli existimant, quod nunq; æquè uigeant plantę, atque cũ uirides sunt. Vir. li. 8. Aen. Viridiq; in litore conspicitur sus. Pli. l. 10. cap. 42. India autem mittit Psittacum uiridem toto corpore, torque tantum miniato in ceruice distinctam. Ci. 2. de Nat. Deor. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum uestitus uiridissimos. Virgil. 2. Georg. Quæque suo uiridi semper se gramine uestit. Per trãslationem uiride accipitur pro florenti, & uigore prędito. [*Fiorito, forte.*] Virgil. 6. Aen. Iam senior, sed cruda Deo, uiridisque senectus. Viridis ætas. Col. in Præfatione operis: Cum istud opus non solum scientiam, sed uiridem ętatem cum robore corporis ad labores sufferendos desideraret. Pli. ep. 144. Numidia Quadratilla paulo minus octogesimo ætatis anno decessit, usque ad nouissimã ualetudinem uiridis. Iuuenta uiridis. Virg. 5. Aen. Euralus forma insignis, uiridique iuuenta.

VIRIDANS, antis, o. 3. [*Verde,* ירקן rahanan ירק iarok, רטב ratob. G. Gruenend] partic. sine uerb. origine. χλωρός. idem quod uirens, siue uiride. Pli. lib. 37. c. 6. Viridantium & alia plura sunt genera. Vir. 5. Aen. Sic fatus cingit uiridanti tempora lauro. Pli. li. 4. c. 8. Intus sua luce uiridante allabitur Peneus, uiridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus auium concentu.

VIRILIS, & hoc le, p. p. o. 3. [*Virile.* G. Manlich. *Gal. Viril. Hisp. Cosa de hombre.*] ἀνδρικός, ἀνδρῆος. quod est uiri: ut, Opus uirile. Proles uirilis. Vir. 7. Aen. Filius huic fato diuum, prolesque uirilis Nulla fuit. Forma uirilis. Ou. Ep. 4. Fine coli modico forma uirilis amat. Stirpe uirilis. Liu. li. 1. ab Vrbe. Breui stirps quoque uirilis ex nouo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixere nomẽ. Sexus uirilis. Pli. li. 10. c. 55. Liuia Augusta parere sexum uirilem admodũ cupiebat. Per translationem accipitur pro forti, & magnanimo, & minime effęminato. [*Forte,*] Ter. in Phorm. Animo uirili, præsentique ut sis para. Cic. ad Att. lib. 13. Acta. n. illa res est animo uirili, consilio puerili. Pars uirilis. i. uires animi, fortitudo. [*Forze.*] Cic. 5. Ver. Qui præsertim plus etiam quam pars uirilis postulet, pro uoluntate populi Rom. oneris ac muneris suscipere debeant. Pro uirili parte. i. pro uiribus. [*Quanto potrò.*] Ci. pro Sest. Hæc qui pro uirili parte defendunt, Optimates sunt.

VIRILITER, adu. [*Forzemente, uirilmente.* Ger. Mannlich. ἀνδρικῶς. fortiter, & magno animo. Ci. 2. Tusc. Itaque barbari quidã, & immanes ferro decertare acerrime possunt, ęgrotare uiriliter nõ queunt. Idem. Off. Quod. n. uiriliter, animoq; magno fit, ad dignum uiro, & decorum uidetur. Oui. 1. Fast. Cui genitrix flenti, Fortuna uirili iter (inquit Siste precor lacrimas) ista ferenda tibi est.

VIRILIA, um, tantum pl. n. 3. [*Parti uergognose,* מבושים mebuschim, בעד basar. Germ. Die Maennlich scham,] αἰδοῖα, τά. uerenda, seu pudenda uiri. Pl. lib. 21. c. 27. Et in totum ad uirilia caulis eius uino, & aceto tritis, nihil uulius putant.

VIRILITAS, is, f. 3. [*Virilità, parti uirili,* מבושים mebuschim בעד basar. G. Mannheit, das ist, die maennliche scham,] τὰ αἰδοῖα. idẽ quod Virilia, seu uiri pudenda. Mart. lib. 9. Non puer auari fectus arte mangonis, Virilitatis damna mœret ereptæ. Pli. li. 23 c. 1. Viriliter etiam fouetur uino calido uirilitas iumentis. Quin. lib. 4. cap. 12. Non alio mediusfidius uitio discentium, quam quo mancipiorum negociatores formæ puerorum, uirilitate excisa, lenocinantur. Plin. li. 7. c. 4. Ex fœminis mutari in mares, non est fabulosum. Lucinius Murianus prodidit uisum a se Argis Arescontem, cui nomen Arescusæ fuisset, nupsisse etiam, mox barbam, & uirilitatem prouenisse, uxoremque duxisse.

VIRIPOTENS, tentis, o. 3. [*Da marito.* G. Mannbar,] ἀνδρὶ γάμου. nubilis, uiro matura, ut, Virgo viripotens, apud Plau. in Perſa.

VIRITIM, aduer. [*Ad huomo, ad huomo.* G. Von mann zu mann,] κατ' ἄνδρας. per singulos uiros, per singulos capita. Ci. 2. de Repu. ut citat Nonius: At primus agros, quos bello Romulus caperat, diuisit uiritim ciuibus. Var. li. 1. de Vita pop. Rom. Agros uiritim populo Romano attribuit. Liu. lib. 1. ab Vrb. Ex quo pacis belliq; munia non uiritim, ut ante, sed pro habitu pecuniarum fierent. Alias quando tamen Viritim accipitur pro separatim, & seorsum. [*A corpo a corpo,*] ut Pugnare uiritim. μονομαχεῖν. Curt. lib. 7. Si quis uiritim dimicare uellet, prouocauit ad bellum.

VIRDVBRICA, f. 1. εὐρδουβρίκα. Hispaniæ citerioris ciuitas, in tractu Autrigonum, qui sunt populi Cantabris ad ortum proximi. Auct. Ptol.

ciuil breuis. Cic. 3 de Fin. Conſentaneũ eſt huic naturæ, ut ſapiens uelit gerere, & adminiſtrare rempublicam, atq. ut è natura uiuat, uxorem adiungere, & uelle ex ea liberos procreare. Et licet abſolutum ſit hoc uerbum, admittit tamen accuſatiuũ reciprocũ, ut Viuo felicem uitam, Viuo uitam duram. Ter. in Adel. Nam ego uitã dutam, quam uixi uſq. adhuc, propè iam excurſo ſpacio mitto. Interdũ accipitur uiuere, pro eo, quod eſt, lætam uitam agere. Nam eam demũ ueram putabant eſſe uitam, q̃ in lætitia animiq. tranq̃llitate peragere ſ. Mar. Sera nimis uita eſt craſtina, uiue hodie. Pla. in Mil. Conſerui, conſeruæq; omnes bene ualete, & uiuite. Cat. ad Lesbiam; Viuamus mea Lesbia, atq. amemus. Viuere ſtudijs, dicit Cic. Sulp. Epi. 29. li. 13. pro eo, quod eſt uitã literis ſuſtinere. Ita uiuam, affirmantis particula eſt. Cic ad Tiron. lib. 16. Solicitat, ita uiuam, me tua, mu Tiro, ualetudo. i. moriar, uel diſpeream, niſi tua ualetudo me ſolicitat. Eandem uim habet, Ne uiuam, ſubſequente particula Si, uel Niſi. Cic. ad Att. lib. 4. Quid poteris, inquies, pro ijs dicere? ne uiuam, ſi ſcio. Viuendo uincere aliquẽ dixit Pla. in Epi. pro eo, quod eſt, ei ſuperſtitem eſſe. Viuitur, imperſonaliter. Pla. in Perſ. Quid agitur? T. uiuitur. Ter. i Hea. Hoc ibi fit, ubi non uiuitur. Cice. 1. de Fin. Qua præceptrice in tranquillitate uiui poteſt, omnium cupiditatum ardore reſtricto. Ou. 1. Met. Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus. Hor. 1. Car. Ode 16. Viuitur paruo benè, cui paternum Splendet in menſa tenui ſalinum. Viuitur, perſonale. Ou. 12. Met. Vixi annos bis cẽtum, nunc tertia uiuitur ætas. Huius uerbi compoſita ſunt Conuiuo, Peruiuo, & Superuiuo, Reuiuo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

VIVVS, a, um, o. 1. 2. [*Viuo,* חי chai. G. *vif, viuant,* Hiſ. *Coſa viua.*] ζωός, ſpirans, animatum, uita prẽditum. Cic. ad Att. li. 14. Cato tamen affirmat, ſe uiuo illum non triumphare. Q̃ñq. ponitur pro naturali, & non artificioſo. [*Naturale.*] Virg. lib. 2. Geor. Et uiua ſua plãtaria terra. Idem 1. Aen. Viuo q. ſedilia ſaxo. Quandoq. pro ualido, aut uehementi. [*Validus.*] Vir. 1. Aen. Et tentat uiuo præuertere amore. Viua ſepes dicitur, quæ dumis non præciſis, ſed in eo loco natis contexitur. Col. li. 11. c. 3. Veruſtiſſimi auctores uiuam ſepẽ ſtructili prætuleruntquia non ſolum minorem impenſam deſiderare, uerum etiam diuturnior immenſis temporibus permaneret. Viua aqua, naturalis, & indidem pata. Var. 1 1. de re ruſt cap 1. Si omnino aqua non eſt uiua, ciſternæ faciendę ſub tectis, & lacus ſub dio, ex altero loco ut homines, ex altero ut pecus uti poſſit. Flumẽ uiuum. Vir. 2. Æn. Donec me flumine uiuo Abluero. Lacus uiui. Vir. 2. Geo. Speluncæ uiuiq. lacus, ac frigida tempe. Vultus uiuos ducere, hoc eſt, uiuam, & naturalem effigiem referentes. Virgil. 5. Aen. Excudent alij ſpirantia mollius æra, (Credo equidem) uiuos ducent de marmore uultus.

VIVVS PYRITES m. 2. πυρίτης ζωός. lapis eſt, ex omni pyritarum genere ponderoſiſſimus, ex quo ignis excutitur. Pl. lib. 36. cap. 19. Pyritarum etiamnum aliqui genus uiuum faciunt plurimum habentis ignis, quos uiuos appellamus, & ponderoſiſſimi ſunt. Hi exploratoribus caſtrorum maximè neceſſarij, qui clauo, uel altero lapide ſcintillas edunt, quæ exceptæ ſulphuratis, aut fungis aridis, uel foliis, dicto celerius ignem trahunt.

VIX. [*A pena, difficilmente.* Ger. Kaum, kuemmerlich. *Gal. A peine, a grand peine.* Hiſp. *A penas,*] μόγις. adu. ſignificans propemodum, difficulter, quaſi cum ui, & labore. Virg. lib. 2. Geor. Vix humiles apibus caſias, roremque miniſtrat. Ter. Vix retraxi filium ab amore ancillæ. Aliquando refertur ad tempus, pro uix dum, ſi ue uix adhuc, ſtatim ubi, uel iamiam. Virg. 1. Aen. Vixè conſpectu Siculæ, &c. Aliquando ponitur pro non. [*Non.*] Luca. Carcer uix carcere dignus. Ouid. Vix Priamus tanti, totaque Troia fuit: hoc eſt, non fuit tanti Priamus, ut exponit Donatus.

VIX TANDEM, [*Dopò tempo aſſai*] μόγις ποδαπὸν. poſt multum tempus Cic. Appio Pulc. Vix tandem legi litteras dignas Appio. Virgil. 3. Aeneid. Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus.

V A N T E L

VLCERO, as, p. c. a. 1. [*Impiagare.* פצע patſah. Ge. Geſchwaer, oder eiſſen machen. G. *Vlcerer. Hiſp. Emplagar,* vel, ut alij Graeci originem ſequentes malunt ſcribere, Hulcero ἀπὸ ἕλκος, ulceroſum facio, ulceribus infeſto. Pli. lib. 28. c. 9. Item equarum (ſubaudi ſanguis) præterquam uirginum, erodit, emarginat, ulcerat. Hor 1. Ser. Sat 6. Mantica cui lumbos onere ulceret, atque equos. Cic. de Haro; Nondum. n. ulcerato ſerpentis morſu Philocteta, quæ cauſa in rerum natura continebatur fore, ut is in inſula Lẽno ſiniquetetur. Hinc Exulcero, cõpoſitũ, cuius ſignificationẽ uide ſupra ſuo loco.

VLCISCOR, ceris, ultus ſum, d. 3. [*Vendicare, far vendetta* נקם nakan. Ger. Rechen. *Ga. Venger, punir. Hiſ. Vengar la iniuria,*] ἐκδικῶ, τιμωρῶ. vindico, iniuriam non impunitam relinquo, ultionem repeto. Dicimus autem, Vlciſcor te, Vlciſcor te pro hoc ſcelere, ulciſcor ſcelus, ulciſcor me. Ter. in Eunu. Ego poſtè pro iſtis dictis, & factis ſcelus ulciſcar. Plaut. in Men. Ni hanc iniuriam, meque ultus fuero. Cice. 2. de Inuen. Deinde hoc ſi conſtitutum ſit, ut peccata homines peccatis, iniurias iniurijs ulciſcantur, quantum incommodorum conſequatur. Ouid. 7. Met. Androgeique necem iuſtis

ulciſcitur armis. Hinc Vltio, onis, [*Vendetta,*] verbale; vindicta. Pl. lib. 11. c. 28. Illis etiam ultionis cauſa datum eſt. Tacit. lib. 2. Simul perfidos, & ruptores pacis, ultioni, & gloriæ mactandos.

VLCVS, ceris, n. 3. [*Piaga nata da per ſe,* שחין ſchechin. Germ. vin eiſſ oder geſchwaer. *Gal. Vlcere, bleſſeure, & ent amure de peau. Hiſ. Llaga que haze materia y que naſce,*] ἕλκος. ſolutio unitatis in carne, quę fit per eroſionẽ, ut docet Gal. in tract. de differẽtijs morbor. Virg. lib. 3. Georg. Non tamen ulla magis præſens fortuna laborum eſt, Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummũ Vlceris os, alitur uitium, uiuitq; tegẽdo. Vulnus uero eſt hians patenſq; apertura corporis, ictu facta. Vlcus tãgere, prouerbiali metaphora dicitur, pro eo, quod eſt mouere dolorem. & rei alicuius, quæ nos magnopere urat, mentionẽ facere. [*Rinouare il dolore.*] Ter. in Phor. Quid minus utile' fuit, quam hoc ulcus tangere? Cic. 1. de Nat. Deor. Quicquid enim horum attigerit, ulcus eſt, ita male inſtituta ratio exitũ repetire non poteſt. Id eſt, ita ab eo deſcendi non potent, quin erroris, uanitatiſque conuincatur. Hinc Vlcuſculum, dimin. ἑλκύδιον. Pli. li. 28. c. 19. Lien uituli in uino decoctus, trituſque, & illitus, ulcuſcula oris ſanat. Vlceroſus, a, um, adiect. [*Pieno di piaghe,*] quod eſt plenum ulceribus. Horat. 1. Car. Ode 25. Sæuiet circa iecur ulceroſum Non ſine queſtu. Transfertur & ad arbores. Pli. lib. 17. cap. 14. Ante omnia genimantes niteie cõueniet, nihil uſquam ulceroſum eſſe, aut retorridum. Quidam hoc nomen aſpirandum putant, & melius fortaſſis. Nã a Græco ἕλκος deduci uidetur, quod primam uocalem habet aſpiratam.

VLEX, cis, frutex roriſmarini ſimilis, ſed aſperior, quæ retinendi auri gratia ſterni ſolet in foſſis, canalibuſue, ad leuandas nouium ruinas fieri ſolitis. Pli. lib. 33. cap. 4.

VLIGO, inis, f. 3. [*Humore,* לח leſchadh. G. Die natuliche feuchtigkeit der erden. *Gal. Moiſſeur. Hiſ. Coſa humida,*] pen. prima. terræ humor naturalis, ex ea numquam recedens, inquit Seruius. Vir. 2. Geor. At quę pinguis humus, dulcique uligine lætas: Silius li. 8. Et quos peſtifera Pontini uligine campi, &c. Var. 2. de re ruſt. c. 2. Solum oportet eſſe eruderatum, & proclinum, ut euerri facilè poſſit, ac fieri purum: Non enim ſolum ea uligo lanam corrumpit uiuã, ſed etiam ungulas ſcabras fieri cogit. Hinc Vliginoſus, a, um, [*Humido,*] ſemper humidus; ut Vliginoſus ager qui ſemper eſt humidus: Humidus uero, qui aliquando ſiccatur. Pli. lib. 17. c. 5. Terram amaram, ſiue macram ſi quis probare uelit, demonſtrant eã atra degeneresque herbæ; frigidam autem retorridè nata; item uliginoſam tritia, rubricam oculi argulamq; operi difficillimas, quæque raſtros, ac uomeres ingentibus glebis onerent, quamquã aliquando non quod operi hoc, & fructui ſit aduerſum. Col. li. 2. c. 4. Igitur uliginoſi campi proſcindi debent poſt Idus menſis Aprilis.

VLIVS, m. 2. οὔλιος. Apollinis cognomen apud Miletios, quod is ſanitatis auctor putaretur. Nam οὖλον, Ioues uſurparunt pro ὑγιαῖνον. hoc eſt, rectè ualere, ut annotauit Ioan. Grammat. Vnde & οὐλαὶ, dictas putat cicatrices, quod ſint notæ perſanatorum uulnerum. Vide Macrob. lib. 1 Saturnalium.

VLLVS, a, um, o. 1. 2. [*Alcuno.* Ger. Jenen einer, jemandts. *Gal. Aucun, quelque, quelqu'vn.* Hiſpa. *Alguno,*] τὶς. aliquis, ab unus, ut putatur, per diminutionem formatum. Nam cum dicimus, non eſſe ullum qui legibus pareat, perinde eſt, ac ſi dicas, ne unum quidem eſſe. Nunquam autem hoc nomine utimur affirmatiuè. Non enim dicimus, Sunt ulli qui ſtudia amplectantur, ſicut Sunt aliqui. Sed uel negatiuè: ut, Non eſt ullus, qui publica commoda priuatis rationibus præferat, uel interrogatiuè: ut, Eſtne ullus, qui legum metu ſolutus ab iniuria temperet? uel infinitè, ut Neſcio an ullus ſit, qui non maiorem opibus, quam uirtuti honorem referat. Cice. 6. Ver. Nullum, inquam, horum reliquit, neque aliud ullum tamen, præter unum peruetus ligneum; Bonam fortunam, ut opinor, eam ille domi ſuæ habere noluit. Virg. 3. Eclog. In memora non erit ulla. Vide Vall. lib. 3. c. 36.

VLMARIVM, arij, n. 2. אלמה. arbuſtum ex ulmis, uel ulmorum ſeminarium. Pli. li. 7. c. 11. Deferendę ex arearum uenis poſt annum in ulmaria, intertuallo pedali unamquamque partem. Ulmaria quo pacto condi deceat, docet Col. lib. 5. c. 4.

VLMITRIBA, p. p. in. 1. μαστιγίας. uox eſt Plautina ex Græco, & Latino compoſita, ſignificatque eum, qui aſſiduè ulmeis uirgis cæditur, quaſi ulmi attritor. Vtitur hac uoce Plaut. in Perſa.

VLMVS, mi, f. 2. [*Olmo.* Germ. Vlmenbaum, ruſtholtz. *Ga. Olme. Hiſp. Olmo, albor conoſcido*] πτελέα. arbor eſt propter raritatem foliorum maritandis uitibus maximè idonea, *Galli olmã* uocant, ſeruato adhuc quo Latini nominis ueſtigio. Col. li. 4. c. 13. Quia ſi uiminibus ligneis, aut ulmi ligaueris, increſcens uitis ſerpſam præcidit. Virgil. 1. Geor. Vlmiſque adiungere uites Conueniat. Hinc deducitur adiectiuum Vlmeus, a, um, quod ex ulmo eſt. Col. li. 6. c. 3. Probatur quæ maximè ulmea frons.

VLNA, f. 1. [*Braccio, comito,* זרוע zeroah חטן chotſen (uel) chetſen. Ger. Der arm. *Gal. Bras. Hiſp. Brazada,*] ὠλένη. idem quod brachium. Catul. Epi. 17. Nec ſapit puer inſtar Bimuli tremula patris dormientis in ulna. Eſt item menſuræ nomen, tantam habentis longitudinem, quantum complectuntur duo brachia utrinque extenſa. Virgil. 3. Eclo.

abſcidit undas. Hoc eſt, mare à terra ſeparauit. Huius diminutiuũ eſt Vndula. Vndæ comitiorum per translationẽ, pro uaria ſententiarum multitudine, quibus ueluti undis mare, ita etiam comitia feruere uidentur. Cic. pro Plan. Si campus, atque illæ undæ comitiorum, ut mare profundum, & immenſum ſic efferueſcunt, &c. Vnda pro hominum multitudine, [*Multitudine.*] Virg. 2. Geor. Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis Mane ſalutantum totis uomit ædibus undam.

VNDABVNDVS, a, ũ, o. 1. 2. [*Ondoſo,* נשרש nishar nigraſch. G. Voll vvaſſer vvellen, das vvellen gibt] κυματώδης. idem quod undoſus; vt, Vndabundum mare, apud Gel. lib. 2. c. 30.

VNDATIM, [*A guiſa d'onde.* Germ. Als die vvellen,] κυματοειδῶς. ad undarum ſimilitudinem. Plin. li. 13. ca. 15. Sunt & undatim criſpæ menſæ, &c.

VNDE, aduer. [*Onde, donde,* מאיין emizzeh. G. Von dannen, von wannen, vvoher. *Gal. Donde. d'on. Hiſp. Donde.*] πόθεν, ὁπόθεν. ex quo loco, uel a quo loco. Ci. pro Cæcinna, Hoc uerbũ Vnde, utrumq; declarat, & ex quo loco, & à quo loco. Accipitur autẽ modò interrogatiuè. Ci. in Rullum; Vnde iſte amor tã repentinus? Modò relatiuè. Vir. 1. Aen. Turrim in præcipiti ſtantẽ, ſummiſq; ſub aſtra Eductã tectis, unde oĩs Troia uideri, Et Danaũ ſolitæ naues, & Achaica caſtra. Et paulo ante; Euado ad sũmi faſtigia culminis, vnde Tela manu miſeri iactabant irrita Teucri. Nonnumquam etiã infinitè. Ci. Att. Nõ reçordo unde ceciderim, ſed unde ſurrexerim. Aliquando non ad locum refertur, ſed ad perſonam. Ci. Tet. Hẽ mea lux, unde omnes opem petere ſolebant. Vnde gentium, idẽ quod Vnde. Plau. Aſin. Face id ut paratum iam ſit. L. vnde gentium?

VNDEVNDE, [*Da çiaſcun luogo.*] ὁπόθεν οὖν. ſignificat undecunque, quemadmodum Vbiubi dicimus, pro ubicũque, & Quoquo, pro quocunque, & Quaqua, pro quacunque.

VNDECENTVM, [*Nouantanoue,* תשעים tiſchim. Germa. Eins minder dan hundert, neun vnd neuntzig.] ἐνενηκονταένναι. nonaginta nouem. Plin. lib. 7. c. 6. Paruerunt tamen eis annis undecentum.

VNDECENI, næ, na, o. 1. 2. [*Nouantanoue,*] ἐνενηκονταεννέα. centum minus uno, nouaginta nouem. Pli. l. 36. c. 9. de Aegypti obeliſcis agẽs; Idemque digreſſus inde, vbi fuit Mneuidis regia, poſuit alium longitudine undecenis pedibus, per latera cubitis quattuor.

VNDECIES, [*Vndeci volte.* Ger. Eilffmal,] ἑνδεκάκις. undecim uicibus. Col. lib. 5. ca. 2. Hanc ſummam undecies multiplicato, fiunt pedes quinquaginta tria millia nongenti.

VNDECIMVS, 2, um, o. 1. 2. [*Vndeçimo,* עשתיעשר haſchte haſar Ger. Das eilffi,] p. c. ἑνδέκατος. Vltimus ex undecim. Vir. 8. Ecl. Alter ab vndeçimo tum me iam ceperat annus.

VNDECIREMIS, huius undeciremis, pe, pr. f. 3. ἑνδεκήρης, nauis undecim remorum ordines habens. Pl. li. 16. c. 40. Maxima ea in Cypro traditur ad undeciremem Demetrij ſuccuſſe centum triginta pedũ longitudinis, craſſitudinis uerò ad trium hominum complexum.

VNDENI, næ, na, o. 1. 2. [*Vndeci,* עשתיעשר haſchthe haſar. Ger. Eilff.] adiect. ἕνδεκα, vndecim. Plin. lib. 11. cap. 25. Pariunt autem undeni, Ouid. 1. Am. Eleg. 1. Muſa per undenos eat mihi culeda pedes.

VNDEVIGINTI, adiect. indeclinabile [*Dec nouue,* תשעה עשר haſchar haſar. G. Eins minder dãn zwentzig.] ἐννεακαίδεκα, ἐννεακαιδέκατος, ἐνὸς δεῖν εἴκοσι, ἐνὸς δεῖν εἰκοστός. nouẽdecim, viginti minus vno. Cic. de Clar. Orat. Vndeviginti annos natus erat eo tempore. Liu. lib. 3. Bel. Pun. Vbi ea dies venit, ad conducendum ties ſocietates aderant hominum vndeviginti Vndevicesimus, a, um, ἐννεακαιδέκατος. decimus nonus. Ci. de Sen. Anno enim vndevicesimo poſt eius mortem, bi conſules T. Flamininus & M. Attilius facti ſunt. † Vndevicesimanus miles. Hircius.]

VNDETRIGESIMVS, 2, um, o. 1. 2. εἰκοστὸς ἔνατος, id eſt, vicesimus nonus. Liu. lib. 7. Belli Punici ſecundi; Anno odtogesimo poſtquam in Hiſpaniam venerat Cn. Scipio, vndetrigesimo die poſt fratris mortẽ interfectus eſt.

VNDEQVADRAGINTA, ἐννεακαιτριάκοντα. triginta nouẽ. Liu. li. 5 Bell. Pun. Ad M. CCCC. Carthaginẽſiũ cẽſi, vndequadraginta uiri capti.

VNDEQVADRAGIES, aduerb. ἐννεακαιτριακοντάκις. nouies, & tricies. Pl. lib. 7. c. 25. Solus M. Marcellum transgreſſus, qui vndequadragies dimicauerat.

VNDEQVINQVAGINTA, ἐννεακαιτετρακόντα, quadragita nouẽ, quinquaginta minus vno. Liu. lib. 7. Bel. Macd. In eo triumpho vndequinquaginta coronæ aureæ trãslatæ ſunt. Vndequinquagesimus, a, um, τεσσαρακοστὸς ἔνατος. quadrageſimus nonus. Cice. pro Lege Man. Ipſe autem ve a Brundiſio profectus eſt, vndequinquageſimo die totam ad imperium pop. Rom. Ciliciam adiunxit.

VNDESEXAGINTA, ἑξηκονταένναι, ἐννεήκοντα. quinquaginta nouẽ. Liu. l. 3. Bell. Pun. Cœperunt amplius tria millia hominum, paulo minus mille equorum, vndeſexaginta militaria ſigna,

VNDEOCTOGINTA, ὀγδοηκονταένναι, ἐνενήκοντα. ſeptuaginta nouẽ, octoginta minus vno. Hor. 2. Ser. Sat. 3. Age, ſi ſtramentis incubet Vndeocto ginta annos natus, cui ſtragula veſtis, Blattarum ac tinearum epulæ, putreſcat in arca, &c.

VNDEVIS, & Vndelibet, [*Da qual luogo ne vuoi.* Germanicè, vvoher du vvilt.] ὁπόθεν ὑμῖν, ſignificat ex vno quouis loco. Auctor ad Her li. 4. Ad iſtud quidem facilè fuit vndelibet inuenire.

VNDECVMQVE, aduer. [*Da ciaſcun luogo. G. De quelque coſté que ce ſoit. Hiſ. Donde quiera.*] ὁπόθενοὖν. ex quocunque loco. Liu. li. 4 Bel. Pun. Bellum vndecunque cum Annibale Conſulibus mandatum, Plin. li. 17. c. 4. Vulnerum quoque ſanguinem, & vndecunq. fluentem, ſiſtit per ſe, vel ex aceto.

VNDIQVE, aduerb. [*Da ogni parte. da ogni banda.* Ger. Allenthalben, an allen orten. *G. De toutes parts. de tous coſtez.*] πανταχόθεν, πάντοθεν, i. ex omni parte. Cic. pro Pomp. Sicilia multis undiq. cincta periculis. Idẽ. 2. de Finib. Habes undiq. expletam, & perfectam, Torquate, formam honeſtatis, Virg. 8. Aen. Ductores primi meſapus, & Vfens, Contemptorque Deùm Mezentius, undiq. cogunt Auxilia. Vndiq. ex omni genere. Cic. 6. Tuſ. Sic vita non ſolùm ſi undique referta bonis, ſed ſi multo maiore, & grauiore ex parte bona propendent, beata rectè dici poteſt.

VNDISONVS, a, um, p. c. o. 1. 2. [*Fluttuoſo,* המה homeh. Germ. Das von vvellen toſet.] πολύκλυστος. quod undis ſtrepitumde Mare undiſonum dicitur, quod fluctuando ſonitũ reddat. Vndiſoni dij, Proper. li. 3. Ele. 21. Ergo ego nũc rudis Adriaci vehar æquoris hoſpes, Cogar & vndiſonos nunc prece adire Deos. Stat. 1. Ach. At Thetys vndiſonis per noctem in rupibus aſtans.

VNDIVOMVS, a, um, p. c. o. 1. 2. κυμοῤῥόος. quod undas i. aquas vomit; vt Vndiuoma Charybdis.

VNDO, vndas, n. 1. [*Fluttuare, ondeggiare,* נשרש nishar נשרש hoighraſch. Ge. vvaellen geben oder treiben. *G. Ondoyer. floter. Hiſp. Ondear o hazer ondas.*] κυμαίνω. fluctuo, vndis agitor. Ci. 2. de Na. Deo. Subter radices penitus undanti in freto, Vndare quoq per ũdã ſimilitudinem dicimus aquã feruentẽ, q quibuſdã quaſi vndis agitari videat. [*Bollire.*] Vir. 6. Aẽ. Pars calidos latices, & ahena undantia flammis Expediunt. Idem li. 7. Magno ueluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni. Accipitur aliqñ vndare, pro ſuo compoſito abundare. [*Eſſer abondante.*] Clau. de Raptu Proſerpinæ lib. 3. Vndaret neu ſilua fluis, neu uinea tumerent. Val. Fla. 1. Arg. Iampridẽ regio undat equis, floretq. uiris. Sic & Vir. 2. Geor. Et iuuat undantẽ buxo ſpectare Cytorũ. Quãquã ibi nõ tam propter copiam buxi, qua olmo mons ille abundat, verbo hoc utitur, q̃ ut lenib. auris impulſi arbuſti motum undabundi maris æmulum exprimeret. Legitur & Vndare actiuè pro inundare, ſiue undare facere. [*Inundare.*] Stat. 1. Achil. Cũ tuus Aeacides tepido modo ſanguine Teucros Vndabit campos. Vndantem chlamydẽ facere, eſt incedendo chlamydem laxã, rugoſamq. ſic in dexteram modo, modo in læuã iactare, ut eius pars potiſſimũ inferior undas modo accedentes, modo recedentes imitari uideat. Pla. 1 Epi. Sed hic quis eſt, quem huc aduentantem conſpicor, Suam qui undantem chlamydem quaſſando facit? Compoſita ſunt, Abundo, Exundo, Inundo, & Redundo, de quibus ſupra in dictione Abundo.

VNDOSVM MARE, n. 3. [*Fluttuoſo,* נשרש nishar נברש nigraſch. Ger. Das meer ſo vol vvellen iſt, *Hiſ. Mar lleno de ondas.*] κυματώδης θάλασσα. id eſt, fluctuoſũ, undis exagitatum. Vir. 4. Aen. Troia per undoſum peteretur claſſibus æquor.

VNDVLATA VESTIS, f. 3. [*Vna veſta de peli teſſuta.* Ger. Ein kleid das huepſche vvaſſer hatt, als der ſchamlot.] κυματώδες ἱστὸν. veſtis ẽ genus ab undis, quib. depictũ erat, nomen habens, cuiuſmodi hodie ad nos afferuntur, ex hirtorũ, & caprarum pilis mentis q̃ lanis cõfecta, q ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν, Symbollota paſſim appellãt quaſi σύμβαντα quod coacto potius implexu, quã textu ſint confecta, ceu origine ab illo ueſtium genere accepta, de quo Pli. ita ſcribit; Lanæ & per ſe coactæ ueſtẽ faciunt. Vndulatæ antẽ (ut diximus) appellatæ ſunt, ab undarum imagine per eas diſcurrente ea forma, qua a ſcutulis ſcutulatæ. Hanc eamdem quidam & Cymatilẽ dictam fuiſſe exiſtimant, ſed falſo, unea quidem ſententia cui Cymatilis eadem ſit, quæ cerulea, non a diſcurrentibus undarum lineis, ſed a fluctuũ colore appellata. Varr. li. 1. de uita pop. Rom. Vndulatam togam pro pura poſuit, idque nouẽ, ut annotauit Non. Aquibuſdam (inquit Varro) dicitur eſſe Fortunæ uirginis ſimulachru, ideo quod duabus undulatis togis ſit opertum, perinde ut olim prætextatas & undulatas togas ſoliti ſunt habere.

VNEDO, p. c. unedonis, p. pr. m. 3. fructus eſt arbuti, terreſtribus fragis non diſſimilis, inde nomen habẽs, qd plures edi nõ poſſint. Pl. lib. 15. c. 24. Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud cõgeneti eorum unedoni, quod ſolum pomum ſimile fructui terræ gignitur. Arbor ipſa fruticoſa, fructus anno matureſcit, pariterq. floret ſubnaſcens, & prior coquitur. Pomum in honorũ, ut cui nomen ſit ex argumento unum tm̃ edendi. Duobus tamen hoc nominib appellãt Græci, Comaron, & Memecylon. Ex quo apparet totidem genera eſſe, & apud nos. Alio nomine Arbutus uocatur. Hæc Plinius.

VNGENTVM, ti, n. 2. [*Vnguento, onto, ontione, perfume. Gal. Onguent, aiguement. Hiſp. Vnguento oloroſo.*] quod & Vngentum a quibuſdã dicitur ἀπὸ τοῦ ἄγειν, Homero μύρον, nõ eſt illa cõpoſitio tenax, qua chirurgi utuntur ad vulnera curanda, ſed cõmiſtio diuerſorũ odorũ additorum oleo, ad ungenda corpora, deliciarũ, & luxuria cauſa inuenta. χρῖμα, ſiue χρῖσμα, ueteres θύαμα. Vulgare aũt, ac promiſcuũ, & fe

homen ex. *Vir vnigenus*. Hi. *Nino solo*] μονογενὴς. vox frequens est Ecclesiasticis scriptoribus pro filio unico, qui neque fratrem habuerit, neque sororem.

VNITIVGAE uineæ. f. n. μονοζύγιαι ἀμπέλαι. quæ simplici iniunctæ iugo, cum binis hastilibus in terra defixis, singulę transuersę pertica in vnam tantùm partem ordinis superincumbunt. Plinius li. 17. c. 22. Si uniiuga erit uinea.

VNIMANVS, a, um, o. 1-2. [*Di vna mano*. Ger. Der nur ein hand hat.] μονόχειρ. vnam tantum manum habens. Liu. lib. 5. Bell. Maced. Capram sex hœdos vno fœtu edidisse: ex Piceno nunciatum est; & Aretij puerum natum unimanum.

VNIO, nis, vniui. unitum, 3. 4. [*Adunare, congiungere*, יחד hichedh חבר chibber. Ger. Vereinbaren. v vereinigen. Gal. *Vnir, conioindre, assembler*. Hisp. *Ayuntar*, Græc. συνάπτω. coniungo, in unum redigo; unde Vniti animi, qui sunt unius uoluntatis.

VNIO, onis, f. 3. [*Vnione, concordia*. שלום schalom רעות raison. Ger. Einigkeit. Ga. *Vnion, coniunction*. His. *Cosa ayuntada*] ἕνωσις. modo concordiam significat. August. Nam hoc fieri posse in tanta animorum unione quis dubitet? Modo margaritã. μαργαρίτης. quod in conchis nulli duo reperiantur indifferenti Plin. lib. 8. cap. 55. Dos omnis uniones est in candore, magnitudine, orbe, laeuore, & pondere, haud promptis rebus in tantum, ut nulli duo reperiantur indiscreti, unde nomen Vnionum Romanæ scilicet imposuere delitiæ, nam apud Græcos non est, nec apud Barbaros inuentores eius aliud, quàm Margarita. Est & Vnio cępæ genus capitatum. Col. lib. 12. cap. 10. Pompeianam, uel Ascolaniam cępam, uel etiã marsicam simplicem, quam uocant unionem rustici, eligito. Hoc autem nomen, ut inquit Ruellius, apud Gallos, uelut triuiale hactenus usurpatum est pro cępæ genere, quod pluribus bulbis non coagmentatur.

VNISTIRPS, & hoc pe. o. 3. [*D'vna stirpe*. G. Das nur ein stamm hatt.] μονόστελεχος, quod a radice caudicem unum habet assurgentem. Pl. lib. 16. c. 30. In longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cupressus, ulmus, & si qua unistirpia.

VNITAS, atis, f. 3. [*Vnità*. Ge. Das eins in der zal; itẽ, einigkeit, vereinbarung uiler dingen, als ob es eins wære. G. *Coniunction, amitè*.] μονάς. indiuisibile, numeri principium. Accipitur & pro omnimoda similitudine. [*Similitudine*.] Col. lib. 3. ca. 4. Ideo nisi sanatus erit, emi non oportet, quo melius unitas coloris appareat. Plin. lib. 9. c. 12. Troianus M. Anto. iam Triumuiro, eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos uendidit, tanta unitas erat.

VNITER, [*Vnitamente, di concordia*. Ge. Einträchtiglich. *Ensemble*. His. *El uno juntamente*.] pe. c. aduerbium. i. coniunctè, concorditer. Luc li. 3. Cum corporis, atq; animi Diffidium fuerit, quibus hæsimus uniter apti.

VNIVERSALIS, le, o. 3. [*Vniuersale*. G. Allgemein. Gal. *Vniuersel*. His. *Vniuersal*] καθολικός. ad uniuersos primum. Auctor ad Her. Nã ne huiusmodi rationibus non uniuersalis, neq. absoluta, sed extenuata ratione ex positio confirmatur. Quo tamen in loco sunt qui malint legere uniuersa. Vtitur tamen hac uoce & Varro. li. 2. de Anal. Quod (inquit) ad uniuersalem pertinet causam.

VNIVERSE, & Vniuersim, aduerbia, & Vniuersitas, atis, uide ex dictione Vniuersus.

VNIVERSVS, sa. sũ, o. 1-2. [*Vniuerso, tutto*. כל chol. G. Gãtz, oder alles, Gal. *Vniuersel, general*. His. *El todo ayuntado de partes*,] ὁλοσχερὴς. ib singulari quidem idem est, & totus; ut, Vniuersus ager, vniuersus exercitus. In plurali verò significat omnes coniunctim; Nã si dicimus, Omnes sibi domicilium cõstituerunt. Intelligitur domicilia sibi vnumquemque constituisse. Si verò dicimus, Vniuersi sibi domicilium constituerent. significatur, omnes simul in unũ sibi pro omnibus domicilium fecisse. Ci. 1. Aca. Qui loquitur de vniuersis, nihil excipit; quid enim potest esse extra uniuersa? Ter. in Phorm. Quod ille uniciatim uix de demenso suo, Suum fraudans genium comparsit miser, Id illa uniuersum abripiet. Ci. 3. Offi. Ergo unum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas uniuscuiusque, & uniuersorũ, &c. Hinc vniuersè aduerb. [*generalmente*.] generaliter, siue generatim, cui Sigillatim opponit Cic. in, Vatinũ; Quero abs te primum uniuersè, quod genus improbitatis, & scelleris in eo magistratu præterm iseris? Idem. 7. Ve. Quid ego de exteris ciuium Romanorum supplicijs sigillatim potius, quã generatim atq. uniuersè loquar? Vniuersim, aliud aduerbium, eiusdem significationis. Hinc quoq. Vniuersitas, atis. [*Vniuersità*, Cice. 2. de Nat. Deor. Licet enim contrahere uniuersitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremò deducere ad singulos. Col. in Præf. li. 1. De rusticationis uniuersitate nihil attinet nunc plura dicere. Cic. de uniuersitate: Singulos adiunxit ad singula, atq. ita quasi in currum uniuersitatis imposuit.

P. M. Vſucapere, eſt aliquid ex diuturna poſſeſſione in ſuum ius, poteſtatemque conuertere. Atque olim vſucapiebantur res mobiles vnius anni ſpacio, vt ait Inſtin. tit. de vſucapionibus in Inſtitutionibus, non longè à principio. Erant igitur ea conditione mulieres, vt ſi per totum annum vxor apud virum manſiſſet, ea eſſet à viro tamquam vſucapta, eiuſq; in poteſtatem tranſijſſe intelligeretur; quod ſi ſecus euenire vxor vellet, ſancitum erat lege duodecim tabularum, vt per tres anni noctes ſeorſum à viro habitaret. Trinoctium autem definiuit lex, quod eo ſpacio à viris vxores diſcuſſiunt. Hæc igitur vxoris à viro per trinoctium ſeparatio, vim tantam habebat, vt vſucapionem impediret, atque interrumperet; Nam interrupta rei, quę poſſidetur, poſſeſſione, ſimul interrumpitur vſucapio, vt eſt in lege, naturaliter, de vſucapionibus, multiſq; alijs in legibus. Hęc autem interruptio vſucapionis dicitur vſurpatio, quandoquidem vſurpare apud I. C. aliud non eſt, quam vſucapionem interrumpere, vt eſt in lege ſecunda, de vſucapionibus. Ex noſtris Obſeruationibus.

VSVALIS, & le, o. 3. [*Vſuale* Ger. Breuchlich,] idem quod vſuarium, quod vſui noſtro ſeruit. Matt. in l. Interd. de Publ. Quoties quis mancipia inuecta profeſſus non fuerit, ſiue venalia, ſiue vſualia, in pœna commiſſi eſt.

VSVARIVS, rij, m. 2. ὁ χρήσιμος. dicitur ille, cuius eſt vſus, qui rei vſum capit. Vſuarius verò adiectiuum, quod in vſum quotidianum paratum eſt. Gell. libr. 4. cap. 1. Ex ijs autem, quæ promercalia, & vſuaria in locis ijſdem eſſent, ea ſola eſſe penoris putat, quæ ſint vſu annuo.

VSVRA, æ, f. 1. [*Vſanza, vſo, coſtume, vſura.* G. Brauch, nutzung] ἐπιφορά. idẽ eſt, quod vſus. Plau. in Amph. Vſurãq; eius corporis cœpit ſibi Cic. pro Rab. Poſth. Obſecro iudices, vt huic viro, quo nemo melior vnquã fuit, nomẽ equitis Romani, & vſurã huius lucis, & veſtrum cõſpectum ne eripiatis. Idem 7. Ver. Cur, inquam, ciuib. Romanis, quos piratę ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis vſuram tam diuturnam dediſti? Vnde & pecunia, quę in fœnore ſorti accedit, vſura. τοκός. dicitur: quoniam ex vſu acquiratur. Cic. 5. Ver. Vt cum Senatus publicanos vſura ſępe inuiſſet, magiſtratus a publicanis pecuniam pro vſuris auderet auferre. Idem de Sen. Terra numquam recuſat imperium, nec vmquam ſine vſura reddit, quod accepit, ſed aliàs minore, pleruмque maiore cum fœnore. Hãc Varro impendium vocat, quod inter ſe iungat, vnique fiat quaſi compendium. Sidonius Apollinaris poſteriora vocat, quoniam qui fœnus agitant, & in vſuras extendunt, videntur aggregare poſteriora prioribus, & ortis oritura connectere. Ob id Græci τόκους vocant vſuram, quaſi partus poſteritatem. Ponitur aliquando vſura pro familiaritate, conuerſatione. [*Amicitia, familiarità,*] Cic. Longa, quæ inter nos fuit vſura hoc efficit; hoc eſt, vſus, conſuetudo, familiaritas.

VSVRARIVS, ria, rium, o. 1. 2. [*Vſurpatore,*] ἀναρπακτικός. qui capit ex re aliqua vſum, vel ex quo vel qua capitur vſus. Pla. in Amph. Alcmenam vxorem cepit vſurariam. Et in Curcul. Vſurarius puer.

VSVRPO, as, re, a. 1. [*Vſurpare.* Ge. Offt oder ſtaets brauchen,] ἀναγκάζομαι, χράομαι. eſt in frequenti vſu habere, & hoc ſiue verbis, ſiue factis fiat, vt ait Valla Eleg. 5. Col. li. 1. Nam illud, quod quibuſdam prouincijs vſurpatur, vt cornibus illigetur iugum, fere repudiandi eſt ab omnibus. Cic. in Ora. Quod ſemper vſurpamus in omnibus dictis ac factis, minimis, & maximis, cũ hoc decere dicimus, illud non decere. Vſurpare oculis dixit Lucr. lib. 1. pro videre. [*Vedere,*] Plaut. in Trin. Aduenio ex Seleucia, Macedonia, atq. Arabia, quas ego neque oculis, neque pedibus vmquam vſurpaui, id eſt, quas neque vidi, neque adij, ſiue numquam ingreſſus ſum. Vſurpare ciuitatem, eſt dicere ſe ciuem, & pro ciue ſeſe gerere. Vſurpare ius, eſt, quod dicunt, capere poſſeſſionem. Liuius: Nõ tamẽ vltra proceſſum eſt, quam vt vnus ex plebe vſurpandi iuris cauſa, P. Licinius Trib. militum crearetur. Vſurpare memoriam alicuius, eſt mentionem de eo facere. Ci. in Lęlio; Quis eſt, qui C. Fabricij, M. Curij nõ cum charitate, & beneuolentia memoriam vſurpet, quos numquam viderit? Iureconſulti (inquit Budæus) vtuntur aliquando hoc verbo, pro eo quod eſt, præter ius vti, vel vendicare. ἰδιοποιοῦμαι, ἐπιγράφομαι πλείστου. Gell. li. 3. c. 2. Mutium Iureconſultum dicere ſolitum legi, non eſſe vſurpatam mulierem, quę cũ Calen. Ianuarijs apud virum cauſa matrimonij eſſe cepiſſet, ante diem quartum Calen. Ianuarias ſequentes vſurpatum iiſſet, non poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe a viro vſurpandi cauſa ex duodecim tabulis deberet, quoniam tertiæ noctis poſteriores ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex Calendis.

VSVRPATIO, onis, f. 3. [*Vſurpatione.* Ger. Brauchung, langer brauch] verbale, frequens vſus. Cice. de Cla. Ora. In hoc communi noſtro, & quaſi fatali malo, conſolatur ſe cum conſcientia optimę mentis, tum etiam vſurpatione, & renouatione doctrinæ. Paul. lib. 1. de Vſucap. Vſurpatio eſt vſucapionis interruptio; oratores autem frequentem vſum vocant.

VSVS, huius vſus, m. 4. [*Vſo, vſanza, conſuetudine,* אחזה achuzzah. 6. Brauch, nutz,] χρῆσις. ipſe utendi actus, exercitatio, tractatio. Cic. in Top. Vſus enim, nõ abuſus legatus eſt. Pl. Ep. 20. Vſus magiſter egregius. Cic. 1. de Ora. Adiungatur vſus frequens, qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperat. Pli. li. 10. c. 69. Auditus cui hominum primo negatus eſt, huic & ſermonis vſus ablatus. Ci. pro Cor. Bal. Aſſiduus vſus vni rei deditus, & ingenium, & artem ſæpe vincit. Interdũ conſuetudo, conuerſatio, familiaritas, [*Amicitia, familiarità.*] Quint. Mulierem, cum qua illi longus fuerat vſus. Cic. ad Volumnium li. 7. Quod ſine prænomine familiariter, vt debebas, ad me epiſtolam miſiſti, primùm addubitaui, nam à Volũnio ſenatore eſſet, quo cum mihi eſt magnus vſus. Oui. 3. Triſt. Eleg. 6. Tu tamen à nobis vſu iunctiſſime longo Pars deſiderij maxima pene mei. Interdum vſus in eadem accipitur ſignificatione, qua opus [*Opera*] indeclinabile, eamdemque habet conſtructionem. Vir. 8. Aen. Arma agri facienda viro nunc vtilibus vſus. Ter. Hecy. Non vſus facto eſt mihi. Cic. 1. Offi. Ponuſque & amicis imperitẽ tes, & reipub. ſi quando vſus eſſet. Plaut. Aſin. Viginti iã vſus eſt filio argẽti minis. Pla. in Pſeu. accuſatiuo iunxit: Ad eam rem vſus eſt hominem aſtutum, doctum, &c. id eſt, opus eſt homine aſtuto, & docto. Interdum pro fructu, & vtilitate, [*Vtilità,*] tam in ſingulari, quàm in plurali, quod ſoleamus aliqua re ideo uti, vt ex ea fructum percipiamus. χρεία. Ci. ad Att. l. 1. Fuit & mihi & Q. Fratri magno vſui in noſtris petitionibus. Ex vſu eſſe, pro vtile eſſe, & expedire. [*Eſſer vtile.*] Ter. Hecy. Si ex vſu eſſet noſtro hoc matrimonium. Col. lib. 6. c. 2. Pabulum è fundo plerumque domeſticis pecudibus magis, quàm alienis depaſcere, ex vſu ſit. Vſu venit. [*Eſſer biſogno,*] ponitur pro opus. Ter. Heau. Non vſu veniet ſpem. Hoc eſt, non opus erit, non neceſſe. Plau. in Bac. Aufugero hercle, ſi magis vſu venerit. Vſu venit verò, [*Auenire*] id eſt, accidit, euenit. Ci. pro Quint. Nam quid homini poteſt turpius, quid vero miſerius, aut acerbius vſu venire? Ponitur aliquãdo pro conſuetudine, ſiue more. [*Coſtume*] Ter. in Heau. Mihi ſic eſt vſus, tibi vt opus eſt facto, face. Id eſt, ſic mos meus eſt, ita conſueui.

VSVSFRVCTVS, m. 4. huius vſusfructus, nomen vtrinq; declinatum. [*Vſufrutto,*] ἐπικαρπία, ἐπικαρπωσις. ſignificans, rei vſum fructuoſum, cum ſcilicet res aliqua non noſtra eſt, ſed perinde ex ea fructũ atque vtilitatem capimus, ac ſi noſtra eſſet. Definitur ab Vlp. libr. 1. de vſufr. quod ſit ius alienis rebus vtendi fruendique, ſalua rerum ſubſtantia. Cicer. pro Cęcin. Vſumfructum omnium bonorum ſuorum Ceſennię legauit, vt frueretur vnà cum filio. †Hinc Vſufructuarius.]

ANA'LYSIS, s. [ἀνάλυσις, from ἀναλύω, to resolve.] Resolution of a thing into its parts, in order to discover its nature, principles, or constituent parts.

ANALYSIS, in Logic, is the resolution of a thing into its principles, or of a compound into its elements, in order to discover the nature of the whole. Analysis is opposed to synthesis, which is the composition of a whole from its principles, or of a compound from its elements. Analysis is the method of discovery, synthesis that of demonstration. Analysis is the method of finding out truth, synthesis that of explaining it when found. Analysis is the method of resolving problems, synthesis that of constructing them. Analysis is the method of finding out the principles of a thing, synthesis that of proving them when found. Analysis is the method of finding out the elements of a compound, synthesis that of forming a compound from its elements. Analysis is the method of finding out the causes of effects, synthesis that of proving the effects from the causes when found. Analysis is the method of finding out the properties of a thing, synthesis that of demonstrating them when found. Analysis is the method of finding out the parts of a whole, synthesis that of forming a whole from its parts. Analysis is the method of finding out the nature of a thing, synthesis that of explaining it when found. Analysis is the method of finding out the truth of a proposition, synthesis that of proving it when found. Analysis is the method of finding out the solution of a problem, synthesis that of constructing it when found. Analysis is the method of finding out the demonstration of a theorem, synthesis that of proving it when found. Analysis is the method of finding out the construction of a problem, synthesis that of constructing it when found. Analysis is the method of finding out the principles of a science, synthesis that of proving them when found. Analysis is the method of finding out the elements of a science, synthesis that of forming a science from its elements. Analysis is the method of finding out the causes of phenomena, synthesis that of proving the phenomena from the causes when found. Analysis is the method of finding out the properties of a science, synthesis that of demonstrating them when found. Analysis is the method of finding out the parts of a science, synthesis that of forming a science from its parts. Analysis is the method of finding out the nature of a science, synthesis that of explaining it when found. Analysis is the method of finding out the truth of a science, synthesis that of proving it when found. Analysis is the method of finding out the solution of a science, synthesis that of constructing it when found. Analysis is the method of finding out the demonstration of a science, synthesis that of proving it when found. Analysis is the method of finding out the construction of a science, synthesis that of constructing it when found. Analysis is the method of finding out the principles of a science, synthesis that of proving them when found. Analysis is the method of finding out the elements of a science, synthesis that of forming a science from its elements. Analysis is the method of finding out the causes of phenomena, synthesis that of proving the phenomena from the causes when found. Analysis is the method of finding out the properties of a science, synthesis that of demonstrating them when found. Analysis is the method of finding out the parts of a science, synthesis that of forming a science from its parts. Analysis is the method of finding out the nature of a science, synthesis that of explaining it when found. Analysis is the method of finding out the truth of a science, synthesis that of proving it when found. Analysis is the method of finding out the solution of a science, synthesis that of constructing it when found. Analysis is the method of finding out the demonstration of a science, synthesis that of proving it when found. Analysis is the method of finding out the construction of a science, synthesis that of constructing it when found.

Hospitale:)ξενοδοχεῖον.locus publicus,quo hospites,id est,peregrini excipiuntur,quod genus Hierosolymis primum ab Hircano extructum fuisse,auctores sunt Iosephus, & Egesippus. Hieronymus, Xenodochium in portu positum totus pariter mundus audiuit.

XENON,m.3.ξένων pictor Sicyonius,Neoclis discipulus,cuius meminit Pli.li.35.c.11.

XENOPAROCHI,m.2.ξενοπάροχοι,iidem qui & Parochi,qui legatis Romam missis, cæterisque alicuius dignitatis hospitibus, salé, & ligna præbebant,vnde & nomen accepetũt,παρὰ τὸ τοῖς ξένοις τὰ ἐπιτήδεια παρέχειν,quod hospitibus necessaria suppeditarẽt. Arcadius tit.de Muneribus,l.Munerum,Tabularij(inquit)vel Xenoparochi,vt in quibusdam ciuitatibus,&c.

XENOPHANES,p.c.m.3.ξενοφάνης. philosophus Colophonius,Dexij, siue(vt Apollodorus nuncupat)Orchomenis filius, Archelai auditor, qui contra Homerũ,& Hesiodum elegias scripsit & Iambos,irridens ea, quæ de Dijs sunt commenti.Dei substantiam rotundã esse sensit,nihilque cum hominibus habere commune,totum cernere,totũque audire,vnum esse omnia, mentem,prudentiam, æternitatem.Auctor Laertius.Eiusdem meminit & Ci.3.Acad.Xenophanes(inquit)paulo etiam antiquior,vnum esse omnia tradit, neque id esse mutabile,& id esse Deum.Fuit & alter Xenophanes ex Lesbo insula, Poeta Iambicus,vt refert idem Laertius.

XENOPHILVS,p.c.m.2.ξενόφιλος. nomen Musici Chalcidẽsis,philosophi Pythagorici,de quo Valer.Max.Biennio minor,quàm Gorgias,qui centum,& quinque vixit annos. Xenophilus Chalcidẽsis Pythagoricus fuit,sed felicitate non inferior,siquidẽ(vt ait Aristoxenus Musicus)omnis incommodi humani expers,in summo perfectissimæ doctrinę splendore extinctus est.Eumdẽ & Plinius rara inter felicitatis exempla commemorat,li.7.c.50.Ergo pro mira culo(inquit)& id solitarium reperitur exemplũ,Xenophilũ Musicum centum & quinq; annis vixisse,sine vllo corporis incómodo.

XENOPHON,m.3.ξενοφῶν.nomen Philosophi,& ducis insignis Atheniẽsis,qui Socratis discipulus,& Platonis æmulus fuit, speciosus, moratus,& oibus gratus; tanta vero eloquentia, vt Musa Attica a nonnullis fuerit appellatus.Infinuatus in Cyri minoris amicitiam cum eo militauit,eoque in acie cæso,exercitus reliquias ex vltimis Babyloniæ finib.per aspera,& difficillima itinera incolumes in patriã reduxit.Scripsit Cyri maioris Pædiam,non tam historicæ seruiens veritati(vt inquit Ci.lib.2.de Orat.) quàm vt absolutũ institueret ducem,Præterea Cyri minoris expeditionẽ aduersus Artaxerxem fratrem, De rebus Græcorũ libros sex,Symposium,Oeconomicum,à Cicerone,teste Columella,Latinitate donatũ.Ad hęc de re equestri,de venatione,Socratis Apologiã,aliaque nonnulla, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur.Tres alij præter hũc Xenophontes commemorantur a Suida, quorum primus Antiocheus fuit, qui Amatoria quædam scripsit, quæ Babylonica appellant.Alter Ephesius,qui & ipse Amatoriaru narrationũ libros decẽ scripsit,quæ Ephesiaca nominauit.Tertius Cyprius,qui & ipse Amatoria quędam edidit de Cynira, Myrrha, & Adonide,quæ Cypriaca nominauit.Laertius septem commemorat Xenophontes,quorum nomina,& scripta vide apud ipsum.

XERA,f.1.ξηρά.vrbs prope Herculis columnas,vt ex Theopompi sẽtentia refert Stephanus.

XERAMPELINVS color, m.2. [*Rosa secca,*] ξηραμπέλινον χρῶμα.medius est(inquit Plebus) inter coccinũ, & muricem, quo matronæ peculiariter vti solent.Dictus Xerampelinus a siccis vitium foliis, quæ eius fere sunt coloris.ξηρὸν enim aridum est, vel siccum, ἀμπελος, vitis.Vulgo *color siccæ rosæ* dicitur.Hinc Xerampelinę vestes dicuntur,quæ hoc colore tinctæ sunt.Iuu.Sat.6. Et Xerampelinas vestes donauerat ipsi.Has nõnulli Arrabaticas vocãt,alij Atrabapticas, vt quibusdam placet.Vide Thiesium in Tractatu de coloribus,& Cœlium Rhodig.lib.16.c.10.

XERIA,n.2. ξηρίαι. emplastra ficca, sicut Hygremplastra vocãtur liquida emplastra.

XEROLŒPHIA,f.1.ξηρολοιφία.vnctio sicca;hoc est,quę fit citra lauationem.Contra quæ post lauacrum adhibetur,Hygralephia.ὑγρολοιφία.appellatur.

XEROLIBYA,f.1.ξηρολιβύη.Libya sicca,hoc est,pars Libyæ interior, propter aquarum inopiam deserta, quã Vir.li.4 Aen.vocat regionem sitii desertam.

XEROLIPHVS.m.2.ξηρολίφος.tumulus fuit Constantinopoli,cochleas sexdecim,& Dianę columnam structilem,& tripodes habens, in quibus Epigrámata solebant inscribi. Qua voce vtitur Iustinian°, C.de pub.iud.etiamsi Alciatus vocem adulterinam esse putauerit Meminit huius tumuli Suidas,& Priscianus,qui li.2. de accidentibus litterę,Epigrammata quædam se legisse testatur Byzantij in Xerolipho,in vetustissimo tumulo inscripta.

XEROMYRVM,n.2.ξηρόμυρον.vnguentum est siccum, vt Hygromyron.ὑγρόμυρον.liquidum,fœmellarum auribus expetitum.

XEROPHTHALMIA,f.1.ξηροφθαλμία.arida lippitudo,cũ nec tument, nec fluunt oculi, sed rubent tantum,& pruritu infestantur,& noctu prægraui pituita marcescunt. Vide Cœlium,lib.6.c.6.

XERENA,f.1. ξερξήνη. minoris Armeniæ regio, ita dicta à Xerxẽ quemadmodum à Cambyse Cambysene. Auctore Steph.& Strab. libro 11.

XERXES,m.3.ξέρξης. Persarum rex fuit, filius Darij,& Cyri ex Atossa filia nepos,qui CLXX.hominum myriadibus,hoc est,decies septies centenis millibus per totum quinquennium contractis, Græciæ bellum intulit.Quam tantã hominum turbã,cum ex editiore specula aspexisset, teneriter fertur lachrimasse, q; post centum annos ex tanto hominum numero nemo esset superfuturus. Tantum autem habuit nauium apparatum,vt totum Hellespontum operiret, & Asiam Europæ ponte conjungeret. Athon præterea montẽ, teste Pl,li.4.c.10.à continente abscidit.Victus demũ apud Thermopylas a quattuor hominum millibus, nauale quoque certamen cũ Themistocle tentauit,à quo similiter apud Salaminem superatus, cũ antea tota maria classe sterneret,vix paruula cymba effugit,relicto Mardonio Præfecto,qui & ipse,re in Bœotia infeliciter gesta, cum paucissimis in Persidem se recepit.Demum cũ se otio, foeditate,relicta militia tradidisset, primum genus luxuriæ nouis inuenientibus proposuit,vt scribit Valerius.Quamobrẽ à suis suppetus, paucis post annis ab Artabano prefecto suo in regia interfectus,cum regnasset annis octo.Vide hæc latius apud Iustinũ Trogi abbreuiatorem.Xerxes alter,pictor Heracleota,Venerẽ adeo pulchram pinxit, vt ex ea quæstum magnum faceret, pretio accepto ab his,qui eam videre cupiebant.Itaq; Græci lepido cauillo Venerem amicam Xerxis vocitabant, quod ex eius lenocinio quæstum faceret.Auctor Aelianus de varia historia.

X A N T E I.

XILIA,f.1.Libyę vrbs,vt ex Alexandro annotauit Stephanus, cuius incolæ dicuntur Xiliatæ.

XIMENE,p.p.ξιμήνη.Ponti regio,salis fossilis habẽs fodinas:vnde & Halys fluuius,qui ex ea oritur,nomen accepisse existumatur. Auctor Strab.lib.12.

XIPHENE,es,p.p.f.1.ξιφήνη.regio Palæstinę,teste Iosepho,cuius incolæ dicuntur Xiphenęi.ξιφηναῖοι.Stephano.

XIPHIA,f.1.ξιφίαι.piscis genus,rostrum habens mucrone armatum, vnde & Latini Græcos imitati,gladium appellant.Pl.li.11.c.1. Xiphiam,id est,gladium,rostro mucronato esse,ab hoc naues perfossas mergi in Oceano ad locum Mauritaniæ, qui Cotta vocatur,nõ procul à Lixa flumine,Trebius Niger auctor est.Xiphię item stellę sunt ex genere Cometarum, in mucronem fastigiatę,pallidæ,ac quodam gladij nitore sine vllis radijs.Auctor Pli.li.2.c.25.

XIPHION,n.2.ξιφίον.herba est folio mucronato,iridi non dissimili,q; Romani gladiolum,vulgus herbariorum *Sparbulam fetidam* appellat.Descriptionem eius vide apud Pl.li.25.c.11.

XIPHONIA,f.1.ξιφωνία.Siciliæ oppidum, non procul à Tauromenio promontorio situm,vt ex Theopompi sententia docet Stephanus, & Strab.lib.11.

X A N T E O.

XOIS,siue Xoes,f.3.ξόις.Steph.insula est in mediterraneis Aegypti, supra Sebennyticum, & Pharniticum ostium,oppidum habens eiusdem nominis. Auctorib. Steph. & Strab.li.16.Hunc Xoitem nomos,hoc est,Xoitica præfectura,Pli.li.5.c.9.

X A N T E V.

XVCHES,f.1.ξοῦχις Libyæ oppidum,vt ex Artemidori Epitome annotauit Stephanus,cuius incolæ appellantur Xuchitę.

XVTHIA,f.1. ξουθία.Siciliæ oppidum, vt ex Philistu sententia tradit Stephanus.Gentile,Xuthiates.

XVTHVS,m.2.ξοῦθος.Hellenis filius,& gener Erichthei,qui in Tetrapolim Atticæ,hoc est,Oenoam,Marathonem, Probalinthum,& Troiocorityn colonos deduxit. Auctor Strab.li.8.

X A N T E Y.

XYLENEPOLIS,f.3.ξυλινόπολις.vrbs in confinio Cariæ,& Indiæ,ab Alexandro condita,vt post Onesicritum refert Pli.lib.6.c.23.

XYLINA,f.1.ξυλίνη.Cappadociæ oppidum, inter Arcaonæ,& Cissi fluuiorum ostia situm.Auctor Ptol.li.5.c.6.

XYLINVM,p.c.n.2.ξύλινον.lini genus candidissimi,& mollissimi,arescens in frutices,cui nomen est Xylon,pomis quibusdam inclusum: barbatæ nuci non dissimilibus, quæ maturitate hiscentia globum ostendunt lini,quod à nuce fruticis,xylinũ appellatur. Pl.li.19.c.1. Superior pars Aegypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quę alij gossipium vocant,plures xylon,& ideò lina inde facta Xylina. Paruulus est, similemq; barbatę nucis defert fructum,cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec sunt vlla eius cãdori,mollitieque præferenda. Hactenus ille. Hodie hoc lini genus etiã in Italię locis quibusdam gignitur, vulgoq; vocabulo *Cotone* appellatur.

XYLOBALSAMVM, n. 2. ξυλοβάλσαμον. balsami arbusculæ lignum, cuius succus Opobalsamum appellatur. Plin. lib. 12. c. 15. Et balsami quoque sarmenta in mercè sunt. Amputatio ipsa, furculusq; venit intra quintum demum annum, xylobalsamum vocatur, & collocatur in vnguentis.

XYLOCINNAMVM, n. 2. ξυλοκίνναμον. Cinnami lignum. Plin. lib. 12. ca. 19. Ipsum verò lignum in fastigio est propter origani acrimoniã, Xylocinnamum vocant.

XYLON, n. 1. [*Ligno*] ξύλον. præter vulgatam illam significationem, qua Græcis lignum significat, peculiariter etiã accipitur pro quodam fruticis genere, quod & Gossipion vocant, olim in sola Aegypti superiore parte, hodie etiam in Italia nascentis, pomum feteritis similitudine barbatæ nucis, quod matureſcens copia lanuginis, quam inclusam habet, dirumpitur, liniq globum inclusum, multò maiore, quàm pro pomi magnitudine detegit, idq; ligni genus Xylinum, seu Gossiopinum appellatur. Vi. Plin. lib. 19. c. 1.

XYLOPHAGVS, p. c. m. 2. [*Tarlo*] ξυλοφάγος. vermis albus, obesus, capite, si ad reliqui corporis magnitudinem comparetur, grauissimo, sub arborum corticibus potissimùm nascens. Plin. lib. 17. cap. 24. Cossos vocat, eosq; a quibusdam in summis ciborum deliciis habitos tradit, quin etiam farina saginari, altilesq; fieri. Idem tradit & Hieronymus contra Iouinianum, de Ponti, & Phrygiæ populis loquens; Et qũo (inquit) apud nos ficedula, & attagen, mullus, & scarus in delicijs computantur, ita apud illos ξυλοφάγους comedisse luxuria est.

XYLOPOLIS, f. 3. ξυλόπολις, oppidum Mygdoniæ, quę est Macedoniæ regio, cuius incolæ dicuntur Xylopolitæ, quorum meminit Pli. li. 4. cap. 10.

XYRIS, f. 3. ξυρίς. herba folia habens iridis, sed latiora, & in turbine mucronata, quorũ è medio caulis erũpit crassus, cubitalis, ex quo siliquæ triangulares dependent, in quibus purpureus flos, in medio puniceus, semen in folliculis simile fabis rotundum, rubrum, acre, radix longa, geniculata, rufa. Vide Dioſc. li. 4. c. 24. & Pli. lib. 21. c. 20. Officinæ *Iridem siluestrem* appellant.

XYNIA, f. 1. ξυνιά. Thessaliæ oppidum apud Polyb. lib. 9. à quo vicina palus Xynias appellatur, quam alio nomine Beboeidem vocant. Steph.

XYSTICI, m. 2. ξυστικοί. dicti sunt Athletæ, siue quod in xystis, hoc est, porticibus sese exercerent, siue quod xystis, hoc est, hastis propugnarent. Vide plura in dictione Xystus.

XYSTIS, f. 3. ξυστίς. Stephano, oppidum Cariæ, in conuentu Alabandensi, cuius incolæ Xystiani appellantur, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

XYSTIOS, m. 2. ξύστιος. gemma quædam plebeia, apud Indos nascens, quam Plin. inter Ialpidum genera annumerat, lib. 37. cap. 2.

XYSTVS, xysti, m. 2. [*Portico, luogo da passeggiare, loggia. Ga. Pourmenoir, galerie. Hiſ. portar par a passeare se.*] ξυστός. apud Græcos porticum amplam significat, teste Vitr. lib. 7. hibernæ Athletarum exercitationi accommodatam. Hinc Xystici. ξυστικοί. dicti sunt athletæ: siue quod in xystis se sub tectis exercerẽt, siue quod xystis depugnarent. Sic. n. Græco vocabulo appellabant hastas, quibus isti vtebantur: vnde Xystophori dicti sunt spiculatores. Suet. in Augusto: Nec tamen eò inuisus aut xysticorum certationes, aut gladiatorũ pugnas seuerissimè semper exegit. Latini verò, eodem Vitruuio teste, Xysti appellatione subdialem ambulationem magis intelligunt arborum, fruticumve ordinibus distinctam. Ci. in Bruto: Dũ ambulatem in Xysto, & essem otiosus domi. Plinius: Ante cryptoporticum Xystus est violis odoratus. Pli. li. 5. Epist. Ante porticum Xystus concisus in plurimas species, distinctusq buxo. Idem: Non tam statuarum, & tabularum pictarum ornatu ædes suas, quàm xystis, & nemoribus excolunt.

DE LITTERA Y

Y GRÆCORVM vocalis est, quæ in illorum dictionib. scribendis tantùm vtimur. Huius loco antiqui, qui peregrinam literam nullam recipiebant, quintam Latinorum vocalem substituebant. Cice. in Oratore; Purrhum semper Ennius, nunquam Pyrrhum. Vi patefecerunt Phruges, nõ Phryges, ipsius antiqui declarant libri Nec. n. Græcam literam adhibebant, nunc autem etiam duas, & cum Phrygum, & cum Phrygibus dicẽdum esset, absurdum erat barbaris tantùm casibus Græcam literã adhibere, aut recto casu solum Græcè loqui; tamen & Phryges, & Pyrrhum, aurium causa dicimus. Hæc ille. Peculiare autem est huic elemento, vt in capite dictionum perpetuò aspiretur. Quare, quę ab eo initium sumunt, requirenda sunt inter Aspirata.

DE LITTERA Z

Z LITTERA Græca est, qua in Latinis dictionibus non vtimur. Est autem gemina consonãs, loco cuius nos interdũ geminum SS, vt Patrisso, pro πατρίζω. Pityso pro πιτυζω interdũ sd, substituimus, vt Esdras, pro Ἔζρας. Antiqui loco eius vnicum aliquãdo S, scribebant, vt Sacynthus, pro Ζάκυνθος. Sethus, pro Ζήθος. Nonnunquam etiam d, litteram loco eius vsurpabant, vt Medentius, pro Mezentius. Sed hoc tantùm apud antiquissimos, qui peregrinas nullas literas recipiebant.

Z A N T E A

ZABIDA, f. 1. Ζάβιδα. vicus, ĩ Arabiæ mediterraneis, vt ex Vranio annotauit Stephanus.

ZABII, m. 2. Ζάβιοι. populi Indiæ, qui cum Deriade aduersus Dionysium pugnauerunt. Steph.

ZACALIAS, m. 2. Ζακαλίας. magus Babylonius, qui de gemmarum viribus scripsit ad Mithridatem Ponti regem. Auctor Plinius libro 10. cap. 10.

ZACANTHAEI, m. 2. Ζακανθαῖοι. Zacãthiorum coloni, teste Polybio, Pyrenæi montis incolæ. Horum oppidum Zacantham expugnauit Annibal, cum in Italiam properaret, vt ex Apollodori Chronicis annotauit Steph.

ZACYNTHVS, f. 2. [*Zante.*] Ζάκυνθος. insula Ionij maris parua, occidẽtali Peloponnesi latere adiacens, vrbemq; habẽs eiusdẽ nois, à Zacyntho Dardani filio, qui in ea imperauit, dicta. Pl. lib. 4. c. 11 Inter Cephaleniam, & Achaiam cum oppido magnifica, tum fertilitate præcipua Zacynthus, aliquando appellata Hyrie. De hac Virg. 3. Aen. Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

ZAGRIVS, m. 2. Ζάγριος. Tauri montis pars, Mediam diuidens à Babylonia. Auctor Strab. lib. 11. cap. 15.

ZALEVCVS, m. 2. Ζάλευκος. nomen fuit Legislatoris Locrensium, qui cum in adulteros hanc pœnam statuisset, vt in adulterio deprehẽsi vtroque orbatentur oculo, oblato filio, multisque testibus adulterij conuicto, cum neque patrium animum posset exuere, neque solus pœnæ, quàm ĩ alios statuerat immunis esse vellet, sibi primũ vnum oculum, quamuis plurimum reclamante plebe, & filij crimen patris virtuti condonante, deinde & filio alterum iussit erui. Auctor Val. lib. 6. cap. 5.

ZAMA, f. 1. Ζάμα. Africæ vrbs fuit, apud q̃ Africanus maior Annibalẽ insigni clade affecit. Vide Historiam apud Liu. li. 10. Bel. Pun. 2.

ZAMOLXIS, m. 3. Ζάμολξις. vnicus Getarum Deus, ad quem proficisci existimabant eos, qui è vita decederent. Nonnunquam etiam sorte ex viuis aliquot deligebant, quos de rebus suis Zamolxidi nuncios mitterent, quos post mandata, quę illi nuncupata cupiebant, in sublimè iactatos, gladijs excipiebant, atq; ita interfectos, recta ad Zamolxin proficisci credebant Zamolxin autẽ quidam Pythagoræ seruum fuisse existimant, qui qi Getas ad cultiorem vitã reduxisset, ab ijs habitus est pro numine. Vide Herod. Hist. lib. 4.

ZANCLE, f. 1. Ζάγκλη. Siciliæ vrbs, in penitissimo Pelori sinu, postea à Messenijs instauratoribus Μεσσήνη, hoc est, Messana appellata. Zãcle autem à situs obliquitate dicebatur, quod falcis in modũ curuata esset. Vide Strab li. 6. Ipsa et Sicilia Zãcla dici inuenitur, à Saturni falce, quam poetæ fabulantur in Siciliam decidisse. Quã fabulam inde ortam putat Macrob quod in primis frugum fertilis sit. Saturnus autem primus putatur in Italia frugũ vsum inuenisse. Ouid. 15. Meta. Zancle quoque iuncta fuisse Italiæ legitur, donec confinia pontus Abstulit, & media tellurem reppulit vnda. Zancleus, a, um, Ζαγκλαῖος. zanclęa arena. Ouid. 13. Metam. Charybdis zanclęa. Idem 4. Fast.

ZANCLES, m. 1. Ζάγκλης. Senex quidam Samothracenus, cui post annum vitę quartum, & centesimum dentes renatos fuisse tradit Pl. lib. 11. cap. 37.

ZAPAVORTENE, f. 1. Ζαπαυορτηνή. Asiæ regio, à Caspijs versus ortũ sita, cuius descriptionem vide apud Pl. lib. 6. cap. 16.

ZARIASPA, orum, n. 2. Ζαρίασπα. Indiæ vrbs, quam alio nomine Bactra appellant. Auctores Pli. lib. 6. cap. 15. & Strab. lib. 17.

ZARMISEGETHVSA, f. 1. Ζαρμισεγεθοῦσα. regia Daciæ vrbs. Auctor Ptol. li. 3. cap. 8. Vlp. Traiana deinde dicta.

Z A N T E E

ZEA, f. 1. Ζέα. genus frumenti simile farri, quod vulgò *Spelta* dicitur. Duo eius genera tradit Dioſc. lib. 2. ca. 80. Alterũ simplex, & vnius tãtum grani, alterum quod Dicoccon, hoc est, gemini, & duplicis grani appellant, duobus vtriculis coniunctum semen habens. Pli. li. 10. c. 8 Qui zea vtuntur, non habent far. Est & hæc Italię in Cãpania maximè, semenq; appellatur. Hoc habet nomen præclara res, vt mox docebimus, propter quam Homerus Ζείδωρος ἄρουρα, dixit. Plura de zea vide apud Galenum libri de ali. facul.

ZELA, f. 1. Ζῆλα. oppidum fuit Thraciæ in Cœnica regione, eo in loco sita, vbi postea extructa fuit Flauiopolis. Auctor Pli. li. 4. ca. 11. Zela altera fuit in Cappadocia, non procul a Megalopoli, à qua vicinus ager Zeleticus appellatur. Auctor Pli. li. 6. c. 3. & Strab. li. 12.

ZELIA, siue Zelea, pe. prod. f. 1. Ζήλεια. Troadis oppidum, ad radicem Idæ montis, spectans in Hellespontum. Auctores Plin. lib. 8. ca. 32. Strab. lib. 12.

ZELO, as, & zelor, aris, n. & d. 1. [*Hauer gelosia. Gal. Hauer ialousie. Hi.*

Sero

Sero Zelosi]à verbo Græco ζηλόω, in sacris litteris frequenter occurrunt, ideinq; prorsus significant, quod apud Græcos ζηλόω, hoc est, æmulor, inuidia prosequor, cupidè aliquid imitor, & iam vehementer amo, vt neminem in partem amoris admitti patiar.

Zelotes, m. [*Gelosa*] p.p. ζηλώτης. idem est, quod æmulator: Vnde & Theseus dici posset zelotes Herculis, & Phauonius Catonis, quod hic Catonem, ille Herculem semper studiosè obseruauerit, virtutemq; conatus fuerit æmulari. Quandoq; accipitur pro amatore, qui nullum in amore ferè riualem. In hac significatione frequenter occurrit in sacris literis, præcipuèq; apud prophetas, qui Deum zelotem esse prædicant, hoc est, zelotypum, & ferre non posse, vt amor ille cultusq; sibi vni debitus, ad idola, dæmonia ve trãsferatur.

Zelotypia, æ. f. i. [*Gelosia. G. Ialousie. Hisp. El zelo o inuidia*] ζηλοτυπία ægritudo animi, cum ne quis possideat, timemus, quod possidere soli cupimus. Cic. 4. Tuscul. Obtrectatio est ea, qua intelligi zelotypiã volo, ægritudo ex eo, quod alter quoq; potiatur eo, quod illic ipse concupierit. Antonius Ciceroni inter epistolas ad Att. lib. 10. Iudicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nra, quę magis a zelotypia mea, quàm ab iniuria tua nata est.

Zelotypvs, pi, m. 2. [*Gelosa. Gal. Ialoux. Hisp. Zeloso.*] pc. c. ζηλότυπος. suspicioſus in amore, quemq; id solicitũ habet, ne quis eo perfruatur, quod ipse amat, quasi dicas formę æmulatorem. Nam ζῆλος, æmulationem, & τύπος, formam significat. Iuu. Sat. 5. Quas in digitis vaginę frõte solebat Ponere zelotypo iuuenis patiũs latębę.

Zelvs, m. 2. [*Zelo.*] ζῆλος, modo inuidiam, modò studium, modò æmulationem significat, quò fit, vt ab alijs alio modo definiatur. Quidam tristitiam esse aiunt, ob alterius bona, quæ sibi adesse cuperet. Alij διάτασιν τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὰ καλὰ πρὸς παράδειγμα ὁρώντος.

Zenicetvs, m. 2. ζηνίκητος. insignis pirata nomen, qui occupato Olympo Asię monte, Lyciam, Pamphiliam, & Pisidiam assiduis excursionibus cum infestaret, multaque loca munita in potestatem redegisset, tandem P. Seruilij, qui postea Isauricus dictus est, arma in se concitauit, a quo cum montem præter omnem expectationẽ captum videret, seipsum cum tota domo concremauit. Auctor Strab. lib. 4.

Zeno, m. 3. ζήνων. Philosophus ex Cyrto Cypri ciuitate, Stoicorum secte conditor, tanto in honore apud Athenienses habitus, vt apud eũ claues vrbis deponeret, ornarentq; ipsum aurea corona, & statua ærea. Hic adolescenti cuidã inepta multa loquenti; Ideò, inquit, duas habemus aures, os autem vnum, vt s. multa audiamus, pauca verò loquamur. Decessit octogesimo ætatis suæ anno sine morbo. Nam (vt ferunt) cum abiret ex schola, lapidem offendens digitum perfregit, manu verò terram feriens, illud ait ex Niobe; Venio, quid me vocas? Et cõtinuò se strangulãs interijt. Ci. in Or. Zenone quidem ille, à quo disciplina Stoicorũ est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. Nam cum compresserat digitos, pugnumq; fecerat, Dialecticam aiebat eiusmodi esse: cũ aũt diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Fuit & alius Zeno Eleates, quẽ Dialecticæ inuẽtorem fuisse scribit Arist. Huius celebratissima fuit in perferẽdis cruciatibus patientia. Nam cum adolescentes nobilissimos cupiditate liberandę patriæ inflammasset contra Nearchum Tyrãnum, facto indicio comprehensus, traditusq; est tortoribus torquẽdus. Cumq, laceraretur, vt conscios coniurationis nominaret, neminẽ illorum indicauit, sed amicos intimosque tyranni participes cõiurationis esse dixit. Deinde cum quippiam se in aurem tyrãni loqui velle significasset, eam mordicus correptam non ante dimisit, quã rapta aure populatum caput reliquisset. Verùm cum iam vererentur, ne toties repetitis tormentis resistere non posset, conuersus ad ciues, qui quæstioni interetant; Admiror (inquit) vestram ignauiã, ò cives, qui eorum metu, quæ ego nunc patior, tyranni iugũ sustinetis, idq; cum dixisset, concisam dentibus linguam in os tyranni expuit. Quò facto tanto ciuium animos libertatis desiderio incendit, vt concursu vndiq; facto, Nearchum lapidauerint. Fuit & alius Zeno, Philosophus Epicureus, Ciceronis synchronos, id est, contemporaneus, quem idem Cic. lib. 1. de Finib. se cum Attico frequenter audiuisse testatur, Epicuri sententias explicantem.

Zenobia, f. i. ζηνοβία. Odenati vxor, quę à Ptolemæis originem ducens, Græcis, ac Latinis literis ornatissima, necnõ & rebus bellicis celeberrima, in Palmyra Syriæ vrbe regnauit. Hęc cum Saporem Persarum regem superasset, tãdem ab Aureliano Augusto victa, Romã in triumphũ ducta fuit, vbi summo cũ honore consenuit.

Zenobivs, m. 2. ζηνόβιος. Sophista, qui Adriani temporibus Romę floruit, scripsit epitomẽ Didymi, & Tarrhęi libris tribus: & Sallustij historiam in Græcum sermonem conuertit. Auctor Suidas.

Zenodorvs, p.p.m. 2. ξενόδωρος. statuarius insignis fuit sub Nerone, qui Mercurij colossum fecit apud Aruernos cccc. pedum altitudine: deinde & Neronis colossum, qui postea dedicatus fuit numini Solis. Auctor Pl. lib. 34. cap. 9.

Zenodotvs, p. c. m. 2 ζηνόδοτος. Epheus versificator, & Grammaticus, qui temporibus Ptolemæi primi floruit, à quo ẽt Alexandrinæ bibliothecę fuit prefectus, primus quoq; Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Suidas. Fuit & alter Zenodotus Grammaticus Alexandrinus, qui in quædam Platonis, Homeri, & Hesiodi opera commentarios conscripsit. Vide Suidam.

Zenodotivm, n. 2. ζηνοδότιον. Vrbs Ofroenæ propè Nicephorium, vt ex secundo Parthicorum Arriani annotauit Steph.

Zephyre, f. i. ζεφύρη. insula est maris Mediterranei iuxta Cretã. Auctor Pl. l. 4. c. 12. Pomponius l. 2. Zephyre item, siue Zephyra, olim dicta fuit Cariæ vrbs, Mausoli sepulchro nobilitata, quę deinde dicta est Halicarnassus. Auctor Strab. lib. 14.

Zephyrivm, n. 2. ζεφύριον. promontorium est Locrorum, à quo Locri dicti sunt Epizephyrij, quod supra Zephyrium siti essent. Str. lib. 6. Locri agri promontorium offertur, quod Zephyrium appellatur, portum habens ab occasu venientibus ventis commodũ, qua ex causa & nomen assequitur.

Zephyrvs, m. 2. [*Zefiro*] ζέφυρος. ventus flans ab occasu æquinoctiali aduersus Subsolanum, quem Latini Fauonium appellant, dictus Zephyrus, quasi ζωηφόρος, vitam ferens, vel quia fert, quę sunt ad vitam. Eo sanè plantæ omnes germinant, & pullulant. Vide Gel. lib. 2. c. 23. Hinc Zephyrius adiectiuum, vt Zephyria oua. [*Di vento*] ἀνεμώλια τά. hoc est, sterilia, quod vento putentur generari. Pli. lib. 10. c. 68. Quidam & vento putant ea generari, qua de causa etiam Zephyria appellantur.

Zerbis, m. 3. ζέρβις. Mesopotamiæ fluuius in Tigrim cadens, vt scribit Pli. lib. 6. c. 46.

Zerbethra, n. 2. Arcades vocant vadi foramina quędam, per quæ Erasinus fluuius e lacu Stymphalo erumpit in Argiuam tetram. Auctor Strab. lib. 8.

Zeros, gemma similis iridi, alba ac nigra macula distinguente crystallum. Plin. lib. 37. c. 9.

Zerynthvm, n. 2. ζηρύνθος. antrum est in Thracia, non procul a Zona vrbe, & Hebro fluuio; Hecates numini sacrum, vt est auctor Lycophron, vnde & canes in eo immolabantur. Suidas Veneri sacrum fuisse existimat, eamque inde Zerynthiam dictam. Vide Cœlium Rhodig. lib. 18. c. 23.

Zeta, & zetecula, f. i. diminutiuum apud Pli. in Epi. Est locus capax vnius lecti, cum scilis duabus, qui velis obductis, & reductis, modò adijcitur cubiculo, modò aufertur. Nomen inde deductum, quoniam tribus e partibus fenestras, & prospectus habeat, atque solem multipliciter accipiat, quasi ἀπὸ τοῦ ζῆν, quod est feruere. Nam & heliocaminus in ipsa zeta ponitur, hoc est, vaporarium quoddam solare, non ad ignis vsum, sed a Solis, velut id quod vulgo *Lumiere* dicitur, & in Paduana Gallia Luceriũ. Vel ἀπὸ τοῦ ζῆν, quod in ea commodissimè viuatur (vt quam delicias, & amores suos vocet Cæcilius) ficiq; accommodatione, victuque Diæta. De Heliocamino Vlp. de seruitutib. verb: Si arbor (inquit) heliocamino, vel solatio solem adimat, dicendum erit, quia vmbram facit in locum cui sol fuit necessarius, contra seruitutem impositam fieri. De zeta Lamprid. Iudicos odores Heliogabalus ad vaporandas zetas sine carbonibus iubebat incendi. De Zetecula Plin. Mox ze tecula refugit quasi in cubiculum.

Zetes, m. 2. ζήτης. fuit filius Boreæ ex Orithyia, & frater Calais. Hij duo fratres in Argonautarum numero fuerunt, & quoniam alati fuisse feruntur, ad pellendas Harpyas missi sunt, teste Seruio.

Zethvs, m. 2. ζῆθος. Iouis ex Antiopa filius, & frater Amphionis, cui coadiutor fuit in condendis Thebis. De quo Cic. li. 2. de Off. Mirot cur philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuuianus, prope bellum indixeris. Hor. 1. Epi. 17. Gratia sic fratrum geminorum Amphionis, atque Zethi dissiluit.

Zevgitana Regio, f. i. ζευγιτανὴ. eadem quæ Africa propriè dicta. Auctor Plin. lib. 5. c. 2.

Zevgitæ, m. i. ζευγῖται. calami aucupatorij, in Orchomenio lacu post annuam inundationem nascentes. Auctor Plin. lib. 16. cap. 36. Zeugitæ item dicebantur Seruij Census homines in Rep. Solonis, ab equis iugalibus dicti, qui metra colebant ducenta, & quoties necessitas vrgebat, minas decem tributi nomine conferebant. Vide Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 18.

Zevgma, atis, n. 3. ζεῦγμα. Latinè connexio, siue adiunctio dicitur est. Est autem figura dictionis, cum plures sensus vno connectuntur verbo; quod tribus modis fit, aut præposito verbo, ad quod reliqua respiciãt; vt, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Aut verbo postposito; vt, Neq; is es, Catilina, vt te aut pudor a turpidine, aut metus a periculo, aut ratio a furore reuocarit. Aut in medio sensuum posito verbo; vt, Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi, qui tripodas, Clarij lauros, qui fidere sentis, Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ. Aen. 3. Est item Zeugma vbs insignis ad Euphratem fluuium, LXXXII. M. pass. a Samosatis Comagenæ ciuitate distans. Auctor Plin. lib. 5. cap. 24.

Zevs, zei, m. 2. piscis præstantissimi genus in Oceano Atlantico, & circa Gades, inter omnes, qui in eo mari capiuntur, bonitatis palmam obtinens. Gaditani alio nomine Fabrum appellant, a colore, opinor, fuligineo, quo fabri plerumque nigricant. Plin. libr 9. cap. 18. Est hæc natura, aut alij alibi pisces principatum obtineant, co-

racinus

racinus in Aegypto, zeus idē Faber appellatus Gadibus, circa Ebusum salpa. Col. lib. 8. cap. 16. Vt Atlantico faber, qui in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus adnumeratur, eāque prisca consuetudine zemin appellamus.

Zeuxis, m. 3. clarissimus pictor Heracleotes fuit, qui in certamen picturę cum Parrhasio descendit, vuas quoque tanto successu pictas in scenam detulit, vt ad eas aues aduolarent. Parrhasius autem linteum attulit pictum, ita veritate repręsentata, vt zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam, intellectoque errore, concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipse aues fefellisset, Parrhasius autem se artificem. Fertur hic pinxisse puerum vuas ferentem, ad quas cum aduolassent aues, iratus est mira ingenuitate operi suo, & dixit, Vuas melius pinxi, quàm puerum: Nam si hunc consummassem, aues timere debuerant. Pinxit & Helenę simulachrum, quod deinde Romam translatum fuit, & in Philippi porticibus collocatum. Hæc ex Pli. libr. 35. cap. 10.

Zevxo, f. 3. ζευξώ. Nympha marina Oceani & Tethyos filia. Hesiod. in Theog. ζευξώ &c.

Z A N T E I

Ziela, f. 1. ζίελα. Cappadocię oppidū, teste Stephano, à Ziela Nicomedis filio conditum.

Zigere, f. 1. ζιγέρη. oppidum Scytharum Aroterum, in ea parte Thracię, quæ Istri ostijs iucumbit. Auctor Pli. lib. 4. cap. 11.

Zignys, ydis, f. 3. ζίγνυς. lacerta minor, quam & Chalcida vocat Aristot. de Nat animalium.

Zelis, f. 3. ζῆλις. oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, regū olim ditioni exemptum, & è Bętica iura petere iussum. Auct. Pli. lib. 5. cap. 1.

Zimiris, f. 3 ζίμιρις. regio Æthiopiæ arenosa, in qua magnetes optimi inueniuntur. Plin. lib. 36. cap. 16.

Zingi, m. 2. ζίγγοι. Mœotidis paludis accolæ supra Cimmerium Bosphorum. Plin. lib. 6. cap. 7.

Zipoetivm, n. 2. ζιποίτιον. Bithyniæ oppidum, a Zypęto rege ita appellatum. Gentile Zypętius. ζιποίτιος. Steph.

Zirinia, f. 1 ζιρινία. Thraciæ oppidum, vt ex lib. 3. Philippicorum Theopompi annotauit Steph. Gentile Zirinates. ζιρινάτης.

Zingiber, beris, m. 3 [*Gengero. G. Gingembre. H. Gengibre,*] ζιγγίβερις. Dioscoridi, genus est aromatis, palmas habens radices, albescētes, odoratas, sapore piperis. Nascitur in Troglodytica, & Arabia. Vide Dioscor. lib. 2. cap. 149.

Zizama. ζίζαμα. oppidum Garamantum, vnum ex ijs, quæ a Cornelio Balbo in Romanorum ditionem sunt redacta. Auctor Plin. lib. & cap. 5.

Zizania, niæ, f. 1. & Zizanium, zizanij. ζιζάνιον. vitium tritici hordeique nimia loci vligine corrupti, iugibusve pluuijs diluti, quod Latino vocabulo lolium appellatur. Galli quod caput tentet, vertigines generet, & vini modo inebriet, *yuraye* appellant. Effigiem habet hordeo haud dissimilem, sed folium angustius, pinguius, & hispidius, semen exilius in cortice aculeato, florem autem subpurpureum. Dioscor. lib. 2. c. 29 ἄγρωστις appellat.

Ziziphvs, m. 2. [*Giugiola,*] ζίζυφος. genus arboris, nouissimis Augusti temporibus ex Africa in Italiam translatum, fructum fert, quem neutro genere ziziphum appellamus, baccis similiorem, quam malis. Officinæ *iuiubas* vocant. Plin. lib. 15. cap. 14. Aeque peregrina sunt zizipha, & tuberes, quæ ipsa non pridem venere in Italiā: hęc ex Africa, illa ex Syria.

Z A N T E M

Zmilaces, ζμιλάκης. gemma est in Euphrate nascens, Proconnesio marmori similis, medio colore glauco. Auctor Pl. li. 37. cap. 10.

Zmilvs, m. 2. ζμίλος. nobilis architecti nomen, qui vna cum Rholo, & Theodoro, Labyrinthum Lemnium extruxit, centum quadraginta columnis insignem. Auctor Plin. lib. 36. c. 13.

Z A N T E O

Zoara, f. 1. ζόαρα. vrbs Persidis, cuius incolę dicūtur zoaratæ. ζοάρατοι. est item Zoara Palæstinę locus, quo Loth tempore Sodomiticæ calamitatis confugit. A quo fit gentile Zoarenus. ζοαρηνός.

Zobidae, m. ζωβίδαι. populi Caramaniæ finitimi, vt annotauit Stephanus ex Quadrati rerum Parthicarum lib. 2.

Zodiacvs, p. co. m. 2. [*Zodiaco, cerchio celeste.* Ger. Der Thierkreis.] ζῳδιακός. circulus est in sphęra, qui alio nomine obliquus dicitur, duodecim continens signa: ex vna parte tropicū Cancri, ex altera Capricorni comprehendens, ac medium intersecans Aequatorē, a quo vicissim & ipse secatur circa principia Arietis, & Librę. Porro cū ceteri omnes circuli sine latitudine, & profunditate esse intelligantur, veluti quædam lineæ, huic tamen latitudo graduū sedecim tribuitur, quàm quidem latitudinem mediā diuidit linea Ecliptica, vtrinque gradus octo latitudinis relinquēs. Dicitur autem Zodiacus, ἀπὸ τῶν ζώων, hoc est, a figura animalium, quę in eo imaginantur, vt sunt Aries, Taurus, &c.

Zoelae, m. 1. per tres syllabas, p. p. ζοῆλαι. Asturię populi in Hispania citeriori, Perficis. & Gyris finitimi. Auctor Pli. lib. 3. cap. item 3. Apud hos præstantissimum lini genus nascetur, & splendidissimum, idque natura torrentis, in quo poliebatur, vt testatur idem Pli. lib. 19. cap. 1.

Zoilvs, m. 2. ζωΐλος. Sophista fuit Amphipolites Ptolemæi temporibus, hoc vno facinore nobilitatus, quod Homerum poetarum omnium principem libris aduersus eum scriptis ausus sit reprehēdere, vnde & μαστιγίας cognomen accepit. Quæ scripta Ptolemæo obtulit, ingens videlicet præmium ab eo sperans. Verum ei nihil daretur, penuria coactus, submisit qui peterent. Ibi Ptolemęus mirari se ait, cum Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia pasceret, Zoilum egere. Homero multo doctiorem. De mortis eius genere diuersi diuersa sentiunt. Alij parricidij cōuictum, iussu regis cruci suffixum volunt, alij cum in Græciam redijsset, de Scironijs saxis fuisse præcipitatum. Ab huius autem moribus sumptum est, vt homines liuidi, & ex alieni ingenij obtrectatione laudem aucupantes Zoili dicerentur. Ouid. lib. 2. de Reme. Amo. Ingenium magni liuor detractat Homeri, Quisquis es ex illo Zoile nomen habes. Vide Adagia.

Zona, ę, f. 1. [*Cinca, cintura, correggia,* חגורה chaghor, חגורת chaghorah, חגר mezach. G. Ein guertel gurt. *Cal. Ceintture. Hisp. La cinta*] ζώνη. cingulum, quo cingimur. Mart. li. 24 Longa satis nunc sum, dulci sed pondere vēter Si tumeat, fiat tum tibi zona breuis. Ouid. 2. Fast. Dat teretē zonam, qua modò cincta fuit. Ho. 3. Carm. Ode 30. Et solutis Gratiæ zonis, properentq. nymphæ Mercuriusque. Cat. Epigram. 2. Quod zonā solui diu ligatam. Cajus Gracchus apud Gel. lib. 14. c. 12. Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Zonam perdidit, prouerbialiter dicitur in eum, qui omni pecunia destitutus est, tractū a militibus, qui quicquid habent, in zona circumferunt. Hor. 2. Epist. lib. 2. Ibit eo quò quis, qui zonā perdidit. Zonæ item dicuntur circuli quidam lati, cęlum, terramq. veluti cingula quædam ambientes. Sunt autē numero quinque, ex quib. media, quę inter Tropicos est, nimio calore, parū apta creditur habitationi, quæ verò extremę sub Arctico, & Antarctico circulis sitæ, nimio frigore horrent, vnde & ipsę habitationi parum sunt idoneæ. Reliquæ autē, vt quæ mediū inter torridam, & gelidā situm obtinent, temperatæ sunt, & humanæ vitę accommodatissimæ. Virg. 1. Geor. Quinque tenent cælum zonę, quarum vna coruſco Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni. Quā circum extremæ dextra, lęuaq. tenuntur Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris. Has inter, mediāque, duæ mortalibus ægris Munere concessæ diuū, & via secta per ambas Obliquus qua se signorum verteret ordo. Ouid. 1. Meta.

Vtque duę dextra cælum, totidemque sinistra
Parte secant Zonæ, quinta est ardentior illis:
Sic ipsus inclusum numero distinxit eodem
Cura Dei, totidemque plagę tellure premuntur.
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu.
Nix tegit alta duas: totidem inter vtramque locauit,
Temperiemque dedit mista cum frigore flamma.

Est itē zona Stephano, Ciconum vrbs in Thracia, non procul ab Hebro fluuio, & Zeryntho antro, in quo Hecatę canes immolantur, de quo plura in dictione Zerynthon. A zona fit Zonarius, substantiuum. ζωστλάκος. qui zonas facit. Cic. pro Flacco; Quam Mithridates, qui multitudinem illam non auctoritate, sed fagina tenebat, se velle dixit, at sutores, & zonarij conclamarunt. Zonarius, adiectiuum, quod ad zonam pertinet, vt Sector zonarius. ζωστροτόμος. qui zonam, seu loculos incidit, quem crumenisecam appellare possumus. Pla. in Trin. Mira sunt, ni illic homo est, aut dormitator, aut Sector zonarius.

Zonitis, p. p. f. 3. ζωνῖτις. Cadmiæ species est, lineas quasdam latiusculas zonarum instar discurrentes habens: vnde & nomen accepit. Eadem & Placodes. πλακώδης. dicitur, quasi crustaceam dicas. Auctor Dioscor. lib. 5 cap. 40.

Zonvla, læ, f. 1. [*Centurella.* Ge. Ein guertelin.] ζωνίδιον. dimin. a zona. Cat. in Epithalamio; Tibi virgines zonula soluunt sinus.

Zoonychon, p. c. n. 2. ζωόνυχον. herba eadem cum leontopodio, apud Dioscor. lib. 4. cap. 132.

Zoophthalmos, ζωόφθαλμος. herba in tectis, & suggrundijs nascēs, quæ notiore nomine Semperuiuum maius ἀειζωὸν τὸ μέγα. appellatur. Folium habet carnosum, & subrotundum, oculi animalis similitudinem referens, vnde & nomen accepit. Vide Plin. li. 25. c. 13. & Dioscor. lib. 4 cap. 91.

Zoophyta, n. 2. ζωόφυτα. dicuntur, teste Budęo, quæ mediā naturam inter plantas, & animalia habent, vt sunt Ostrea, & Spongiæ, quæ neque stirpes, neque animalia dicere possis, sed medium quiddā inter vtrumque. Nam sensu prædita esse manifestum est, cum tamen motu careant progressiuo: Nos (inquit Budęus) fortè Plantanimantes dicere possemus, vel Plantanimalia.

†Zopissa, ζώπισσα. Pix nauibus abrasa, teste Plin. lib. 16. ca. 12. Quę admixta

HENRICI FARNESII
EBVRONIS,
PVBLICI, REGIIQ. PROFESSORIS
IN TICINENSI GYMNASIO
ELOQVENTISSIMI,

APPENDICVLA PRIMA

DE VERBORVM SPLENDORE, ET DELECTV, AD VBERTATEM, ET COPIAM DICENDI
XIX. TABVLIS CONTEXTA.

IN QVIBVS PRIMVM VERBORVM VIS
& proprietas; deinde nitor, & delectus; tum dilatandi ratio; ac demum vsus ipse breuiter monstratur.

SUPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

Præcipitare. Vt mactare orco. i. ad orcū præci-
Violare. Cice. Cum videant ius Ciuitatis illo ſupplicio eſſe mactatum, hoc eſt, violarū.
Plecti. Pli. Niſi te mala te mactari cupis. Cic. Quoniam maiore malo eſt mactandus, i. plectendus.
Moleſtare. Plin. Si ſapiam hoc, quod me macłat, id eſt, grauiter moleſtat.
Cruciare. Cice. Tu Iupiter hos aternis ſuppliciis viuos mortuoſque mactabis.
Occidere. Erat enim Mactare ſacrificare præſertim victimis cęſis, vnde pro interficere apud nos remanſit.

MACVLA.

Dedecus. Cic. Maculas flagitiorum tuorū innocētium ſanguine lucre arbitrabare. Idē.
Delenda eſt vobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta. Hunc tu vitę ſplēdorem maculis aſpergis iſtis?

MACVLARE.

Ci. Omni flagitio vitam polluere, & dedecore maculare, pro eo quod eſt infamare.
Violare. Virginē ſtupro, & ſcelere maculare.

MAGIS, ATQVE.

Ter. Non Apollinis magis verum, atque hoc reſponſum eſt, eleganter duæ illę coniūgūtur particulæ.
Idem. Nec magis ex vſu tuo homo eſt, id eſt, vtilior.

MALE.

Vapulare male dictis. Male audire. Qui malè dicit, malè audiet. (fero.
Ferre ægrę. Ter. Hoc me malè habet. i. ęgre
Perire. Malè mihi ſit, niſi vera loquor. i. pereā
Ægrotare. Cic. Tullia malè ſe habet.
Tractare. Cice. Homines multis verbis malè acceptos, dimiſiſtis, id eſt, tractatos.
Afficere iniuria. Malè de aliquo mereri.

MANARE.

Creſcere, & diuulgari. Cic. cum, vt ſcitis, hoc triduo, vel quatriduo triſtis a Mutina fama manaret.
Naſci. Ci. Nonne cernis ex vno fonte omnia ſcelera manare.
Deſcendere, fluere. Cice. Manat in venas, & inhęret in viſceribus illud malum.
Patere. Cic. Fidei bonæ nomen manat latiſſimè, id eſt, patet.

MANERE.

Expectare. Plau. Is apud forum manet me.
Durare. Vir. Semper honos, nomēque tuum laudeſque manebunt.
Inſtare. Plaut. Meum bonum mente tuum maneat malum.
Perſiſtere, & vigere. Virg. Priami dum regna manebant.
Seruare. Vir. Tu modo promiſſis maneas ſeruataque ſerues Troia fidem.

MANDARE.

Committere. Ter. Huic mandes, ſi quid rectè curatum velis.
Contemnere, Mandare laqueum iis dicimur quos plane negligimus.
Tradere poſteris. Ci. Mandare litteris, memoriæ, monimentis.
Tenere memoria. Ci. Attendite quæſo diligēter, quę dicam, & ea penitus animis veſtris mentibuſque mandate.
Committere. Ter. Hęc tuę mando fidei.
Seminare. Colum. Semina confertiſſima terræ mandare conſueuit.
Mittere. Cic. Mandare ſe fugæ, eſt fuga ſaluti ſuę conſulere.
Decernere. Cic. populus in mandandis magiſtratibus nō inanis eſt dignitatis iudex, id eſt, in decernendis.
Ablegare. Cic. Is non modo ex numero uiuorum exturbatur, ſed ſi fieri poteſt, infra ēt mortuos mandatur.

MANVS.

Certare armis. Manus conferre.
Iacere vim. Cic. Ego ipſe ſenatum ſibi afferre manus coegi.
Dedere ſe & victum ſe eſſe fateri. Ci. Sapienter igitur, quod manus dediſti.
Dare parcè. Manu cōtracta dare.) (. plena ma
ſupplicio eſſe mactatum, hoc eſt, violarū. (nu dare.
Stare ociosè. Compreſſis manibus.
Venire ad arma. Ad manus venire.
In promptu eſſe. Cic. ad manus nuncios non habebam, præ manibus eſſe.
Geſtire lætitia. Manus tollere.
In poteſtate eſſe. Ci. res in mea manu eſt.
In vſu eſſe, inter manus verſari.
Summo conatu. Manibus pedibuſque niti.
Intermittere negociū. Manū d tabula tollere.
Continere ſe. Manus abſtinere. (duximus.
Pati diſciplinā. Iuu. Et nos manum ferulę ſub

Exercitus. Liu. parua manu Annibal magna exercitus fugauit.

MATVRARE, ET MATVRVS.

Accelerare. Vir. maturate fugam Regiq. hęc dicite veſtro. (pero.
Idoneus. Maturus matrimonio: maturus im-
Seruire tpi. Vt maturare nuptias, legationem inſidias. eſt morigerari i cōtrahēdo matrimonio tempori.

MATVRITAS.

Cic. Sed neſcio quo pacto oīum ſcelerum, ac veteris luctus, & audaciæ maturitas in nſi conſulatus tempus erupit. id eſt faſtigium.
Profectio. Ci. Cum ipſa oratio iam noſtra creſceret, haberetq. ſuā quādā maturitatē, & quaſi ſenectutē. Idē. Hoc ſtudiū quotidie ingraueſcit maturitate credo ætatis ad prudentiam.

MEDERI.

Reip. vulnetibus mederi, atq. tela iniuriāi depelliere, eſt optimè Reip. conſulere.

MEDICINA.

Emendatio. Cic. Medicina ſit errāti cōfeſſio.
Potio. Ci. Medicina imbecillior eſt, q̄ morbi.
Præſidium. Cic. Nulla vnquam medicina his tot incommodis reperietur.
Cōſolatio. Ci. Eſt tarda illa quidē medicina, ſed tñ magna, q̄ affert lōginquitas, & dies.
Quies. Cic. Medicinā quādam laboris afferre.

MEDIVS.

Occidere. Ci. perfacile hunc holem incautū, & ruſticū tolli de medio poſſe exiſtimarit.
Res apertas ſumere. Sumere argumenta de media.
Cętus. Pellere de medio, eſt extra cętum aliorum pellere.
Mori. Vt medio excedere. Occultari. Vt è medio diſcedere.
Controuerſus. Relinquere aliquid in medio, nihil de eo conſtituere.
Altus, ſummus. Virg. Iā mediam nigra carpebat nocte quietē. i. altū, & ſummū ſomnū.

MEMORIA.

Reminiſci. Memoria tenere, Repetere memoria. Habere in memoria: in memoriam redigere: in memoriam reuocare.
Aetas. Hoc hominum memoria. Vſq. ad hāc memoriam, id eſt vſque ad hoc tempus.
Vulgare. Memoriæ prodere. Decipi, falli memoria. Obliniſci, cadere memoria.

MERERE.

Militare. Liu. Ære merent parno. Pedibus merent. Item ſub Haſdrubale Imp. meruit.
Lucrari turpiter. Inde meretrix à merēdo, & meritorij, qui quæſtus gratia proſtituūtur.

MERERI.

Afficere beneficio aliquem. De aliquo bene mereri.) (. male mereri de aliquo.
Nanciſci. Meruit illa virum dote, i. per diuitias uirum nacta eſt.
Cōtemnere. Neq. hodie, vt ſe, perdam meritā Deum diuitiaſq. mihi. i. omnia præ ſe contemnere.

META.

Terminus. Virg. His ego nec metas rerum nec tempora pono.
Finis. Ad Metam peruenisse dicitur, qui iter, aut aliud opus perfecit. Dicta meta, quod eam metiamur arte, & ſtudio.

METERE.

Luere pœnas. Miſerum metere meſſem, eſt pro maleficijs luere pœnas.
Auferre. Horat. Quid vici poſſunt, aut horrendi metit orcus Grandia cum parus nō exorabilis auro?
Facere. Pla. Tibi meris, i. q. ex tua re eſt, facit.
Frui. Alienam metere meſſem, eſt aliena laborem alienis frui ſudoribus.

MIGRARE.

Mori. Cic. Migrare de vita.
Proficiſci. Cic. Video te alta ſpectare, & vele in cælum migrare.
Mutare habitationis locum. Cic. Non ſolum inquilini, ſed mures etiam migrarunt.

MINISTRARE.

Præbere. Vir. Furor arma miniſtrat.

Ser-

Seruire. Pla. Tu tabellas consignato, hic ministrabit. Ci. Sūt vires laudandę, quę ministrę fūt, & satellites præclari alicuius muneris.

MISCERE.

Coniungere. Dulce amarumque vna nunc misces mihi.

Dare potū. Ou. Qui nūc quoq. pocula miscet.

Aduersari. Aquam igni miscere, est contra rerum naturam agere.

Diluere. Miscere vinum aqua.

MITTERE.

Ignoscere. Ter. Vnam hanc mitte noxiam.

Iaculari. Ou. Fulmen misit an aurigam.

Adducere corā. In ora, in conspectu mittere.

Desinere. Ter. Mitto maledicta omnia.

Subiugare. Vir. Ac totū sub legē mittet orbē.

Loqui. Mittere vocem. Hora. Nescit vox missa reuerti.

Præcipitare. Mittere aliquem præcipitem.

Cessare. Ter. Rem potius ipsam dic, ac mitte male loqui.

Repudiare. Suet. Perdictam a marito coniūxit, breuique missam fecit: is repudiauit.

Extrahere. Mittere sanguinem, vulgo, phlebotomare.

MOLIRI.

Aedificare. Moliri arcem: ciuitatem.

Fugere. Cic. Moliri fugam.

Iauenire. Pla. aliquid molar, quo me hoc discrimine liberem.

Belligerare. Colum. Qui bella molitur, armorum, & militia gnatos adhibeat.

Parare. Moliri classem.

Iaculari. Vir. Ipse pater media nimborum in nocte coruscā Fulmina molitur dextra.

Tendere: Moliri fraudes, insidias.

Tractare strenuè & acriter. Ci. Equidē illud molior, vt mihi Cæsar concedat vt absim.

MOLLIRE. (Reus.

Placare. Cic. Iratū iudicem mollīr, & delinir

Reddere mites. Ci. Mollīt animos nostros.

Effeminare. Sall. Locare amœna voluptuosa facilē ibi otio feroces militum animos molliuerant. i. effæminauerant.

Mitigare. Cic. Mollire dolorem.

MOENIA.

Virtutibus omnibus, vt mœnibus septus, quæ sunt a muniendo dicta, ad ea transferuntur, in quibus aliqua sunt præsidia.

MOMENTVM.

Vis. Hæc res nullum habet momentum ad beatam vitam.

Pondus. Cicer. vna quæque res suo momento examinatur. Val. Virtus est maximi momenti & ponderis.

Occatio. Ci. Omnia momenta obseruabimus temporis ad eam rem.

Quantitas minima. Pli. Canis earum bibatur in vino, addito resinæ momento.

MONIMENTVM.

Historię. Cic. Rerum gestarū monimenta, & vetustatis exēpla oratori nota esse debent.

Insigne. Ci. Clarissimū habemus monimentū clementię. Monimentū istius credulitatis.

Documentum. Cice. Quibus pro tantis rebus nullum insigne honoris, nullum monimentum laudis postulo.

MONSTRVM.

Monstrum eo, quod aliquid monstrat præter naturam dictum est.

Cic. Turpissimum ac immanissimum monstrū. Ad animi deformitatem Translatio.

Idem. Non mihi iam factum, sed monstrum ac prodigium videbatur.

MORDERE.

Obtrectare. Ter. Inuidere oēs, mihi mordere clanculum, ego autem flocci pendere.

Pungere, dolore afficere. Cic. Valde me momorderunt tuæ literæ.

Offendere. Cicē. Neque non momordet aliquid, id est offendit.

Tueri se & defendere. Ci. Si frenum momoderis peream, si te omnes, quotquot sunt, vsquam loqui posse putarunt.

MORI.

Laborare. Mori desiderio alicuius.

Ridere vehementer. Ter. Vidimus omnes illi, qui aderant, mori.

Cessare. Ci. Cęsar cum venisset mortuo plausu, id est, cum plausus cessasset.

Deleri. Cic. Nunquam vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama morietur.

MORSVS.

Dolus, & ęgritudo, Ci. Grapes sunt indignationis morsus, & aculei.

Idem. Recordationes omnes quasi morsu quodam dolorem afficiunt.

Acer in medicina morsus est doloris.

MOVERE.

Prouocare ad risum. Mouere risum. Mouere stomachum.

Excitare. Mouere bellum, seditiones.

Cogitare. Virg. Multa motę animo.

Priuare. Mouere ordine, magistratu, Aedilitate, Senatu, est priuare officio.

Festinare. Ter. Mouete ocyus.

Migrare alio. Ho. Mouere sedes, Laxare, mouere alium.

Persuadere. Virg. Aut quem tum vates Cassandra moueret.

Inuocare. Vir. Flectere si nequeo superos Acheronta mouebo, i. Inuocabo.

Mutare propositum. Mouere a scientia.

Excludere. Cic. Mouere hęredes.

Mouere. Eculeos in vtramque partem, est vtrinque difficultates, rationes citare.

MVERO.

Præsidium acrè. Cice. Accusatoris mucro retundatur aduersarij patrocinio.

Idem. Mucronem defensionis nostrę exacuit vis dicendi.

MVTVS.

Continuus. Sall. In operibus in agmine mutus fuit. (dici partem.

Pati. Cic. Ad multū diem, hoc est, ad magnā

Idem. Multa nocte, i. intempesta. Multi nominis, hoc est, magni honoris.

MVNIRE.

Præparare. Ci. Abijt ad Deos Hercules, nunquam abiisset, nisi eam sibi viam muniuisset. Cæsi Labienus iter munire conabatur, quo progredi posset.

Corroborare. Cic. Intercludere omnes seditionum vias munite præsidia Resp.

MVNGERE.

Spoliare. Ter. Emunxi argento senem.

Inde, emuncte naris vafrum, & callidum dicimus. Cubito se emungēs dī, de homine sordidi quęstus, & conditionis abiectę.

MVTILVS.

Truncatus, membro aliquo diminutus, trāslatè. Cic. Sed cum multa quædam & liberia locuti sint, q̄ vel sine magistro facere potuerunt, Germanos se putant Thucydidis.

MVTVARE, ET MVTVARI.

Valla. Qui mutuat pecuniā, mutuo dat: Qui mutuatur pecuniam mutuo accipit. Cic. a Vitis vitius homen est mutuata.

MVTVS.

Tempus mutuum a litteris. Mutus dī, quasi minutus, quod præstantissimo sensu sit minutus. Artes mutę dicuntur non celebres. Ci. Dialectica in excogitandis argumentis nimirum muta. Idem. Mutum fotum, & linguis Curia. In vestris Disputationibus Historia muta est.

TABVLA XII.

Neptias, qui volet ex verbis resecare, & tollere, quod sordescit in oratione, Illam incudem tundet studio, & diligentia, ut eam cōtexat orationē, in qua, neq. res verborū nebulis squallere, & obscurari, neq. verba rerum & angustijs, & ieiunitate contrahi, atq. exulcerari videant. Optima aūt in reb. cum sit orationis supellex, tum solet in rerum dilatādarū virtute, & præsidio oratio maximè efflorescere. Nā quēadmodū orationi nulla maior infligi pōt securis, nullū vulnus periculosius, nulla labes turpior, q̄ rerum siccitas, q̄ & ingenij, & orationis inopiā parit, ita nihil earum affluentia neq. valentius, neq. eloq. ēti viro effingi potest dignius. Est autem Descriptio Rhetorica in reb. dilatandis quasi pars ęq̄ dā affluentiæ, & vbertatis dna. Hæc a Grecis Hypotyposis dī, q̄ oratio exprimens rē, personā, affectum, mores, sermonē, ita diuidē & apertè, vt illa tanq̄ in picta tabula auditoris ab oculos videatur representari. Sed ea eōis in verbis est fundata, anteq̄ illam incamus, verba sunt sine discrimine pōderāda.

PONDERANTVR.

Nullus ad vniuersa, nemo ad hominem tantum pertinet, dicitūrque nemo quasi non homo. Noxa pœna, noxia culpa. Necessitudo quasi eiusdem nexus, familiaritas tanq̄ eiusdem familiæ amicitia virtutis dicitur. Nixus corpore. Nisus ingenio: Nocte pars noctis significatur, Noctu, integram, aut plurimam noctem intelligimus.

Negligere est non curantis, despicere cōtemnentis: Nauare est doctrinæ, sermocinari societatis, loqui naturæ, fari facundiæ, Dicere oratoris. Nefandum, non fandū, Nefarium, quod sacra pollunt: fare quippe solita erant celebrari. Ponderata sunt cum dignitate deligenda.

DELIGVNTVR.

Verba quā simplicia, non eorum cōposita, ut abundo, nō superabunde: precor, non imprecor: tego, nō detego: pendeo, nō dependeo, viuo, nō cōuiuo. verſor, nō conuersor. Numero, nū commimeto: voluo, nō circūuoluo. delecta, sunt ad copiam varianda.

VARIANTVR.

Ornare Hypotyposi, quā Latini Descriptionem Rhetoricam vocāt, eius quatuor sūt genera, vnū Pragmatographia, siue descriptio rerum; quę nec imi res non fummatim exponitur, sed ijs circumstantijs exprimitur, quæ rem quasi suis lineamētis effingant atq illuminant. Huc pertinet apud oratores collatio, similitudo, Dissimilitudo, Imago, Allegoria, Metaphora, Epitheton. His figuris illustrantur Descriptiones, quę huius generis, vt Triūphorum, Nuptiarū, cōuiuiorum, Cædium, bliorū, Naufragiorum, Terræmotuum, &c. Alterū genus est Prosopographia sine descriptio personarum, fit autem hæc cum persona effingit, & eludatur fuis moribus. vt videre est actione septima in Verrem. Sumitur ab habitu, & corporis, & animi, i. ab vniuersa hominis fama, in qua Annexa, siue circumstātię, mores, ac vitam oēm personæ vīt colorasse. Ab effectib. vt clemens patet: hostis crudelis: atq. vbi timendis dī fugere a studijs, vt Colonus robustus, temerarius Miles. n hector disertus, subtilis Dialecticus. A fortuna ut Rusticus rerum forensium ignarus: diues, & opulentus intemperans, pauper, auidus, & aliorum bonis insidians. Ab ætate vt sepe extimidus, & auarus, iuuenis prodigus, & audax. Tertium genus, Topographia, siue descriptio locorū dī, vbi, aut vrbis, aut arcis, aut domus, aut villæ, aut Tēpli, aut montis, fontis, fluuij, horti, aut regionis facies spectanda verbis depingitur, vt est Carthaginis, & portus descriptio apud Vir. 1. Aen. & Villæ Laurentinæ in epistolis Plinij, ē hæc descripno historicis frequens & familiaris. Vltimū genus Chronographia, sine descriptio temporum est dicta. Sumitur amplificandi gratia, ut Vir. i 4. Aen. Descriptione noctis exaggerat dolorem Didonis. Interdum cautia probādi vt in bello, aut suadendō, aut dissuadēdo, sepe viu uenit hiemis ætatis, atq. alius anni temporis descriptio, quorum ex empla docte & eleganter collegit Hieronymus Regius

gius de amplificanda oratione. Nascit hæc descriptio Rhetorica ex definitione Rhetorum, quæ non ex rei ui & natura, sed ex contingentib. consistit, queq. differt a definitione Dialectica potissimum oronis copia. Hæc itē idoneorum uerborū sectatur.

VSVM. NÆVI.

Cic. Neuos, & nubeculas efficiunt, id est, sordes, & tenebras, a genitiua macula translatio sumpta.

NANCISCI.

Adipisci. Ci. Cuius rei nonnullam consuetudinem nactus sum.

Incidere. Ci. Nactus est morbum, hoc est, in morbum incidit.

Habere. Cicer. Pluribus verbis ad te scribam cum plus ocij nactus ero.

NAVARE.

Conferre. Cic. Studium suum alicui nauare.

Præstare & adhibere. Ci. Nauare, & efficere opus aliquod.

Ostēdere. Nauare beneuolentiam in aliquē.

NAVSEA.

Mouere nauseam alicui, a naui nomē & trāslatio ē ducta, cui⁹ ex sētina uel agitatione subuertit stomachus, & ad vomitū concitat, capitur .p quauis molestia & fastidio.

NE.

Ne. Prohibentis tam subiunctiuo, quā imperatiuo iungitur. Vt, ne dubita, ne dubites.

Affirmantis interdū est particula. Ne valeā si aliter scribo atque sentio, ne longè abeā: ne pluribus te teneam.

Interrogatiuè. Ter. Nihil ne eē .pprīū cuiq̄?

Dubitatiue. Incertus sum viuat ne pl an nō.

Vt. Ter. Prohibuit me patet ne te ditem ad te. Caue ne culpiā dicas: vereor ne ille omnia resuscitet. Item cum cæteris verbis, prohibendi aut timendi.

Vt non coniunctio caussalis. Discē ne vapules id est, vt non vapules.

Ne nihil elegans dictio. Cic. Ne amicis nihil tribuam, pro vt aliquid tribuam.

NEBVLA.

Nebula differt a Nube, quod Nebula vapor sit è terra, atque aquis surgens, quæ vel statim euanescit, vel in altum sublata conuertitur in nubem.

Pro obscuritate eleganter vsurpatur. Ci. Fallaciarum nubeculę tenebras offundunt, ne possit quod res est, elucere.

NECNE.

Necne idē est, ꝙ an non. Interrogatiua, & dubitatiua Ci. Dubius sum serio dicas necne, Domus, nece in nostra est.

NEDICAM.

Ne dicam, hæc clausula, si sequatur substantiuum, adiectiuum ponitur in accusatiuo: sine adiectiuo, relinquit utrumq. in nominatiuo. Homo impudens ne dicam stultū: nō stultus. Crudelis, ne dicam impius, & sceleratus Castor, non scelleratum Castorem, at in alijs casibus rite coniungitur adiectiuū, & substantiuum. Cic. An speraſſet hoc vino Milone, ne dicam Consulæ?

NEDVM.

Nedum. Idem est quod non modo, sed vsus diuersus. Nam in oratione afferente, id qd manus est præponitur, vt talentum tibi darem nedum aureum. In oratione negant pponitur id, quod minus est, vt aureum tibi non darem, ne dum talentum.

NEMO.

Nemo non. Idem est, quod omnes. Ci. Aperte adulantem nemo nō videt, nisi qui admodum est excors. Pli. Nemo mortalium omnibus horis sapit.

NERVI.

Vis & robur. Ci. Non tam in verbis, quam in rebus consistunt nerui eloquentiæ.

Milites, classes, & vectigalia. Neruos reip. appellat. Cic. pro lege Manilia, quod in his consistat omnis reip. fortitudo & robur.

Chorda arcus. Vir. Primaq. per cælum neruo stridente sagitta Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras.

Chordæ citharæ. Ci. Summam eruditionem Græci sitam censebant in neruorum, vocūque cantibus.

NEXVS.

Obligatio. Ci. cuius quando proprium te esse scribis mancipio, & nexu, meum autem vsu & fructu, contentus isto sum.

NISI.

Nisi, si in principio orationis ponitur indicatiuum desiderat, aliàs subiunctiuum.

Ter. Nisi animus me fallit. Idē, Ego plectar, nisi quid me fefellerit.

Vocibus nisi, & quā, sine descrimine vtimur. cum eas antecedit aliud, alter, vel comparatiuus, vt nihil aliud, quam aut nisi sapiētia es.

NODVS.

Difficultas. Ci. Hunc Quęstionis nodū tā firma tōne constrinxit, vt vix dissolui possit.

Ænigma. Cic. Incideramus in difficilē nodū, i. in obscuram quæstionem & ænigma. Vinculum. Ci. Qui mihi videntur amabilissimum nodum amicitię tollere.

NOMEN.

Decus & gloria. Virg. Auulsumque humeri caput, & sine nomine corpus.

Debitor. Ci. Ego sum assecutus, vt bonum nomen existimet.

Debitum. Ci. Nomina mea expedi, i. quo debebam solui.

Caussa. Omnium nomine tace, i. caussa, & iussu omnium.

Prętextus. Sall. Nominibus honestis eo euaserat, hoc est, prętextu honesto.

Comparere. Ad noia, respondere. Liu. Partim virgis cęsi, qui ad noia non respondissent.

Mittere, vt vulgo aiunt, ad monstrā. Ad nomen mittere. Quin. Ad nomen mittere filios parentes festinarunt.

Contrahere debita. Cic. Nomina facere.

Auctoritas. Vir. Neque enim leue nomē amatæ, hoc est, auctoritas.

Fama. Homo multi, aut magni nominis. Vir. Et nos aliquod nomenq. decusq. Gessimus.

NOTA.

Signum. Cic. Notæ & vestigia scelerum.

Dedecus. Cic. Hæc inusta est a te Cæsari nota ad ignominiam sempiternam.

Fedes. Cicer, Argumentorum quasi notę loci dicuntur.

Scriptura. Ci. Perseuera constanter nos conseruare, & Sulpitij successori nos de meliore nota commoda.

Abbreuiare, quod barbare aiunt. Notis scribere, i. arctē, & angusto vti scribendi genere, quale est illud Iurisconsultorum.

Iudicium. Cels. Nec tamen ignorare oportet in acutis morbis fallaces magis notas esse, & salutis, & mortis.

NOTARE.

Reprehēdere. Ci. Notare ignominia aliquē.

Obseruare. Cic. Notantur autem mihi ad diuinandum signa duplici quadam via, i. observantur.

Criminari. Notare aliquem carbone, est lacerare aliquo crimine.

Laudare. Notare aliquem creta. Hor. An creta, an Carbone notandi.

Vituperare. Ci. Multis nominibus est hoc vitium notandum.

NOX.

Mors. Nox æterna. Vir. In æternam claudūtur lumina noctem.

Obscuritas, Cice. Quasi noctem quandam, dum alienam lucem restinguere moliunt aduersatij rebus offundunt.

Ignorantia. Ouī. Tantaque nox animi est.

Æquare nocti ludū, est totam noctem ludere. Vir. Pęlix si .primus illū æquasset nocti ludū.

Dare noctes alicui. Meretricū familiare. Hor. Non ferret assiduas potiori te dare noctes.

NVBIS.

Ignorantia. Ci. Quæ tu in illis reip. tenebris cęcisq. nubibus, & procellis constituisti. Nubes reip. i. tempestas.

Multitudo. Liu. Nubes pedium pro densitate, & multitudine vsurpauit.

NVDARE.

Aperire, detegere. Cic. Si huius facta, mores, omnem ætatem nudauero in idem vitium procacitatis incurram.

Priuare. Ci. Nudare prædijs, & bonis omnibus aliquem, est spoliare. Respub. interitu Consulum nudata. i. spoliata.

NVDVS.

Priuatus. Ci. Populus nudus bonorum prædijs, & sceleratorum libidine refertus.

Debilis. Nuda & inermis est contentio iure abutentium.

Inanis. Ci. Nudus ab omnibus rebus. Mulier decore nuda.

Clara. Cic. Nuda in argumentis veritas.

Nudo vestimenta detrahere, est cōmodū spectare ab eo, qui nihil hēt, quod auferri q̄at.

NVGATORIVS.

Ci. Mala, nugatoriaque accusatio. Leue, & nugatorium patrocinium.

NVLLVS.

Leuis, & inanis. Pla. Nullum beneficium esse duco id, quod cur facias, non placet.

Penire. Nullus sum, frequens apud comicos properij. vel occidi, dicitur autem nullus, quasi non vllus.

NVMARIVS.

Mercenarius. Ci. Numarij Iudices. Iudicium numarium. Illi dicūtur, qui ius hābent venale illud, quod omnino est eorum prom.

NVMEN.

Potestas. Ci. Princeps vim & numen Dei opt. max. obtinet.

Auctoritas. Cice. Magna est vis, magnum numen vnius, & idem sentientis senatus. Idē Vos quantum potestas proxime ad Deorū numen accedit.

NVMERVS.

Mod⁹. Vir. Numeros memini si verba tenerē.

Studium. Numeris omnibus litteris bonis dā da est opera, id est, omni studio.

Ordo. Numero æquato ire, vel stare. Id est ordine.

Perfectio. Ci. In hac arte numeros omnes habet, hoc est, omni ex parte est perfectus. Pl. Lege librū oīb⁹ numeris absolutū, i. pfectū.

Dignitas. Esse in aliquo numero. Hō nullo numero, id est, abiectus, & contemptus.

Societas. Sal. Manlius ex suo numero legatos ad regem misit.

Pars, & turma. Pl. Nondum distributi in numeros erant.

Quantitas. Vt numerus vini, olei, frumenti.

In numero pecunia esse dī, cū est in promptu.

NVNDINARI.

Cic. Qui ab isto ius ad suam vtilitatem nundinantur. Idem, Pueri Senatorij nomen nundinati sunt.

NVTRIMENTVM.

Ci. Sed ab educato huius nutrimēto eloquentia est, ipsa postea colorat, & corroborat.

NVTVS.

Ci. Ad arbitriū, & nutum se alicuius effingere, & accōmodare. Auctoritate nunq. legū docemur, coercere cupiditates. Iura omnia nutu, atq. arbitrio alicuius gubernari.

TABVLA XIII.

Si ignorantiæ coniux est stupor ei: stuporis socia, ingenij, & linguæ debilitas: debilitatis demum eius comes, auditorum stomachus, & nausea, nō exiguum certè est in iucunditate orationis tesīm facūdiæ magnū etiā in facundia ingenij, & eruditionis. Nā vt, vulgatum est, latēq. patēs apud Iureconsultos. Re vna posita, illa oīa itē ponunt, si ne quib. ipsa non pōt consistere. Quāobrē veteres olim tm eloquentiæ tribuerunt

ut

vt non fint ueriti illam cõi ore fapientiam nõmina.e,non uideo cur nos, priſtinam il loru cõſuetudinem imitati,dubitemus ieiunitate orationis, ſocordiam appellare. Atq,nullum certè quidem eſt tam euidens tam apertum inſcitiæ argumentum, nulla tam expreſſa animi ſtoltidi macula,quã nõ poſſe rem, aut verbo incluſam dicendo aperire, aut apertam digrediendo dilatare. Eſt autẽ digreſſio,uel excurſus ſchema rerum,quo delectationis,ornatus,atque amplificationis gratia in locum aliquem communem nõ vtilitatis inanem digredimur. De cuius præſtantia orationem mihi extoquere vĩ id,quo nihil ẽ ſordidius,nihil dẽo uiro indignius, quàm i eos infantię cõpedes conijci,ut nõ queat libere eius angoſtijs,quo res uocat per doctrinæ campũ,euagari. Sed quia digreſſio uerbis cõmendat.

PERPENDVNTVR.

Odiũ eſt aperta maleuolentia,ſimultas odiũ latens:oleum liquor, oliua arbor,olea fructus:omnes quorũ vnus eſt numerus, uniuerſi ubiq.cuncti quaſi in vnum locũ epacti:omẽ,quaſi oramen, augurium ab auiũ garritu, auſpiciũ ab aurũ inſpectione:oſtẽtum rei exiſtẽtis, portẽtum futurę: oſculũ ab ore,ſuauiũ a ſuauitate:oræ,fines cuiuslibet rei,ora vultus,& facies:omne quãtitatis diſcretæ,totũ continuæ: opus fit, opera eſt diligẽtia,qua opus efficitur:occaſio cõmoditas rei faciẽdæ, cauſſa eſt cur aliquid fit oneratus minoris onuſtus maioris põdęris:obiurgare dñi,monere amici:opprobare obijcietis vitium, exprobare beneficiũ cõmemorantis,orare rogantis, exorare impetrantis: obſecramus cũ aliquod ob ſacra petimus,oramus precib. flagitamus ardore, petimus gratia, poſcimus iure,obteſtamur per fidẽ,& amorem,ſupplicamus paſſis manib.& genib.flexis:obtrectare eſt petulantiæ, & procacitatis, obtrectare ſolertiæ.Obiurgare eſt potentię,monere beneuolentiæ,ac monere memoriæ,ſubmouere officij:onus vehiculorũ ẽ,ſarcina hominũ. Oſo in ſenſu,ſtylus in verbis; oneratus eſt corporis,onuſt' aĩ,i.lud eſt laboris, hoc officij,ſuis neruis,& virib.examinata verba.

SVMVNTVR.

Quædam compoſita a Ci.non eorum ſimplicia, vt coaceruare, non aceruare,coercere, nõ arceſcere;coarctare,nõ arctare,cõcitatũ non citatũ,niſi in differenti ſignificatione expalleſcere,non palleſcere: depeculari,non peculari. Oppignerare, non pignerare:Exulcerare,non vicerare.Sumpta inde verba cum dignitate.

EXAGGERANTVR.

Digreſſione,quæ Græcè,παρέκβασις,dĩ hæc multũ hẽt vbertatis,ſatisplurimũ;eius loci ſunt ab expoſitione rerũ geſtarum a Tractatione fabularum,& apologorum:a Deſcriptione locorum,regionum,& perſonarum,a locis cõib. vitiorũ,& virtutũ, vt ab auaritia,luxuria ita,a fragilitate,cõtinẽtia, pietate,&c.exempla eius ſchematis,ſi quis requirat,extant,& apud Ci. pro Archia de laude litterarũ,,p Cœlio de ſtudijs:,,p Roſcio contra Parricidas:& apud Virgilium, qui quatuor Georgicorũ libris ter vtitur digreſſionibus,primum luctu claudit interempti Cæſaris: Alterum rei ruſticæ laudibus.tertij,finem in gloria Octauij Cęſaris excutrens facit: Vltimum in fabulam Orphei digrediẽs finit. Vt in rebus Digreſſionem ſic in verbis laudamus.

VSVM. O.

O interiectio fungitur nominatiuo,accuſatiuo,vocatiuo: vimque habet vocandi. Vir.o regina nouam cui condere Iupiter vrbẽ, &c. Admirantis Vir. o fortunati quorũ iã mœnia ſurgunt Troſait.

Exclamantis.Ter.o hominem impurum.
Dolentis,& Lumentis.Ter.o Myſis,Myſis.
Irridentis.Cic.o præclaram ſapientiam.
Exultantis.Ter.o factum bene.
Inopinantis.Ter.o Myſis ſalue.
Indignantis,o ſceleratũ hominẽ.O ſupprimitur vbi nõ eſt affectus tam vehemens.Ter.
Hominẽ pditũ, miſerũque & illũ ſacrilegũ.

OB.

Propter.Ter.Ego pretium ob ſtultitiam fero.
Pro.Ter.Ob decem minas ager oppoſitus eſt pignori.
Ante.Cic.Ob oculos verſatur.
Ante.Emi. Ob vrbem noctu legiones ducere.In compoſitis.
Circum.Vt obſidere vrbem.i. circumſidere. Obire prouinciam,fundos, terras: eſt circumluſtrare.
Contra Plin.Si rex obſtabit, regem peruertito ipſum.

OBCÆCARE.

Obſcurare.Ci. Verba obſcura obcæcant orationem,clara illuminant. Oratio obſcura obcęcat totam rem.
Obtegere.Colu. Obcæcare foſſas agro. Ignorantiæ caligine obſcuriſſima obcęcatus.

OBDVCERE.

Circumducere.Ci.Conatus eſt tabula clariſſimus rebus tenebras obducere.
Coire.Ci.Ne aut refricare obductã iã Reip. cicatricem viderer, id eſt, quæ iam coierit.
Inducere.Ci.Et ipſe labor, quaſi caſtũ quoddam obduxit dolori meo.

OBDVRESCERE.

Occaleſcere.Cic.Obduruimus patientia.Idẽ Magno dolore me affeciſſent tuæ litteræ, niſi iam & ratio ipſa depuliſſet omnes moleſtias,& diuturna deſperatione obduruiſſet animus ad dolorem nouum.

OBIICERE.

Exponere.Ci. Ad omnes caſus periculorũ obiecti ſumus. Obijcere ſe, vel caput ſuum periculis idem eſt,quod exponere.
Exprobare.Cic. Non tibi obijcio quod hominem digniſſimum tuis moribus ſpoliaſti.
Facere:vulgo aiunt conſcientiam. Ci.ut præfecto illi religionẽ Veneris nomenq. abijceret,id eſt,conſcientiam faceret.Sex.Roſcio obiecit,id eſt.in tantum furorem Sex. Roſcium abduxit.

OBIRE.

Aucupari.Hic.Hæreditatum obeundarũ cã. quibus vos legationes dediſtis. hoc eſt, ut hereditates aucuparemini.
Recenſere. Ci.Nolite expectare dum oẽs ob eam orationẽ meã ciuitates.i. recenſeam.
Studere.Cic.Venias ad id tẽpus quod ſcribis, vt obeas.Qu.Fratris conuitia:id eſt,ut ſtudeas. Q. Fratri.
Petere.Ci.Multi clariſſimi viri cum Reip.darent operam annum petitionis ſuæ non obierunt, id eſt, non petierunt.
Luſtrare. Cic. Totam Siciliam quinquaginta diebus ſic obij,id eſt,Luſtraui.
Adeſſe.Ci. Vadimonium mihi nõ obijt amicus,id eſt,ad diem in iudicio non affuit.
Exequi.Sallu.Quibus ille flagrauit ad cupiditatẽ huiuſmodi ſceleritati facinoris obeũdam,id eſt, exitum perducendam.
Mori.Cic.Quæ ſi hoc tempore non ſuum diẽ obijſſet,paucis poſt annis tamen ei moriẽdum fuit.
Perficere.Ci. multa mihi ipſi ad mortem tẽpeſtiua fuerunt, quæ vtinam potuiſſem obire,id eſt,perficere.
Occidere.Ci.Quis in reliquis orientisaut occidentis ſolis virtutis,aut Aquilonis, Auſtriue partibus tuum nomen audiet? id eſt,ſolis Occidentis.

OBMVTESCERE.

Cic.Obmutęſcunt iamdiu litteræ,i. non ſcribuntur. De tua virtute nulla vnquam obmutęſcet vetuſtas.

OBREPERE.

Venire tacitè,& clanculum.Cic.obrepere ad honores malis artibus ad honores obrepere.In errore hominum.
Eluceſcere.Ci.Obrepſit dies,vt videt.
Eſurire.Plau.obrepſit fames,Seneſcere,obrepit ſenectus.
Obrepere ad magiſtratus dicitur qui falſa ſpe virtutis ad magiſtratus aſſumitur.

OBRVERE.

Opprimere.Ci. Circilium quendam ſuadentem in vrbe manẽtem Xerxemque reciperent,lapidibus obruerunt.
Obliuiſci. Cic. Tuam laudem nulla vetuſtas obruet obliuione.
Defodere.Ci.Non vero quemquam ſenũ audiui oblitum quo loco theſaurũ obruiſſet.
Perfundere.Oui.fluctibus obruit arua.
Conſerere.Ouid.obruere ſemina terra.
Interficere.Vir.Tua hunc obrue dextra.Stuprare,obruere virginem.
Ebrium reddere.Obruere aliquem vino.Sed mergere.obruere undis.
Obligare. Obruis me tuis beneficijs.
Superare. Quint. Tot voluptatibus obruere non poſſunt vnum dolorem.
Delere.Ci. Multarum rerum memoriam obruit vetuſtas.
Obrundere.Ci. Mihi uidetur periculum fore, ne illo modo verbis te obruat.
Tollere.Ci.Ea quæ decreuimus,obruere volumus,id eſt, tollere.
Obſcutare,Ci.illa,quæ laudanda ſunt,obſcura obruit oratio,id eſt,obcæcat,& in obſcuritate quadam recondit.

OBSCVRARE.

Tegere. Ci. Si neque nox tenebris obſcutare cętus nefarios,nec priuata domus parietib. continere vocẽ coniurationis tuæ põt,&c.
Retundere.Ci. Magnitudo lucri obſcurat periculi magnitudinem.
Delere.Ci.Eius famam nulla poſteritatis obſcurabit obliuio.

OBSECVNDARE.

Obſecundare eſt, ad alterius nutum omnia facere. Ter. Qua cauſſa id fiat mihi obſecundato in loco. Cic. Venti tempeſtateſq. eius voluntati obſecundare videntur.

OBSERVARE.

Cuſtodire.Ci.Occaſionem obſeruat,tempuſque aucupatur.
Animaduertere. Ter.Obſeruabam mane illorum ſeruulos venientes, aut abeuntes.
Notare.Cic.Sed habeo alia ſigna,quę obſeruem,id eſt,notem, & conſiderem.
Colere.Cic. Obſeruat ille L. Domitium maximè,me habet proximum.
Obedire, Sall. Forum multitudinemque in vnum coegit,ac paulatim conſuefecit, ordinem habere,ſigna ſequi, Imperium obſeruare,id eſt,imperio audientes eſſe.

OBSES.

Cic.Hęc ſententia tanquam obſes eſt meæ in Remp. voluntatis, paruus filius, qui mihi videtur amplecti Rempu. tanquam obſidem Conſulatus mei.

OBSIDERE.

Circumſidere.Cę Obſeſſis omnibus vijs nũcij intercipiuntur.
Aucupari.Cic. Iacere humi non ſolùm ad obſidendum ſtuprum, verum etiam ad facinus faciendum.Obſidere ſtuprum,eſt ſtupri occaſionem per inſidias aucupari.
Obſcurare.Ci.Dubium multis queſtionibus, & argumentorum laqueis obſcęſſum,i. cæcis opinionum nubibus obſcuratum.
Cogere. Tempus mihi obſidet.i.anguſtia tẽporis impellor ad accelerandum.

OBSOLESCERE.

Reſtingui.Cic.Virtus alienis ſordibus nõ obſolefcit.
Obſordeſcere. Cic. cuius ſplendor omnis his moribus obſoleuit.Hinc vulgata & abſoleta,hoc

ta,hoc eſt ſordida.Idem In homine turpiſſimo obſoleſcunt dignitatis inſignia.

OBSTRINGERE.

Obligare.Ci. Spe hæreditatis hominem ſibi obſtrinxit.

Facere,Ci.Num igitur ſeſe obſtrinxit ſcelere ſi quis Tyrannum occidit, quamuis familiarem? id eſt, ſceleratè fecit.

Polluere.Omnibus ſceleribus ſe obſtringere.

Promittere, Pli. cui fidem meam obſtringã? hoc eſt promittam.

Deducere. Ci. meos omnes amicos ære alieno obſtrinxi,id eſt, eo ſunt redacti,ut mea cauſſa æs alienum contraxerint.

OBTINERE.

Conſequi. Ci. Non dubito,quin intelligas te facilliimè obtinere ſummum atque altiſſimum gradum ciuitatis.

Vincere,Cauſſam obtinere.)(.cauſſa cadere, Ci. pecuniæ maximæ dabantur, qui dabãt cauſſas obtinebant, i. pro ijs iudicabatur. Idem, Malas cauſſas ſemper obtinuit, in optima cecidit.

Habere.Cic. Quorum alter apud me parentis grauitatem, alter filij ſuauitatem obtinebit,hoc eſt, quorum alterum patris,alterum filij loco habebam.

Seruare.Cic.Perpetuum, & eundem ſpiritũ obtinebis, id eſt, ſeruabis.

Tenere.Pli. Ea porro apud te maternam obtinet auctoritatem.

Numerare. Mortui obtinent numerum iure cœlorum hoc eſt, iure in cœlis numerãtur.

OBTVNDERE.

Defatigare.Ci. Si ſomnum capere poſſem tã longis te epiſtolis non obtunderem.

Debilitare.Ci.Multa ex corpore exiſtũt,quæ acuant mentem,multa,quæ obtundant.Inde mẽs obtuſa dicitur hebes,& debilitata.

Obtundere fabrorum eſt propriè,qui ſæpe repetunt tundẽdo aliquid malleo, atq. idem hebetant.Multum ſalis habet translatio.

OCCVPARE.

Inuadere.Sall.Tantus ſubito timor oẽm exercitum occupauit, vt nõ mediocriter oium mentes animoſque perturbaret. i. inuaſit.

Collocare.Pli.Cum ipſi graui fœnore iſtã pecuniam multos annos occupaſſent,hoc eſt in fœnus collocaſſent.

Detineri,C.In ea fũdit* delẽda occupati sũt.

Capere vi. Pl. Nam & ipſis vocantibus vrbẽ hanc accepi,nõ occupaui,Ci.Gracchus regnũ occupare conat* eſt,hoc eſt,vi capere.

OCCVRRERE.

Recordari,ſiue in mẽtem venire.Ci.Sed mihi cum de ſenectute aliquid vellem ſcribere tu occurrebas,i.in mentem veniebas.

Obſtare ſiue reſiſtere,Perſius. Veniẽti occurrite morbo.

Prouidere,Ci.Atque eo magis,quod tu abes, qui conſilio,gratia,ſtudio,multis rebus occurreres,hoc eſt prouideres.

Præuenire.Cic.Hoc te occupare tẽpus turpe eſt,ac non ei rei ſapientia tua te occurrere, id eſt,præuenire.

Ire obuiam. Vltro occurras negotijs, hoc eſt obuiam eas.

Reſpondere.Ci.Ego occurram expectationi veſtræ iudices, id eſt, ſtatim ad id reſpondebo,quod a me expectatis.

Opponere.Cice.Maleuolentiæ hominum in me,ſi poteris occurras,hoc eſt,te opponas.

OCIVM.

Vacatio.Cic.Ocium ſcribendi non erat.i. nõ erat opportunitas, non vacatio a labore.

Pax,tranquillitas.Cicer. Quid tam populare, quam ocium?

Opportunitas.Ci.Vbi plus ocij nactus fuero, plura ſcribam.

Opera.Cic. Ocium collocare in aliqua re,eſt ei rei date operam.

Tempus.& ocium differunt, quo tẽpus ſemper præſto eſt,ocium non item.

OCVLVS.

Lumen.Cicer.mentis oculos perſtringit.i.lumen obſcurat.

Viſus,Cic.oculi augent dolorem, qui ea,quæ intueri coguntur,&c.

Vultus.Ci.oculi hominem ſæpe mentiuntur.

Coram.Ci.Nec verò in luce modo,atq.i oculis hominum magnus, ſed intus domique præſtantior,hoc eſt,coram hominibus.

Cupere.Ci. Planè videbam adiectum eſſe oculum hæreditati, adducere oculos alicui rei,eſt eius cupiditate teneri.

Obſeruare.Cic.in oculis aliquid habere.

Retrahere. Oculos tollere.Cic.Hac epiſtola,q̃ Acaſtus attulit,oculos ſuſtulerunt.

Amare.Ci.Ferebant in oculis hominem quidam viri boni.

Moleſtia.Ci.Oculi nunquam tibi dolniſſent, ni vidiſſent,hoc eſt,ex ea re nunquam moleſtiam accepiſſes.

ODORARI.

Sentire,ſiue animaduertere. Cic.Cupio ante quam Romam veniam,odorari diligẽtius quid futurum ſit.

Indagare.Cic.Tu ſagacius odorabere.

Explorare.Cic. Odorari,& deguſtare aliquẽ eſt callidè, & clã explorare quid is habeat in animo.Tu velim,vt Fabium,ſi quem habes auditum odorare, & iſtum conuiuam tuum deguſtes.

Odorari dicitur ab odore,& odor quaſi olor ab oleo.

OFFENDERE.

Inuenire. Ter. Aduenienſ offendi quendam mei loci atque ordinis hominem.Ci.imparatum te offendam.

Lædere.Ci.Occidiſſe ex equo dr,& homo ĩfirma valitudine latus offendiſſe vehemẽter.

Peccare.Cic.Ita quicquid eſt,in quo offenditur,id etiam illa, quæ laudãda ſunt obtuit.

OFFERRE.

Occurrere.Ter. Oppido opportunè te obtuliſti mihi obuiam,id eſt,occurriſti.

Inijcere,Ci.Phi.Mendicitatem mihi obtuliſti opera tua,id eſt,inieciſti.

Obijcere.Ci.Addendum eodem eſt,vt ne in criminibus aut inferendis delectetur animus,aut creſcat oblatis.

Poſliceri.Iuſtitia,cum ei auxilium obtuliſſet.

Opponere.Ci.Romam vt veni,ſtatim me obtuli Antonij ſceleri,atque dementiæ.

Facere,ut barbarè aiunt, ſcrupulum, offerre religionem.Ci.ad Plancum, recitatis litteris oblata religio eſt Cornutio.

OFFVNDERE.

Perturbare.Qui tamquam,ſi offuſa reip. ſempiterna nox eſſet ruebant in tenebras, omniaque miſcebant.

Inuoluere.Cic.Quæ lucem eriperet,& quaſi noctem quãdam rebus offunderet,hoc eſt tenebris inuolueret.

Suffocare.Ci.Vt enim obſcuratur & offundi tur luce ſolis lumen lucernæ,&c.

Inijcere,Ci.Sed,ut opinor hic error & hęc in doctorum a nimia offuſa caligo, i. iniecta.

OLERE.

Olet lucernam,de re dicitur meditata,multoque ſtudio elaborata.Cic.Nihil ſonat, aut olet in vobis, quod ſit ab optima doctrina diſiunctum, Olere eſt odorem ſpirare, & emittere.Hor.Gorginius olet hircum.

OLIM.

Olim.de tempus dicitur longiſſimo, & rebus non durantibus, iungiturque tam futuro, quam præterito.

Præteritum. Virg.Olim fuimus Troes.

Futurũ.Ci.Olim mũdus igne interiturus eſt.

Nuper. Ter. Alium eſſe cenſes nunc me, atq. olim eum dabam?

Ante.Ter.Nunc mihi in mentẽ venit, qd locuta es olim, cum illum generũ cepimus.

Aliqñ.Ho.Vt pueris olim dãt cruſtula blãdis Doctores,elemẽta velint vt diſcere prima.

Iam.Quin Olim iam imperator inter fulgentes virtutes tuas ſuum locum quærit.

OMEN.

Neceſſitas.Ci.Habet varietas quaſi quoddã, ad perſuadendum,omen fati.

Exitium.Cicẽ. Auertite,& deteſtamini quaſo hoc omen dij immortales.

Felicitas. Cice. Proficiſcuntur legati optimis ominibus, dicitur omen omne augurium, quod fit ore,quaſi oramen.

ONERARE.

Laudare vehementer.Cic.Onerare aliquem laudibus.

Dare mandata: onerare aliquem præceptis.

Afficere,Onerare aliquem maledictis, iniurijs lętitia,voluptate.

Implere.Ci. Te autem,quibus mendacijs homines leuiſſimi onerant.

Laceſcere. Ci. Hominis impuriſſimi cõtumelię,quibus crebris concionibus me onerat, tuis erga me officijs leniuntur.

ONVS.

Cura.Onus imponere, habere, deponere,ſuſcipere,pro officio & cura eleganter dicit, Ci. Magnum mihi onus dicendi imponit.

Munus.Cic.cur ego tuas partes ſuſcipio? cur tuum onus ſuſtineo.

Negotium,ſiue moleſtia. Liu.ſua cuique cuſpa eſt oneri.

Homo nullius frugi,Onus terræ.Prouerbiũ.

OPPONERE.

Obijcere. Cic. Nec armati exercitus teutorẽ opponent togatis.

Contra cõparare.Cic.Quæ ſi oppoſita Milonis putarem, hoc eſt, contra Milonem cõparata eſſe præſidia.

Incutere.Cic.Minæ iactentur,pericula intẽdantur, formidines opponantur.

OPPRIMERE.

Claudere,ſiue continere Pla.os opprimere.

Deprehendere,Tere.Ne de hac re pater imprudentem opprimat.

Violare.Ter, Oppreſſit virginem.

Grauare.Ci.Mens oppreſſa,& impedita ſcelere,lingua aſtricta periurijs.

Occupare.Ci.Hęc tertia iam epiſtola ante te oppreſſit,quàm vt ſchedam aut litteram.

OPPVGNARE.

Cõtẽdere omni ui, ut aliquid expugnemus.

Cic. Hammonius Regiùs legatus aperte nos pecunia oppugnat. Idem. cũ quidem ego eius petitionem grauiſſimis in ſenatu ſententijs oppugnaſſem.

ORA.

Finis.Virg.Et mecum ingentes oras euoluite belli.

Regio.Vir.Troię qui primus ab oris, &c.

Litus.Plin.In ora ſunt oppida, ſunt ciuitates & oppida oræ proxima.

Climax.Cic.Tum globum terræ eminentẽ a mari fixũ medio mundi vniuerſi loco,duobus oris diſtantibus habitabilem,&colẽ.

Extremitas.Pli.Oras vulneris futuri comprehendunt.

ORACVLVM.

Templum.Pli.Ab oraculo iuxta quod haſcitur arbor.

Grauis ſententia Senecę, verũ illud optimũ oraculum eſt, pugnandum eſſe pro patria.

Somnium nocturnum, quo res aliqua nobis denunciatur. Cice.Expoſui ſomnij, & furoris oracula.

Cicer. Oraculum ciuitatis eſt Iuriſconſulus domus. Eius Ludus tanquam oraculum ciuitatis.

ORBITAS.

Mors,& viduitas optimorum.Cic.Quis non deploret caſum, atque orbitatem proſè orationis Latinę. Idem: In orbitate maxima reip. virorum.

ORBARE.

Priuare.Cic. Senectus non conſilio orbari ſolet,ſed augeri,orbat qui re priuatur charaſſima. Ne orberer auxilio reſp.

Ci. Noli patriam multis clarisuiris orbatam priuare

Mr. Gladstone's Will.—The will of the late Right Hon. W. E. Gladstone, dated the 24th of May, 1898, was proved on the 29th ult. by Mrs. Gladstone, the widow, and Mr. Herbert John Gladstone, the son, the executors, the gross value of the estate being £120,000, and the net personalty £69,000. The testator bequeaths £1,000 to the Royal Literary Fund, £1,000 to the Royal Society of Literature, £1,000 to the Royal Academy of Arts, £1,000 to the Royal Academy of Music, £1,000 to the Royal Society of Musicians, £1,000 to the Royal Hibernian Academy of Arts, £1,000 to the Royal Irish Academy of Music, £1,000 to the Royal Society of Musicians of Great Britain, £1,000 to the Royal Scottish Academy of Arts, £1,000 to the Royal Scottish Academy of Music, £1,000 to the Royal Scottish Society of Musicians, £1,000 to the Royal Welsh Academy of Arts, £1,000 to the Royal Welsh Academy of Music, £1,000 to the Royal Welsh Society of Musicians, £1,000 to the Royal Irish Academy of Arts, £1,000 to the Royal Irish Academy of Music, £1,000 to the Royal Irish Society of Musicians

riam facere iſ, qui hæc diſputant, quam is, cuius aures ad hanc diſputationem patent.

PATROCINIVM.

Patrocinium meæ defenſionis ex eloquentiæ ſinu petendum eſt. Cice. Voluptas plurimis patrociniis defenditur. Perelegantet dicimus patrocinium arripere, tueri, ſuſcipere, repudiare.

PAX.

Ci. Cum his facta pax, non erit pax, ſed pactio ſeruitutis. Idem ego auſus ſum dicere pacẽ ipſam, ſi afferrent, quoniam ſub nomine pacis bellum latet, eſſe repudiandam.

Licentia. Pace tua dixerim, melius, quam tua licentia, aut cum fauore.

Venia. Vi. Sed votis precibuſque iubent expoſcere pacem.

PECVNIA.

Auaritia. Sal. Omnium rerum delectum, atq; diſcrimen pecunia ſuſtulit.

Opulentia. Cic. Pecunia eſt effectrix multarũ & magnarum voluptatum.

Pecuniæ nomine omnia ſignificãtur, quę vendi, emi, locari, conduci poſſunt.

PECVS.

Animans bruta. Virg. Ignauum fucos pecus a præſepibus arcent.

Multitudo pecorũ vel pecudum. Vir. Dic mihi Damœta, cuium pecus, an Meliboei.

Cic. Amicos tamquam pecudes eos potiſſimũ diligunt, ex quibus ſperant ſe maximũ fructum eſſe capturos.

PELLERE.

Pulſare. Ter. Quiſnam à me pepulit tam graviter fores? hoc eſt, pulſauit.

Abigere. Ci. Qui mœſtitias pellat ex animo.

Cogere. Ci. Species vtilitatis animũ pepulit.

PELLEX.

Pellex eſt, quę miſcetur cum viro, cui vxor legitima eſt, & refertur ad vxorem. Nec dicitur pellex adulteri, ſed pellex vxoris. Sal. in Cic. Filia matris pellex tibi iucundior, atque obſequentior, quàm parenti par eſt.

PERPENDERE.

Audite attentè. Pendere ex alicuius ore. Virg. Pendent iterum narrantis ab ore.

Volare. Ouid. Factus olor niueis pendebat in aere pennis.

Errare. Cic. Qui ex opinione imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non eſt habendus.

Cruciari. Pla. Qui pendet multo miſerior eſt.

Ceſſare. Vir. Pendet opera interrupta.

Dubitare pendere animo. Ter. Animus tibi pẽdet, id eſt dubitas.

Sperare. Ci. Incolumitati tuæ, tuorumque qui ex te pendent conſulis, hoc eſt, qui à te omnia expectant.

Alterius eſſe. Pendere ex aliquo.

PENDERE.

Aeſtimare. Cic. Ex opibus cauſſa penditur, nõ ex veritate.

Dare pœnas. Cic. Pendere pœnas.

Soluere. Liu. Pendere vectigalia, tributa, debitum, ſtipendia.

Diſſoluere. Ci. pẽdere vectigal ſine Publicano non potuerunt. i. diſſoluere.

Largiri. Cic. Omnes vrbis pecunias ad nutum veſtrum penderent.

PENITVS.

Penitus quaſi penè intus. Vir. Et cauſſas penitus tentare latentes.

Valde. Vir. Penituſque ſonantes Acceſſit ſcopulos.

Longe. Vir. Penituſque alias adduxerat oras.

PER.

Per iũctum nominibus adiectiuis, aduerbijs, ſiue verbis, vehementiam ſignificat.

Perplacet. i. valde placet, perquã idem valet, quod valde. Nuncius amici defuncti mihi perquam acerbus fuit. Cauendum ne ita duo per, & perquam, ſuperlatiuis, aut cõparatiuus iungantur. Non. n. dicitur perquam optimus, ſed quã optimus, nec p optimus.

Nimis, ut pertinax, hoc eſt, nimis tenax.

Maximè. Et additur quam, vt perquam bonus. i. optimus.

Valde. Vt perbellè dixit, aut perbelliſſimè.

Trans. Vt perfluere.

Priuatiua dictio. Vt perfidus, periurus, qui fide, & iureiurando decipit.

Iocoſe per iocum. Ci. per iocum Opimiũ omnibus fortunis euertiſti.

Tempeſtiuè. Plaut. Per tẽpus aduenis. i. in tpe.

Vis iurandi. Ci. Subueni igitur per Deos idq; quam primum.

Modus permittendi. Cic. Per me tibi licet hoc facere. i. te non impedio.

Forma rogandi. Vt per dexteram, per fidem, per homines hoc à te peto.

Commoditas. Vt per ocium aliquid agere.

PERAGRARE.

Perluſtrare. Cice. Sed ita peragrat per animos hominum, ita ſenſus, menteſq; pertractat.

Percurrere. Cic. Poſſum oẽs latebras ſuſpicionum peragrare dicẽdo, hoc eſt, percurrere.

Circuire. Hortos peragrare.

PERICLITARI.

Periclitari, eſt periculum ſubire, & experiri, Cic. ſubeundus eſt vſus omnium, & periclitandæ ſunt vires ingenij.

Venire in diſcrimen. Pli. Arbores gelu periclitantur, hoc eſt, in periculum veniũt ne propter gelu moriantur. vita item, capite, fortunis aliquem periclitari dicimus, qui in eorũ diſcrimen venit.

PERICVLVM.

Experiri. Ter. Fac periculum in litteris, in paleſtra, &c.

Periculum eſt, canem inteſtina guſtaſſe. Adagium, hoc eſt, qui ſemel in aliquod vitium incidit, haud facilè abſtinet.

PERINDE.

Perinde adeo. Ter. Fac ſis perinde adeo vt me velis intelligi.

Perinde ac. Cice. Quod ego perinde putabar, ac ſi vnus eſſem.

Perinde, atque. Liu. Perinde atque capta vrbe.

Perinde vt. Cic. Nam perinde vt opinio eſt de cuiuſque moribus.

Pariter & æquè Cic. Te & Dolabellam perinde diligo.

Non multum ſeu valde. Suet. Nihil attulit, quare aduentus non perinde gratus fuit.

PERMVLCERE.

Præterita ętas quamuis longa, cum affluxerit nulla conſolatione permulcere poteſt ſtultam ſenectutem, hoc eſt, mitigare.

PERSEQVI.

Facere. Cice. Ex uſu quod eſt id perſequar, id eſt, faciam.

Pręſtare, Hoc quod ego, dico, factis perſequar id eſt, præſtabo.

Auſcultare. Plaut. Huc concedam, orationem unde eorum placidè perſequar.

Perſeuerare. Liu. Perſequere, ꝙ tecte cœpiſti.

Inſectari. perſequi aliquem odio. ſeruare, perſequi pacem.

Captare. Perſequi hereditatem.

Exequi. Plin. Non ſolco ego ſomniculoſe heri lia imperia perſequi.

Obſeruare. Cice. Tua mandata perſequar diligenter.

Punire. Sall. Nam cætera maleficia tum perſequare, ubi facta ſunt.

Exigere. Cic. Aut iſto tuo mihi crede conſilio erit utendũ, ut cedamus, abeamus, uitã inopem, & uagam perſequamur, i. exigamus.

Defendere. Vt perſequi ius ſuum.

Facere. Perſequi imperium patris.

PERSONARE.

Vociferare. Ci. Baię, non loquuntur ſolum, uerum etiam perſonant.

Perſonant omnia uocibus ebriioſorum, hoc eſt eorum ſomitu plena ſunt omnia.

Cic. Perſonare aures tuas huiuſmodi uocibus non eſt inutile, ideſt, ut crebro hæc audiant.

PERSTRINGERE.

Recenſere. Cic. Breuiter rem perſtringere.

Obcæcare. Plau. Perſtringunt oculorũ aciem. Hinc præſtigiæ, quę uiſum arte perturbant.

Claudere. Cic. Curus quidem portam Capuæ perſtrinxit.

Aſtringere. Cice. In animo eſt leuiter tranſire, ac tantummodo perſtringere unam quamque rem, ideſt, attingere.

PES.

Ad pedes deſilire, hoc eſt, ex equo deſcẽdere.

Pedibus merere. Liu. Eſt in pedeſtri exercitu eſſe.

Pedes cõferre, hoc eſt, propius ad rẽ accedere. Cicer. Non poſſum magis pedes conferre, vt aiunt, hoc eſt, propius accedere.

Pedibus in ſentẽtiã deſcendere eſt, ſuffragari.

Tuo te pede metire, hoc eſt, te ipſum noſce.

Pedem ubi ponat, non habet Adag. in egeni.

PESTIS.

Pernicies exitium, calamitas. Cic. Funeſta reipub. peſtis. Ter. Leno ſum.

Lętor pernicioſus, communis adoleſcentium peſtis. Liu. Ibant unius famulę uiribus peſtem meditantes.

PINGERE.

Deſcribere. Cic. Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione, ideſt, deſcripſerunt.

Recamare uulgo. Pingere acu.

Denudare, & aperire. Pingere aliquem ſuis coloribus.

Definire aliquid & repræſentare. Pingere aliquid uiuis coloribus.

PLACVLVM.

Cice. Vno erroris placulo uniuerſæ gloriæ lumen reſtinguitur.

Crimen. Vir. Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

PIGMENTVM.

Exornatio. Cic. Sine fucco pigmẽtis quippiam exactæ, ideſt, ſine exornatione. Oratio verborum pigmentis ornata.

Splendor. Ci. Verborum pigmentis colluſtrare obſcura.

Color. Cice. Eloquentium pigmentis, & floribus compenſare inſciuæ errata.

Mendacium. Vt tucata pigmentis oratio.

PIGNVS.

Cicer. Accipies hoc munus tamquam pignus mei animi, ac perpetuę meæ erga te uoluntatis. Idem.

Nullum erga me beneuolentiæ pignus, atque indicium omiſiſtis.

Pignus accip. Pignus libertatis ratio eſt ciuilis.

PLACERE.

Videtur idque fere in tertijs perſonis. Ci. Iam poſtridie placuit, ■ breuiter ſententia dicemus. Idẽ. Tria ſunt genera cauſſarum, ut placet Ariſtoteli.

Gloriari. Vt ille ſibi placet: ego mihi placeo.

PLAGA.

Vulnus. Cice. Iniuriæ plaga petite. Idẽ. Plaga una accepta patres conſcripti concidemus. Plaga, exitialis, & peſtifera.

Qui bene inſtituti ſunt, accipere plagam malunt, quam turpiter vitare.

PLVS.

VENETIIS, M DC XXV.

Apud Aldum.

HENRICVS FARNESIVS EBVRO LECTORIS.

SI quæ mica salis est in homine, eam insulsissimus quisque solet, sine palato, ex ipso orationis afflatu sentire, nec Æsopicus ille asinus exuuijs ornatus leonis, magis simul ac rudere cepit, a vulpecula est recognitus, quàm solet sæpe vir indoctus doctrinæ gestans insignia, ex arida, & ieiuna oratione deprehendi. Quare, qui bonorum habet insignia, non uirtutum monimenta, sine aut mutus omnino, aut sui nominis, & famæ proditor sit oportet. Nam vt uolucris ex cantu, ita statim cuiusque ingenij uis & doctrinæ cognoscitur ex oratione. Etsi enim homo rudis sæpe bene est ad doctrinam indutus, aures tamen fucum admittunt oculorum, nec occulis potest, quàm ab omni doctrina sit alienus, qui orationis pedore ornamenta polluit, & contaminat doctrinæ. Atque ut cum qui benè non potest effutire, quod malè didicit, consueuimus, pro docto uiro, sæpe rudem, & impolitum, habere: ita ornatè, & oppositè, qui dicit, eum nec ingenio uacare, & doctrina abundare solemus dicere. Idque meo quidem iudicio non temere. Siquidem quid est aut facundia, nisi quasi quidam ingenij fetus, plurimarum scientiarum alumna? aut infantia, nisi rationis contagio, & artium omnium lues impura? Non possum quod res est tacere, uel potius non dicere. Doctrinæ dignitatem qui aspergunt infantiæ maculis, nihilo plus cum docte dicunt, proficiunt sæpe, quam si dent operam, ut earum rerum doctrina, quas tractant, omnino sermone vapulet pro inscitia. Ita quippe aurium sensibus natura est institum, ut nescio quo modo eruditionis succus, & sanguis exaresce sentiatur cum orationis siccitate: adulterinusque color scientiarum uideatur, nisi uerborum pigmentis sit collustratus. Quorsum? hoc naturæ testimonio, atque adeo argutissimi sensus iudicio, nulla maior est ingenij, & doctrinæ gloria, quam quæ tanquam rerum omnium regina artium liberalium famulatu, & eloquentiæ comitatu est circumsepta. Nam sicuti ex languore orationis, concipit eruditio dedecus, notamque quasi insciæ parit, & tarditatis: ita lenis interdum institutio, & disciplina colorum pigmentis delibuta, & uerborum artificio erudita, laudem aucupatur uirtutis eius, quæ & ad fidem, & ad motum faciendum est maxima. Verborum enim quasi quodam sole res illuminantur uniuersæ, in eorumque delectu singularis quædam commendatio est ingenij, & doctrinæ. Sunt autem uerba partim nativa, partim modificata. Nativorum interpretatio uim, & naturam imitatur definitionis. Quid enim est aut nomen, nisi rei quædam in uocis ipsius involucris latens definitio? aut ipsa definitio, nisi nominis ex rei natura explicatio? Neque aliam obrem opinor, nomen a uerbo noſco, est dictum, nisi quoniam res, quæ a sensuum iudicio sunt remotæ, suo nomine perspectæ redduntur, & cognitæ: Verba uero modificata plurimum habent in oratione ornamenti: in ijs enim sedes primum est figurarum, quæ a Græcis τρόποι uocantur, deinde fundamentum, & Adagiorum Hieroglyphicorum, in quibus maximè hoc interest, quod illa aurium, hæc oculorum magis hauriantur sensibus: quodque in illis res uerborum similitudine quadam in his rerum imagine uerba intelligantur. Quare cum ipso orationis contextu, & structura, numquam res sint neglegenda, & semper uerba sint spectanda, nihil attinet dicere quanta ex uerbis modificatis proficiscantur commoda: sunt enim eiusmodi, quæ memoria historiarum, fabularum commenta, Emblematum, ac denique figurarum pigmenta, suo quasi circuitu, ut præsens loquitur tabula, teneant inclusa. Vale.

- Interpretatio verborum est aut.
  - Nativorum: per Etymologiã, vel
    - Singulorum.
      - Hominum Pompeius, à πομπεύω, triumpho, quasi triumphator. Abel, vanitas siue luctus: Abraham pater multitudinis.
      - Vrbium, Papia quasi parens pia, atque ingenij, & doctrinæ magistra. Roma ῥώμη, hoc est, robur, quod vires & nerui in ea sint Imperij. Hierusalem, visio pacis. Athenæ ἀθηνᾶι. i. Minerua.
      - Fluuiorum. Nilus quasi, νέειν ἴλυν, hoc est, lutum trahens: quo efficit fœcunditatem. Rhenus à ῥέω fluo, quod quam celerrimè fluat, est Germaniæ fluuius inter Europæ maximos tres fluuios numeratus.
      - Arborum. Pinus ab acumine foliorũ vocata. Pinum. n. antiqui acutum nominabant. Fagus a γάγω comedo, quod antiquitus fructum eius comederent. Abies ab eundo, quod præter cæteras arbores in altũ abeat.
      - Gemmarum. Adamas, id est, fortis, ab α priuatiua particula, & δαμάζω, domo, quod neque igne, neque ferro, nec vi denique vlla domari possit. Iapis inter gemmas est maximi pretij.
    - Vniuersalium.
      - Personarũ.
        - Pater quasi ad vitam patefaciens iter, vel Græco πατήρ.
        - Auus πάππος, per aphæresin & mutatis tenuibus in sua media, hoc est, geminum ππ in duplex ββ. vel ab æuo, hoc est, antiquitate.
        - Proauus, πρό. i. ante, quod ante æuum sit genitus, est enim aui pater.
        - Abauus, quod abest ab auo, est enim auus aui, id est, pater proaui.
        - Atauus, τάτα, apud Græcos. i. pater quod tata sic Abaui, hoc est, pater.
      - Rerum aut
        - Laudandarum.
          - Virtus quasi viri ius, inde quæstio vtrum virtus a viro, an vir dicatur à virtute? citatur in Tusculanis Quæst. M. Cic.
          - Lex à legendo, quia hęc ius est scriptum, æquitas ius non scriptum: illa igitur potest legi: hęc legi non potest.
          - Mos dicitur, quasi modus: Nec aliud est mos nisi vetustate corroborata consuetudo, siue lex non scripta. officium ab officiendo per antiphrasin, quod nemini officiat, prosit plurimis.
        - Vituperãdarum.
          - Vitium à vitando. Nam, vt est in regula iuris, quisque debet potius velle moti, quàm peccare.
          - Crimen à cernendo, quod lumen tollat cernendi: tenebrasque obducat mentis oculis.
          - Facinus a faciendo, quod in peccando fiat, quod nõ oportet quod aũt oportet nõ fiat.
          - Flagitium, quia flagris, non venia, dignum.
          - Peccatũ, a verbo pelliceo, hoc est, stuprũ cõmitto, ꝙ peccando stupretur ius, & ratio.
          - Delictum, à derelinquendo; peccans enim Deum, rationem, ac seipsum relinquit.
          - Noxia, à nocendo, nocet, & fortunæ, & corporis, & animi bonis.
  - Modificatorũ, vel
    - Trãslatorum: p similitudinẽ
      - Anulus, pro fælicitate. Anulus Gygis. Γύγου δακτύλιος.
      - Auis, pro teste mercenario. Aues Psaphonis. Nota historia.
      - Lapis, pro munere, sub omni lapide dormit scorpio. i. in omni officij genere latent insidiæ.
      - Simia, pro simulatore. Simia fuerit etiam si gestet aurea insignia.
      - Nigror, pro re mali ominis, ab ijs abstinendum est, quibus est nigra cauda.
    - Hieroglyphicorum: per imaginem.
      - Salamandra Hieroglyphicum pernicioſissimi est hominis, tanta quippè in eo animante vis est veneni, vt etiam ex arbore, quam attigerit, fructus nascantur pestiferi, & exitiales, hoc admirabile magis, quod ut traditur ab Aeliano, ſus Salamandram impune voret, verum si quis ſuis carnes gustarit, ex repentino interit.
      - Sus. Symbolum est indocilitatis apud Sacerdotes Aegyptios primùm, deinde apud Physiognomos. Nam vt his placet, quibus frons est ſuilla illi omnes sunt indociles. Nec ſus præter cæterarum animalium naturam quicquam affert vtilitatis nisi mortuus.
      - Hyæna, simulachrum est inconstantiæ, atque eius, qui inter vitium, & virtutem nihil facit discriminis; in Hyænæ enim vtraque ineſt natura: fitque alternis annis mas: alternis fœmina.
      - Morus, Typus est prudentiæ. vltima enim arborum metu pruinę floret: & prima omnium fructus parit, ne lędantur ſolis ardore.
      - Tigris, imago est iracundiæ, adeo enim ira ad ſonum tympani effervescit, vt seipsam concerpat, & laniet.

amicorum, quæ fit hoc etiam frequentius quàm solebat, quod quasi albam aurem uidentur bene sentientē ciuē uidere, abdo me in bibliothecā, pio homine demque vsurpatur, vt e cantu dignoscitur auis: hoc est qualis vir, talis oratio.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Absynthium. Symbolū est castigationis, amarissimum. n. est gustu, at purgat intestinorum fecem. Quid? Improbus, aiūt deterior vir bonus, melior castigatione efficitur, nec absynthij succus omnium aluum abstergit sordibus. Nam si materiam compactā nāciscitur, eam duriorem reddit, sin mollem, tenerā, ipsam soluit & laxat. Castigationis finis est duplex, vnus vt vitiorū procul abſit contagio, alter, vt disciplinæ quædā fiat accessio, alterum apertè docet natura per absynthium. Nā si in capsa vna cum libris aut vestib. fuerit, nec libros mures, nec tineę vestes attingunt, seruanturq, ab omnibus animātibus quæ res ibi fuerint, immunes, & integræ: alterum non obscurè monet. Nā absynthij succus ijs sēsibus prodest, qui disciplinarum sunt magistri, auribus quippè instillatus vim auget audiendi: haustus aciem excuit oculorum.

Accipiter. Hieroglyphicum Dei homo constitutus, vt refert Eusebius capite accipitris, quod cetera volucres, si in sublime tendāt, obliquo ferātur cursu, solus accipiter in cæ lum recto volat meatu Quid? in præda nihil habet potius animantis, corde. Nec quicquam est, quod in homine, Deo magis probetur, quàm conscientia rectæ voluntatis.

Actaon monimentum est venatoris. Nam cū feras insectatur: tandē totus voratur a suis canibus; habet multum tālis, nō minimum eruditionis fabula.

Adamantis imago significationem habet non lapilli, sed fortitudinis. Nescit virtus turpitudinē ferre peccati: Nec adamas pōt sanguinem tolerare Hirci, qui notā habet impurissimi flagitij. Sic nascitur in auro, vt aurum quasi adamantis videatur excrementum: adamas autē cor ipsum, & vita auri. Quid inuitus, est opum vsus sine constātia, & virtute, sed abusus. Est fortitudo cōstans quædam mortis, & doloris cōtemptio, Adamas vtriusq. est interpres, & nuncius īctum .n. respuit incudis, & mallei. Quorsum? fortis sæpè gaudet opinor in cruciatu. Igne nō soluum non potest deleri, & restingui. Adamas, sed ne quidem calore. Hoc est, cū vitescat vulnere virtus, nec quidē potest mori.

Aguus Symbolum effingitur innocentiæ quoq etiā uir mansuetus Hieroglyphicè significatur: siquidē nec dente, nec cornu nec vngue quemquam lædit; nihilq; est in eo, non vtile; sanis eius caro ad pastum prodest: firmus infirmis: Dissolutus. n. cū aceto, vt placet Dioscoridi, ignem sacrum curat, & mixtus cum cera virginea, combusturas sanat. Lana uerò vtriusque ad cultū corporis est vsui. Quid? prodest etiā mortuis virtus cuius cernitur in ea animante, veluti quædam & imago disciplinæ.

Ala imaginem indefessi hois, effingere Aegyptij volentes, Hominē pingebant alas, vel pedes gruum manibus tenentem, siquidē fe runt eum non defatigari vllo labore, qui Neruos ex alijs, aut cruribus gruis habeat.

Aloe do. Typus est solitarij hominis. Haec magis rarissimè apparet: & circa vergiliarū occultationem: itaq; abit, vt nunquam prætereā conspiciatur.

Amethystus. Hieroglyphicum est sobrietatis. Nam eum lapidem ebrietati reluctari compertum est; Nec eum vino tentari, qui eum gestet. Nec id meo quidē iudicio debet videri de eo lapide incredibile: si modo, quod asserit Isidorus est probabile. Amethystus aut est lapis, qui non modo si in igne fuerit, non comburitur, sed ne, si ab eo contacta fuerit vestis, igne quidem læditur.

Anguilla pro eo pingitur, qui sibi soli est natus. hæc. n. cum nullo alio piscū versatur. Nec coniugali vsu inter se miscentur anguillæ, quare Arist. neq; marem neq; fœminam in earum genere esse testatur, ex limo generatur, estque anguilla ab anguis similitudine dicta, sola piscū mortua non fluctuat, ut ēt dilatescat postquam migrarit è uita effingitur in strigmento anguilla pro homine lubricæ fidei. Nam cum natura sit lubrica vix que teneri possit; tū multo magis si in strigmento inuoluta sit olei vuido.

Anguis caudā depascens & varijs aspersa maculis Hieroglyphicum Mundi constituebatur ab Aegyptijs sacerdotib. In eo. n. ut in nūdo, sit quasi pterutę ętatis restauratio. Quid? mundi inane est iudicium. Anguis rectè nihil vnquam intuetur, planeq; in eo hebes est oculorum sensus. Quod naturæ suæ facit vitio. Nā oculos non habet in fronte, sed in temporib. ita ut, cum quiddam spectet, nō spectās, sed auscultās videatur. Semp in mū dō quiddam est ab æquo, & bono alienum. Anguis inde est dictus, q natura semper sit angulosus, nūquā rectus. Quid in os cauda congesta? est præteriti temporis finis, principium futuri, vt in elementis. Nam corruptio unius generatio est alterius. Anguis serpentū genus est. Quorum alij terram, ut uipera.; alij aquam ut Hydrus, alij aerem, ut Draco, alij ignem, ut Salamandra incolunt. Viuit. n. in medijs flammis, sine dolore, nec solùm non uritur, sed incendium extinguit quare angues imagine mundum elementarem, potissimū consueuerunt repræsentare.

Anser lapillum rostro tenens Symbolum efficitur silētij ab Aegyptijs sacerdotib. Ille. n. sui conscius, quod clāgit clamores grauiter obstrepenti, ubi Taurū montem transit. Aquilarum metu, quæ ibi circumuolant, rostrum lapillo, uocēq, arcet. Quid? Anser, ut sentit Pli. aliena ouа non excludit. Nec homo, qui silentium nouit tenere, quod alienum est à loco, tempore, & eius, qui audit persona, & quicquā in apertum depromit. Est inter eas animantes, quæ in aquis, & in terris viuunt, anceps, & utriusq; naturę particeps, ut autem silentij ignarus, est non tā humanus, quàm cęlestis, & diuinus.

Apes, adulatoris Symbolum. Mel habet in ore aculeum in recondito.

Apes, Regis typus est, & imago, Nititur, Apes. pedib. & alis; duplex maximè est regis virtus; diuina una, qua debet in cęlū euolare: humana altera, qua in terris, quæ sunt debet tegere Mel ex Ape procreatur, q modo cadauerib. prodest, quia eo illinita cauet ne corrumpantur modo sanis ad victū, habet enim vim potionis, & cibi. Modo ad medicinā, infirmis. Quorsum? nemini rex nō debet prodesse. mitto, quod Apes a libidine sit aliena, labori & industrię dedita. Ea debet esse Regis vita, quæ suo exemplo omnium sit institutio & disciplina.

Apium luctus & mœroris est Symbolū. Herba enim hæc, vt Pindari interpretes aiūt, est inferis sacra: luctuq; dedicata. Nascitur ex voluptate, qui maximè est exitialis luctus. Apij genus quoddam reperitur, quod si quis paulo liberius in cibis vtatur, is vsque eo risus, & cachinnos prorumpit, dum moriatur; nec prius ridere desinat, quàm prorsus animam effarit.

Aquila Hieroglyphicè significationem habet prosperitatis. Anacreon Antiquissimus, scribit Iouē cum aduersus Tytanes bellum susciperet statuisset, Cęlo sacrificiū fecisse. Ei verò Aquilæ volatum prospero auspicio victoriā portendisse. Quid? hæc olim opinio, in animis hominum sic inoleuit, vt homines, naso rostrum Aquilæ referentes, pro fortunatissimis haberentur. Tradit id plato: repetit Plutarchus. Perse Asseuerant, Testatur suo testimonio Cyrus.

Aries. Hominē ferocem, & belli auidum figuratè significat. Habet enim in cerebro vermē, quo in alios conciatur, & ad impetendum eos, à quib. alitur, ideo vertex dicitur, quod pro cerebro gerat vermem. Neque. n. est ferocitas, nisi contagio rationis, humanitatisq; quasi quidā vermis, qui ex eius morbo aut cadavere potius nascitur.

Armentum, alii album murem vocant. Hieroglyphicè castitatē significat. Huic enim animali spurcitia tantę est abominationi, vt limo ante caui ostium illito, capi potius a venatoribus, quàm eo se fœdari patiatur.

Asinus simulacrum, effingitur, hominis imprudentis, qui mortem gerit tantum suę voluntati, castigationē, & verbera nihil faciens. Xenophon ait, Asinus essem, hoc est, eo, quo omnium quadrupedum habetur inuerecundissimus, longè inuerecundior.

Asio, Hieroglyphicè ignobilē hominem ostēdit. Nectuarum genus est maximū, quibus plumę auium loco in Asini morem solent, succrescere, vnde nomē accepit. Græcè Otus vocatur.

Aspis sibi cauda aurem obturans Symbolū est in sacris Aegyptiorū literis cōmunis hominis, qui nulli legū imperio, nulliq; paret magistratuū edicto. Hęc. n. vt Magorū conatum subterfugiat, vbi se ex incantationib. accersiri sentit, statim vna i terrā aure defossa alterā cauda stipat, ne carminū vocē exaudiat. Quid? dictus est Aspis, ab aspergendo veneno, q etsi vita est medicabile, interimit tñ sine dolore, aut ēt sine voluptate. Quorsum? est fortè grata non tamē ita iucunda i pertinaciæ vitio, quàm perniciosa voluptas.

Asinus. Tum Hieroglyphicū est obsequij, & sedulitatis. Vt testatur sacerdotes Aegypti. Taurus. n licet lōgissimè abfuerit, vbi fœmina pruritu exagitata mugierit, accepta uoce statī accurrit. Auditu q̄pp duo ex quadrupedum genere, maximè pollēt, Cervus, & Taurus, dicit auris, vt placet Isidoro, ab hauriēdo, quod uoces & mandata hauriat. Nam surdi minimè hūt capaces disciplinę.

GRATVLATIO II.

Per expositionem ostenditur gratulandi ratio cum alicuius optatos eventus sic verbis honestamus, ut qui ad gradum aliquē ascēdit dignitatis, eū virtute & consilio ascitum, nō casu aut fortuna, sapientum auctoritate, & gratia cooptatum, nō corruptelarū illecebris, & ambitu in eū locum irrepsisse facile oēs intelligāt. Quid? Anne, neq; dolere nō dēt in amici malis, nę que non gaudere in eius gloria. Alterū monitrauit aliquā Xerxes in Abydenis Cāpis, cum partem multo maiorē Orientis subiectam haberet oculis subiectā Orientis fubiectam haberet oculis subiectam, gnis statem, lachrymas emisit testatus nō se felicitatē flere suam, quod tot gentib. imperare sibi contigisset, sed pro tot hominū sorte se commoueri, qui cum innumeri essent, ad breue tēpus essent defuturi. Alterum do cuit apud Athenienses lex Solonis, qua caucbatur, præter ea dona, quę publicè decernebantur, præter ea dona, quę publicè decernebantur, parui fuerant, Horum quoq; filij qui bello occubuissent, publicè alerentur, quo nō tam sua, quā patentium gauderent gloria. Quorsum? si virtutis arctius est, quàm sanguinis vinculum. n. ita stupidus sim, vt cum vacuè vim præteream, hoc obliuiscar aut ēt tacere nō possum, inuenem tā cęlesti aut potius diuino ingenio, ut ad gradū doctoratus tā tenera ætate aderit, doctoratū magis honestarit doctrinę magnitudine, q̄ ipse sit collatus eo honore. Quid Papię Mona sterij vicit in gubernaculis, et admiratiādre ... nū prudentia. n. multorum etiam experientiam.

sionem. Ratio gratulãdi exponitur a Ci. lib. 2. epist. 5 Hæc negotia epist. 6. Nõdum etat audituꝝ te ad Italiã epist. 7. sera gratulatio reprehendi non solet epistо. 8. Quid? tu me hoc tibi mandasse 9. Primum tibi, vt debeo gratulor, epist. 19 optatissimũ Nuncium.

VERBA NATVRA INTERPRETANTVR.

Babylon confusio.
Bacchus à βάκχειν clamare.
Baiuli à Bais dicti propter merciuꝝ copiam, aut à βαΐζω, i. humeris fero.
Balbus à Ballando potius, quàm à loquendo dictus.
Balæna βαλαίνα aspirata in β mediam suam conuersa.
Balneum: βάλανεῖον,
Balsamum, arbor βάλσαμον.
Baithasar absconditè thesaurizans.
Baptismus, ablutio à βάπτω immergo.
Barathrum. Græci appellãt locum præcipitẽ, vnde emergi non possit.
Bardus, quasi tardus. Hoc est stultus,
Barnabas, filius consolationis.
Beatus quasi bene actus.
Bellua à bellando dicta.
Bellum, tanquam belluinum.
Bethlehem, domus refectionis.
Bias à βία violentia.
Bibo, πίνω hinc propino, i. præbibo.
Biblia βίβλια libri.
Biceps, duorum capitum.
Blasphemia, βλασφημία à verbo βλασφημεῖν.
Bis quasi δίς.
Blęsus, βλαισός, vel quasi bucca læsus.
Boare, i. clamare à Græco βοᾶν,
Boreas, βορέας strepitus.
Bos, βοῦς a βοάω, posco.
Bouis βραχύς,
Bucephalus βουκέφαλος, bouis caput.
Bruma Græcè edacitas: tum enim vberius vescimur,
Bucolicum, βουκόλον armentum.
Brutũ quasi erutũ, quod sensu rationis caret.
Bulla, insigne puerorum prætextorum, βουλὴ consilium, Vt notarent eam ætatem, alterius consilio esse regendam.
Bustum, quasi benè vstum.
Butyrum, βούτυρον, quasi βοὸς τύρος hoc est bubulus caseus.

MODIFICATA TRANSLATE.

Babys. pro eo, qui quo plus laborat, eo minus proficit Καπίων βαβὺς ἀνήρ. hoc est peius baby. cãrat. Quadrat i oratores eos, qui quo diutius, hoc dicunt ineptius. Ferunt Babym sic intumuisse, vt Apollinem ad canẽdi certamen prouocarit, à quo cũ esset victus ab eodem de pinu suspensus, excoriatus est.
Bacelus pro molli aut Cinædo prouerbialiter vsurpatur, ait Suidas, Bacelum propriè significare eum, qui sit exactus, eoque i molles dici, quod hoc morbo potissimum laboret illud hominum genus.
Barba. pro Sophista. Barba tenus sapiens. in eos, qui præter barbam, & pallium, nihil habet philosophi. Si philosophũ, ioquit Lucianus oportet ex barba metiri: sunt capri primam laudem ablaturi.
Bellerophõ, eius veteri Adagio habet significationem, qui contra se sententiam dicit.
Bellerophontis litteras, subaudi affert. Locus erit huic prouerbio, cum quis ita pro se sententiam dicit, vt suo se, vt aiunt, iugulet gladio. Nam pro commendatione, aculeatę, & exitiales erant Bellerophontis litteræ.
Bellum. patris nomẽ occupat trito prouerbio Bellum omniũ pater, inde natũ quod bellum omnium rerum nouandarum auctor est, & ita, vt ex eo nata videantur omnia.
Bibliotheca, pro homine apprimè erudito. Bibliotheca animata. In eum conuenit, qui velut ex professo de omnibus respondere, & inexplicabiles auctorum nexus laxare, aut potius soluere possit, tanquam ex secretiore musarum adyto reconditissima quęque accensens.
Bifrons, significationẽ habet veteratoris. Bifrõs Mercurius. In eos dicetur, qui aliud in pectore clausũ, aliud in ore prõptũ habent.
Bilis pro ira prouerbialiter sumitur. Inest, & formicæ, & serpho bilis. Loquitur adagiũ, inimicum, nè imbecillum quidẽ, nunquam pro nihilo esse ducendum. Siquidem nullũ animal adeo est abiectum, quod irritatum non irascatur, iratumque aliqua ex parte lædere non possit.
Bolus, pro commoditate. bolus ereptus e faucibus, prouerbialiter effertur, quoties commoditas aliqua, quæ iã propemodum tenetur, præter expectationem subito eripitur.
Bombylius, verbosi hominis veteri prouerbio habet significationẽ. Homo enim Bombylius appellatur, is, qui inani verborum strepitu aliorum auribus obstrepit. Bombylius quippe à Græcis, apis, aut vespæ genus ex sonitu, quem edit, vocatur, hoc ingentes ad speciem fauos nullos ad beneficium erigit: est enim planè inutile.
Bombyx pro inerudito, fucum tamen ac speciem habens eruditionis. Adag. Angularis bombyx, iis conuenit, qui non doctrinam, sed auram aucupantur, tactu aliquod doctrinæ, quod morbi genus hac nostra ætate plᵉ nimio grassatur, est βομβύξ insecti genus. ab eo strepitu & murmure, quod βομβεῖν vocãt, nomẽ habens. Vermis hic nonis foliis, nõ fructu, non floribus adolescendo pascitur. deinde adultus fila texendo ita se exinanire consueuit, vt distẽtus tãtùm tenaneat aere post ita suis nexibus se implicat, in eũque se conijcit folliculum, vnde non possit se expedire, sicque pereat.
Bos modo vsurpatur pro beneficio. ex ipso Boue lora sumere, in ingratos dī qui quicquid à beneficio capiunt, id in eius detrimẽtum sæpe conuertunt. modo pro homine improbo. Bos Cyprius in impurum dici solet. Cyprij enim boues stercore humano pascuntur. modo pro insatiabili abdomine. Bouẽ in faucibus portat. natum Adagium, vel à Theogene Athleta Thasio, & à Milone Crotoniata, quorum alter bouem solidũ solus comedit, alter in Olympijs taurum quadrimũ humeris sustulit, ac stadij spacio gestauit, eumq, eodẽ die solus comedit, vsurpatur item pro cõtempto munere. Bos Locrẽsis. aliquando. n. locrenses publicum sacrũ facturi, cum Bouem desiderarent, composito ex minutis lignis bouis simulacro, diis rẽ diuinam fecerũt. Pro fortunato deniq; vel eo, qui contra ius, & præter meritum ad honores euehitur, sumitur. Bos i Ciuitate. vbi qui serpit ad nouos honores. Lysias Bouis imaginem æream in arces collocauit Athenas ea res in vulgi iocum cessit. Nam in agris bouis vsus est non in vrbibus.
Bubo pro infanti, & in diserto. Bubõ canit Luscinię. Cum aut indisertus eloquentem, aut ineruditus doctissimum studet erudire.
Bucca, pro mente, Quicquid in buccam venit. Hoc est liberè, quicquid in mentẽ venit dicere. Pro Arrogantia, inflare buccas. traductum à ranis, quę per iram inflantur.
Bulbus pro studio. Nihil profuerit bulbᵘˢ, hoc est nihil profuerit studiũ, nisi vis adsit ingenij, sumpta metaphora à Bulba natura, quæ ad irritandam venerem plurimum valet.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Basiliscus Symbolum æternitatis fiebat ab Ægyptiorum sacerdotibus. atque si Horo Niliaco fides est habenda, hic vnus in serpentum genere, nulla vi potest interimi. quin tãta huic vni vis est, vt animalia reliqua solo sibilo fugiat: quo audito ferunt omnes alium cantus, arceri, frutices, & herbas solo olfactu, aspectuve enecari: hominem statim in eius mutuo mori.
Bos Hieroglyphicum est vtilitatis publicæ, vt testatur Vespasiani numus, atque in somnis visus, vt aiunt contectores, omnia portẽdit vtilia. Athenięses igitur, vt frugali laborì gratiam referrent, bouis effigiem numismate honestarũt. atque quoniam vtilitatis parens est labor, Symbolum itẽ est laboris. Hinc Mosaicũ illud, non alligabis os bouis trituranti. Eucherius interpretatur neminẽ mercede sua fraudandum esse.
Buccinatᵒ galli ab Ægyptijs cõstituitur Symbolũ victoriæ Victus enim latet, victor canit. Id etiã modo videre est in imagine Gallerianorum, nihil. n. est in commendatione felicitatis, & gloriæ, quod cum in ea Gẽte, tum i vno Facio Gallerano Philippi Regis a secretis intimo, non videatur eminere.

NVNCIATIO III.

Est enunciatio rei cuiusdam expositio, quæ fit, vt fides habeatur. Hęc debet esse sine fuco, & pigmentis, suauis tamen, neq; lepore carens: nõ proliva, sed grauis, & dilucide, rem. & suauitate excipi, & breuitate retineri, & grauitate si commẽdata sit facilius credi solet ab omnibus. Nunciatio in narratione omnis est posita. Sunt autem Narrationis virtutes tres: vna est nunciantis, nã vt intelligatur, debet narratio esse dilucida alterius audientis, vt enim non abhorreat ab auriũ cõprobatione, suauis sit oportet, tertia rei est de qua agitur. Nã vt fides habeatur, debet esse verisimilis. Quantum autem nõ alieno tempore adhibita nũciatio habeat vtilitatis, ex hoc est videre exempli testimonio. Macedonum Rex Philippus, cum subhastationis quorumdam captiuorũ spectator esset, velteque supra genua collecta sederet, exclamauit vnus, se filium esse eius amicissimi. Petijt Philippus vt nomen aperiret, in aurem se dicturum ait. propius igitur accedens, hoc vnum ei nunciauit, vt vestem rex, quam supra genua collegerat, demitteret, quod ita sedendo decorẽ minimè seruaret, quod ex re Philippᵒ statim, captiuũ ut amicum liberauit. Nunciationis exẽpla sunt apud Cic. in epistolis familiaribus lib. 10. epi. 8 cui fortè. epi. 21. pudet me libr. 42. epi. 24. omnẽ commendationem li. 14 Epi. 14. si vales bene est. epi. 19. in maximis meis.

VERBA NATIVA.

Caballus, καβάλλης.
Cacabus, καπαβή.
Cachinnor, καλχάζω.
Cadmus, κάδμος.
Cadus. κάδος.
Cęcitas, καικίας.
Cæcus à cædo, quod oculis sit cæsus.
Cælum, κοίλον.
Cæmiterium, κοιμητήριον.
Cæpa, quasi Cæpha caput.
Cæsaries à cædendo.
Caiphas. Sagax rerum inuestigator.
Calamistrum, κάλαμος.
Calamitas à calamorum infractione, quæ fit grandine, aut tempestate.
Calamus, κάλαμος.
Caliga, κάλιγα.
Calliope à καλὴ pulera, ὀπὴ vox.
Calix, κύλιξ.
Calua, & caluitium, quasi cauatum.
Calopodium, καλοπόδιον.
Camelus, καμήλος.
Camera, κάμαρα καμάρω i. cameram facio.
Caminus, καμίνος.
Canis, κύων.
Canistrum, κάνιστρον.
Canon, κάνων. regula, κανονίζω. regulo.
Canonicus, κανονικός.
Cantharus, καθάρος.
Capper, κάπρος.
Capparis, κάππαρις.
Catalogus, κατάλογος.
Categoria, κατηγορία.

Candela

Candela à candendo ob candorem luminis.
Canus à candendo quasi candidus.
Capillus, quasi capitis pilus.
Caput à capiendo, quod ab eo omnes sensus, & nerui initium capiant.
Carcer à coercendo.
Charitas a carendo: inde caries, quod vigore careat.
Casa à cadendo, quod facilè cadat.
Castigo, quasi castum ago.
Causa à casu, vel καῦσις ardor, quod vnum quemque accendat agendum.
Cataphractus munitus κατὰ omnino φράττειν munire.
Cathedra, καθέδρα.
Catus, quasi cautus.
Caupo, κάπηλος.
Cedrus, κέδρος arbor perpetuò virens, & cariem non sentiens.
Centrum, κέντρον punctum in sphæra à quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiã sunt æquales.
Cephalea Græci κεφαλὴν vocant diuturnus est & inueteratus capitis dolor.
Ceta à κύριον cerberus, κρέας, i. caro βορᾶν. i. vorare.
Cerui ἀπὸ τῶν κεράτων à cornibus.
Cestus, κέστος.
Chaos, χάος.
Character, χαρακτήρ. i. signum.
Charta, χάρτον.
Charybdis, χαρύβδις.
Chiroteca, χειροθήκη.
Cholera, χολή. (fico.
Chorda, χόρδη. funiculus in instrumento mu-
Chrisma, χρίσμα, à verbo χρίω vngo.
Cherubin, cogitationis, & scientiæ multitudo.
Chirurgus à χεῖ manus, & ἔργον opus.
Chorus à χάρα, gaudio, siue corona.
Cicada, quasi cito cadens.
Cinamomum, κινάμωμον.
Cincinnatus, κεκίρρωτος, intortus capillus.
Cinædus, κινᾶδος, qui muliebria patitur.
Circulus, κύκλος, omnis in gyrum ambitus.
Cista, κίστη, genus vasis viminei.
Cithara, κίθαρα, alio nomine lyra.
Citharista, κιθαριστὴς.
Cito à cio, vel cieo voco.
Clades à κλαδάω amputo.
Classis à κλάων lippum, collectio nauium.
Claudus tanquam pedibus clausus.
Clausula à claudendo.
Clauis à claudendo.
Clemens a claritate mentis.
Cleopatra, gloria familiæ. κλέος gloria, πάτρια, familia.
Clepsydra, quasi furans aquam.
Clyster à κλύζω abluo.
Clytemneſtra, gloriosa cogitatio, κλυτὸς inclitus, μήδω cogito.
Cochleare, κοχλιάριον.
Codicillus, κοδίκελλος.
Cœlebs, quasi cælo beatus.
Cocytus à κωκύω, gemo.
Colaphus, κόλαφος, a κολαφίζω, verbero.
Cogito à cogendo, quod mens plura in vnum cogat.
Colon, κῶλον.
Coma à κόπτω incido.
Comptus. i. ornatus, à Græco κοσμεῖν, ornare, & κόσμος, hoc est comis.
Concio, quasi inuocatio à con & cieo.
Concha, κόγχη, piscis simmiorem habens testam.
Consilium à consulendo: concilium à cõcieo i. congregatio.
Considero à siderum contemplatione.
Contus, κόντος, sudes, siue hasta longior.
Conuitium à conuentu, quod clamore concitetur.
Cophinus, κόφινος vas est rusticum è vimine textum.
Cotalium, κοτάλιον, frutex est mollis sub aqua nascens, qui ex aqua confestim lapidis naturam induit.
Cor, κῆρ.
Coriandrum, κορίανδρον.
Corona, quod cor ornet.
Corvus, κόραξ.
Corpus à corruptione dictum.
Cortex quasi corium cuiusque rei a corio, & legendo.
Cothurnus, κόθορνος.
Cous, κῶος.
Crapula, κραιπάλη.
Crapulor, κραιπαλίω.
Crepida, κρηπὶς calceamenti genus.
Creta, κρήτη, insula in medio Põto centum vrbium fama clara.
Crocodilus, κροκοδίλος.
Crocus, κρόκος, vulgo zafrano.
Chronica, χρόνιος.
Crystallus, κρύσταλλος.
Crater à κρατεῖν, tenere, & capere.
Creta à cre scendo.
Crimen à cernendo, quod maximè cernatur.
Crinis à κρίνω, iudico.
Cruor à κρύω, ferio, quod ex vulnere nascatur.
Cubiculum a cubando.
Cuculus κόκκυξ, auis nota.
Culex ab aculeo.
Cuminum, κύμινον.
Cupressus, κυπάρισσος.
Cura quasi cor vrens.
Cutis, κύτος.
Cyclops, oculum circularem habens κύκλος, circulus & ὤψ oculus.
Cyathus, κύαθος a verbo χέω, & est fundere.
Cygnus, κύκνος Latinè color.
Cymba, κύμβα, nauigij genus.

MODIFICATA TRANSLATE.

Cadauer pro viuente, ignauum tamen. Adagium, viuum cadauer in eos iaci solitum; qui eam vitam agunt, quæ mortem proximè attingit languore & ignauia.
Cæcus indocti habet vulgato prouerbio interpretationem. Cæcus cæcum ducit: cui non dissimile est illud Horatij. Cæcus iter ostẽdit. Item, quid cæco cũ speculo? id est, quid opus est libris illiterato?
Cæneus pro eo, qui minimè lædi possit. Inuulnerabilis, vt Cæneus, est in poetarum fabulis Cæneum munere Neptuni nullu telo vio lari potuisse.
Calculus, significationem habet sententiæ, Album calculũ addere, id est, approbare. inde sumptum, quod antiquitus missis in vrnam calculis, ita ferebantur a iudicibus sententiæ, vt albis absoluerent, nigris damnarent. huc pertinent, creta notare, pro eo q̃ est approbare, & carbone notare, quod est damnare.
Calix pro re vicina adhuc tamẽ incerta. Multa cadunt inter calicem, & suprema labra: nihil enim est tam propinquum, cuius, propter morbum futuri temporis, exploratus sit euentus. Vnde natum Adagium, quod Anceus Neptuni, & Altipalcæ phœnicis filius vinum iam è calice bibiturus, de vinea quam plantarat vinetum ab apro immani vastari accepit: is igitur animo percussus statim poculo depositio in aprum fertur, a quo est occisus, atque ea re non solum vinũ non gustauit, sed etiam iusiurandum, quod ante fecerat, violauit.
Camelus pro eo vsurpatur, qui cum ineptus sit, agilis tamen studet videri. Camelus saltat, ad eos potest Adagiũ referri, cum a musis sint alienissimi, volunt tamen intelligentes & diserti haberi.
Cancer pro indocili. Ad. Nũquam efficies, vt rectè ingrediantur cancri. Item Cancrum ingredi doces. de eo qui in erudiendo indocilem, ludit operam. Nam cãcris singulare est, & genuinum obliquè ingredi.
Canis modo pro homine vsurpatur, inuitis omnibus venari. notatur hoc Adagio non satis feliciter succedere, quod a nolentibus extorquetur, modo pro inuido. Canis in præsepio quod nec vescitur hordeo, & equum vetat vesci, modo pro eo, qui præpropera rem præcipitat festinatione, canis festinans cæcos parturit catulos. Nã qui nimio feruntur festinandi studio rem parum absolutam edunt, conuenit prorumpentibus in iurgia, ti mihi. n. vt mulieres lingua melius, quã fortes belligerantur. huc pertinet, quod trito sermone prouerbio dicitur. altissima quæque flumina minimo sono labi.
Capillus, pro commodo vel incommodo. Etiam capillus vnus habet vmbrã suam, hoc est quãtumuis pusillum commodum iuuat quamtumlibet exiguum delictum nocet.
Capra aliquãdo vẽdicatur pro stolido. Adag. Capra contra se cornua, vt enim arcus, quo illa ĩ syluis traijcitur fit ex caprinis cornũ. ita imprudentissimus quisque a nemine magis, quàm à se fere leditur, aliquãdo pro homine capitur beneficium exprobrante. Capra Scyria. hæc enim fera mulctrum, quod lacte impleuit rursus euertit, atque sic beneficium quod ante dederat, deinceps pertinet, ijs item Adagium hoc conuenit, qui virtutes adiunctis vitijs contaminant, aliquãdo pro spurio. Matris vt capra dicitur, ductũ Adagium ab Hædis, qui in capellis à matre denominãtur. Accersitur denique pro corruptione, hoc Adag. in agro furcularios capras. in eos quadrat, qui corrumpunt flagitiosorum admixtu teneram ætatem, vt si quis studiosis admisceat discolos. Nã capra plantis omnibus, non vulnere tantùm, sed etiam veneno dentium pestifera est.
Caput pro Principe. Piscis primũ à capite fœtet. dictum in malos principes, quorum cõtagione reliquum vulgus inficitur.
Carbo pro fallacia. Adag. Thesaurus carbones erant: In hos comperit, qui spe sua frustrantur, quique magnificis rebus expectatis, meras nugas reperiunt.
Cascus, pro re simili. Ada. Cascus cascã ducit, quoties similis similem delectat, vetulus vetulam, deformis deformem: Improbus improbam. Nam olim cascum Sabina lingua dicebatur, quod nos vetus appellamus.
Caseolus notam habet miseriæ, & tenacitatis. Xenocratis caseolus Ada. ĩ sordidos dici solitum, qui penum omnem eo vsque seruare consueuerint, quoad fierit corruptus.
Cauda improbitatis habet significationẽ. Adne gustaris, quibus est cauda nigra; hoc est ne cum ijs consuetudinem habeas, qui omnia definiunt, terminant improba cupiditate: Nam cauda est brutorum tantùm, qui sensibus ducuntur, habet item interdum cõiecturæ significationem. Cauda de vulpe fiatur. in eos conuenit Ada. qui pusilla in re cuiusmodi sint declarant, huic affine est æthiopem ex vultu iudico.
Caueã pro quouis quali genere. In caueã non canit Luscinia. Luscinia tale ingenium est, vt non nisi libera moduletur: capta carcereque cancellis immissa obmutescat admonemur hoc Adagio difficillimum esse angi, & canere.
Charybdis pro ancipiti malo. Euitata Charybdi in Scyllam incidi, id est, dum vnum malum vito, incurro in cõtrarium: sic, fumum fugiens, in ignem incidi.
Cedrus pro immortalitate. digna Cedro de ijs, dici solitum, quæ ad posteros propagari deberent immortali quadam gloria. Sumptũ Ada. ab arboris natura, cuius succo, quæ sunt illita, non sentiunt cariem arboris eius succus vim habet diuersam, viua corpora corrumpit, mortua seruat incorrupta.
Ceta pro infami Adag. Cerite ceta dignus, rõmani Ceritibus bello subactis eam dicere conditionem, ne suffragij ius haberẽt, ne le-

ges

ges vlas,aut ederent, aut haberent, quæ ignominia in Adagium abijt.

Ceruus pro solitudine. Adag. vbi ceruis abijciunt cornua . quadrat in homines solitarios,& abditos. Siquidem cerui cornua deponentes,secedũt in loca aspera atque inaccessa . Quare quod animaduertemus nusquam inueniri , illic esse dicemus, vbi cerui cornua abijciunt.

Cestus pro arte amatoria . Adag. Cestum habet Veneris, in eos dicitur, qui irritamenta gratiarum habent,& amorum,quo illa dicitur Martem sibi conciliasse.

Chamęleon,pro inconstante, chamæleõte mutabilior,hoc animal ait Plinius,toto corpore reddit colorẽ , quemcunque proximum attigerit, præter rubrũ, & album competit adagium in versipellem , & inconstantem.

Chaos, pro antiquitate. Ad. Antiquior, quam chaos sumptum à poetis, qui chaos volunt originem fuisse rerum omnium.

Charetis,pro eo,qui sua promittit aliena, non reddit. Charetis pollicitationes. Natũ adagium à Tharete quodam Athenjensiũ Duce,qui quiduis cuius pollicebatur , at non præstabat,quod receperat.

Charybdis,pro homine maiorem in modum edace , quem veteri prouerbio Charybdin vocant,aut Barathrum.

Chius,pro auctore, & opifice sui mali. Chius dñm emit. Adagium in eos quadrabit , qui fabri sunt mali sui,& architecti. Natũ inde q cũ Chij primi seruis mercenarius istituiss sunt vti,postea subacti à Mithridate Cappadoc.proprijs seruis vincti sunt traditi, vt in Colchorum regionem deportarentur.

Chorus pro re proposita . Ada. extra chorum saltare.de eo dicitur, qui à re proposita digreditur, qui enim choros agũt certis limitibus, certisque numeris adstricti mouẽtur vt liberum non sit quo libet vagari. Item in alieno choro pedem imponere , est aliorũ sibi vendicare partes : & sese miscere alienis negotijs.

Cibus pro doctrina . Cibum in metallum ne immittas est animi cibus,& ingenij doctrina. admoneri videmur hoc adagio improborum moribus doctrinam pollui , eosque doctrina deteriores reddi, apud eos igitur doctrinas non oportere deponi.

Cicada pro socio,cicada cicadæ chara,formicæ formica,i.quisq. eos diligit,quos sibi natura cõciliauit. pro indocto, itẽ vsurpatur. Inde Adag. Achanthia cicada . Nam iuxta oppidum Aetoliæ Achanthũ mutæ sunt cicadæ.sumitur deniq pro Nobilitate. Cicadis pleni. Atticis mos erat, vt cicadas tãquã insigne nobilitatis cincinnis adderent.

Cilicion, pro eo, qui se malis artibus dicauit. Bona Cilicion subaudiendum habet . huic Adagio locum fecit Cylicon quidã Milesius,qui prodita Priennen sib. Mileto patria, amplè quidem,sed scelerate ditatus est.

Cinclus pro vehementer paupere,cui nec domus,nec quicquam sit,quod suum esse possit dicere Cinclus enim auis quędam est ita imbecillis, atq; inualida , vt non possit sibi ipsi proprium nidum parare , proinde oua suppopit nidis alienis, vnde,& rustici verterunt in Adagium, vt medicos , & erroneos cinclos vocent.

Circulus pro officio, Circulum absoluere , est rem omnibus numeris , omnibusq. partib. perfectam reddere , metaphora sumpta à Mathematicis, apud quos circularis figura perfectissima,absolutissimaq. iudicatur.

Ciuitas pro scientia. Magna ciuitas,magna solitudo ab vrbibus,& domib.quæ, quo sunt grandiores,eò sunt inanes magis , & vacuæ quadrabit in hominem multa profitẽtem, aut in grandem aliquam compositionem.

Cælum pro mundo . Cælum territat, cõuenit in minaces,& feroces, sumptum Adagium à Bello Giganteo. Vsurpatur mõ. pro re vehementer absurda . Neq. cælum,neq; terrã attigit. modo ironicè in timidos iacitur , quid si cælum ruat? in eos,qui tutissimis ẽt in rebus ridiculè timent.

Cognomen pro arte. expedit habere plura cognomina. conuenit in eos, qui multa simul profitentur , quo quæstum faciant vberiorem, qualis est Mercurius.

Colores pro moribus. Tuis te pingam coloribus, hoc est tuis te effingam moribus , ducta à pictoribus metaphora.

Coluber, pro ingrato. Colubrum in sinu fouere , in eum dici solitum , qui complectitur amore hominem ingratum.

Columba sumitur pro mansueto homine. Mitior columba : hæc enim nulli animalium meditatur noxiã : nec aliũde præsidiũ hẽt aduersus miluos, quam à celeritate volandi.

Compedes vendicantur pro honorib. & officijs. Aureæ compedes . prouerbiali sentẽtia dicuntur honorifica munera,quibus sic homines obstringuntur , vt videantur potius alieni,quàm sui iuris.

Concha pro eo, qui nullius est pretij, Concha dignius κογχῆς ἄξιος.

Conscientia pro teste. Conscięntia mille testes sensus interprete non eget.

Conuiuium, pro interitu, Phoci conuiuiũ, in eos conuenit , qui suo malo conuiuas accipiunt. Quos.n. Phocus fefellerat,mensa solitus est reconciliare , ab ijs tandem iratis occisus est in conuiuio.

Cor,pro animo. Cor ne edito, hoc est ne curis tuum ipsius animum excrucies . socordem .n. dicebant eum,qui mẽte careret. socors , quasi sine corde.

Cornix pro intelligente . Cornicum oculos configere. in eos quadrat,qui ea, quæ veterum intelligentia magno consensu approbauit,damnare,ac rescindere conantur, est .n. cornix multis sæculis superstes,& perspicacissimis oculis.

Cornu,pro rerum affluentia. Adag. Cornu copiæ,translatum è peruetusta fabula Herculis,& Acheloi. Pro animo item sumitur. Adag. tollere cornua,pro eo,quod est animo efferri,translatum à pecoribus , quę cornibus oppositis minantur.

Corebus,pro stupido, stultior Corebo,in stupidos,& vecordes . Nam Corebi stultitia vulgi fabula celebrata est, qui maris vndas numerare sit conatus,cum non potuerit vltra quinque prosequi supputationem.

Corpus,pro arte Adag. corpore effugere. trãslatum à gladiatoribus ictũ modico corporis flexu failẽtibus M Ci. impetitiones tuas parua quadam declinatione, vt aiunt, corporis effugi.

Cortex, pro pope. Adag. sine cortice nare. in eos conuenit,qui eo doctrinę processerunt , vt iã præceptorum opera non habeant opus .

Coruus pro pernicie. Ada. Abi ad coruos. hoc est in exitium. sunt.n. corui sectatores cadauerum,& contra pro eo, cui res cedit ex sẽtentia. coruus aquat. κόραξ ὑδρεύτῃ . ductũ ab Apologo de coruo , cum sitiret cõgestis lapillis aquam ex imo fundo per angustissimam vasis oram euocante.

Corydus pro indocto. Adag. inter indoctos ẽt Corydus sonat. conuenit in quosdam , qui apud idiotas audent se veluti eruditos vendicare , interdoctos prorsus sunt elingues. Corydus .n. vilissimum est auiculæ genus minimèq; canorum, strepit tamen vtcunqe inter aues mutas: apud luscinią canens ferri nequaquam posset.

Cothonisare. pro ingurgitare seporu. Cothon .n. est poculi genus grandiusculum.

Cotumix, pro pugnace , & feroci cotumicis naturam induere. Hęc .n. est eius natura, vt consortem minimè ferat, sine pugna , & dissidio.

Crocodilus pro fraudulento homine. Crocodili lachrymæ,in eos,qui cum maximè fallunt,id agunt , vt boni viri videantur . Inde natum Adag. quod crocodilus perspecto procul homine,consueuit lacrimas emittere,atque deinceps statim illum deuorare.

Crotoniatæ pro quouis in sua arte præcellente Adag. Crotoniatarum postremus reliquorũ primus est . Notũ ob insignẽ Crotoniatarum præstantiam in certaminibus , & palæstra, vt eius gentis testis est ille Milo literis omnium celebratus,qui septies cõtinenter vicit olympia. Eorum igitur postremus cum esset, primus reliquorum Græcorum , adagio fecit locum.

Cubitus pro regula. Adag. eodem cubito, hoc est,eadem regula,& mensura.

Cucurbite , pro homine sano . cucurbita sanior. Non absurdę inde ductum adagium , quod cucurbita vndiq, turgeat integra, dimis hians,nec vermiculis obnoxia . Est aũt integritas,& obesitas corporis sanitatis argumentum.

Culeus scelerati hominis hẽt significationem Culeo dignus. Hoc supplicij genere crimẽ expiabatur parricidii.

Cuminũ, modo amarũ notat. Cumini sector. Adag. in parcum , ac sordidum iaci solitũ , est autem cuminum per se exilis herba quã Hippocr. regium appellat. Olim ferebatur à malè precantibus auctore Plutarcho , atque ita felicius prouenire creditũ est . Mõ vsurpatur pro maledicentia. Cuminũ serere dicitur,homo virulentæ linguæ. Natum Adagium à natura herbæ, quæ latius prouenire putatur , si maledicta adhibeantur diręq. imprecationes,dum seritur.

Cuniculus,pro dolo, & insidijs. cuniculis oppugnare, in eum,qui nõ aperta vi, sed dissimulanter,ac dolis rem gerit.

Cupressus pro re non loco adhibita , Ada. simulare cupressum . Natum ab imperito quopiam pictore , qui prẽter cupressum nihil norat pingere. vltro ad res omnes cõsueuerat cupressum effingere .

Currens pro digladiante. Solus currens vicit De iis,qui vincunt,nemine contradicente , translatum à stadijs.

Currus , vsurpatur pro ordine inuerso. Adag. currus bouem trahit. De re quæ præposterè geritur; veluti si vxor præscribat marito . Cursus pro simulatione , & dissimulatione obliquus cursus. quoties res arte , & dissimulanter agitur . quoties aliud præ nobis ferentes alio tendimus.

Cyclops,pro tyranno. Adag. Cyclopis donum in maleficos dicitur , qui solent hoc ipsum magni beneficij loco imputare , quod aut minus,aut serius noceant. Notum est illud Cyclopis in fabula, Ego Vt in postremum deuorabo.

Cyparissus, pro oratione nugigerula. Cyparissi fructus, de verbis dictu magnificis: cæterum inutilibus.

Cyrbes,pro sceleratis. Cyrbes malorũ. Apud Athenienses tabulę quædã erant quadratę in quib. erant variæ delinquentium pœnæ.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Caduceus , Symbolum est eloquentiæ atq. in Nummo,cuius inscriptio est μελιτῶν leo erat primoribus pedibus . quasi humi depressus : ab eius verò ceruice arectus caduceis geminis anguibus inuolutus. Quo notabatur virium robur cedere eloquentiæ.

Camelus monimentũ habet abstinentiæ. Notissimum enim est animal huius magnitudinis,qd tanta cibi, & potionis paucitate nutriatur . in duodecimum .n. diem sitim tolerat. Est item Hieroglyphicũ vindictæ in incestuosos. Camelum quippe cum aliquando admissarius furtim matri admisisset , delapso operimento, vt agnouit matrem . Camelarium interemit.

Canis

scendimus, naturæ in spurios detestatio.
Colicis imago, acidi autdum significat. Nam colices dulcia respuunt: acida unicè appetunt. Lucis amore, nec flammam, nec mortem perhorrescit.
Cupressus symbolum est mortis. Hæc arbor monoica est natura, fructu supernacuo: baccis tota, folio ornata, odore violenta, & ne umbra quidem gratiosa; facies non regerminat: ideò Diti est sacra, & sensibus omnibus infesta.
Cygnus. Musici senis apud Aegyptios animi symbolum. Hæc autem est cygni natura, vt suauius modulari norit, quo magis ætate. Sunt enim argutiores senio confecti, ob guttur is gracilitatem.
Cynocephalus lunæ habet mouimentum, quæ enim hora. Luna nullo illuminata candore sibi coniuncta transit: nobisq; videtur penitus euanuisse. Cynocephalus mas ipse, quoque visu deficere comperitur, nec interim cibum capit, sed quasi exanimis decumbés Lunæ raptum ingemiscit.

GRATIA. IIII.

Nomine ingrati animi cuiusque crimine cum nihil sit impurius: ijs qui tensum aliquem habent honestatis, nihil in officio gratia referenda fit amabilius oportet. Neque enim in vllis, tam ignominiosum est ferro, aut metu vinci, quã flagitiolum in officijs, & munificentia. Quamobrem etsi iure laudãtur ij, qui ita sunt faciles, vt, in conferendo nõ dare, sed accipere beneficium videantur: hos tamen ego nihil in virtute puto esse post ponendos, qui ita sunt in referenda gratia alacres, vt si plus quam possint faciant, minus tamẽ semper præstõt, quam facere cupiant. Nec vlla virtus tam sibi videtur contraria, quam grati animi voluntas, in ea memoria desideratur simul & obliuio. Refert Isidor. duos esse fontes in Boœtia, quorũ vnus memoriam, alter obliuionem inducit. per eos iubetur natura, quæ sit grati animi vis aperte palamq; loqui. Nam virtutis eius est obliuisci beneficii in aliũ collati: accepti vero perpetuo reminisci. Quam sita vero nobis in animo esse debeat beneficij accepti memoria etiã nunc in silentio loquuntur. Romulus & Rhemus, qui cum ad Tyberim fuissent expositi, & a Lupa nutriti beneficii memores Romæ simulachrum lupæ posuerunt. Loquitur sui testimonio populus Romanus, quem non puduit Anseres in perpetuo honore habere, quod dormientibus vigilibus, cum Galli in summum Capitolium peruenissent, suo clãgore milites Romanos excitassent. Loquitur denique populus Atheniensis, qui publica alimenta ad extremum vitæ diem Mulionis decreuit, quorum labore, & opera vsus esset in Hecatomphylo aedificando. Horum argumenti satis admoneri videmur, quales in homines benefícos esse debeamus: hic acriùs etiam forte vrgemur, quod ne belluis quidem desit gratia sensibus. exempla prætereo hoc facere nõ posse. In Antiochi Regis equum conscendit Caparenus Galata, qui Antiochum in prælio occiderat, statim vero equus sensit suo ergo domini hostem insidere, atque iccirco ad ramum apprehenso fræno, ad altissimã famem quato cursu contendit, ab eoque se insidentemq; simul hostem præcipitauit. Quorsum? docet natura laudabiliorẽ fuisse gratiam sine vita, quã vitam sine gratia. Actiones gratiarum apud Cic. in Epi. Fam. demuntur. lib 2. ep. 9. 15. lib. 3. ep. 5. 8. 11. 23. lib. 8. epi. 11. lib. 10. epist. 11. 14. 31. l. 11. ep. 14. 15. 28. Post expositionem examinantur per Etymologiam.

VERBA NATIVA.

Digiti, digiti, δάκτυλοι. digitus.
Dædalus, δαίδαλον, vacuo.
Dæmonium, δαιμόνιον.
Damnum a demo, quasi demimutum; vel a Græco δάμνημι.
Daniel. iudicium Dei.
Dapes δαῖτες.
Daphnis. δάφνη.
Darius δαρεῖος, nomen regis Persarum.
Dator, δώτωρ, δοτὴρ.
Deh, δία.
Decas, δεκάς, aliquid decennarium numerum continens.
Decem a Græco, δέκα.
Declinatio, κλίσις.
Decrepitus, quod ad mortis ostium crepet, vt crepusculum tempus, aurorę proximum.
Decus a verbo decet.
Degener, δυσγενὴς, qui maiorem suorum virtuti non respondet.
Delamira virago. δῆρις, bellum, ἀνὴρ, vir.
Delco, a Græco δέλκω.
Delicatus, quasi delitus pactus.
Deliro, παραλήρω.
Delirus, ἀπὸ τοῦ λήρου, quod a recto ordine, tãquam a lira aberret.
Delubrũ a deluendo, quia in eo deluuntur peccata.
Demens quasi de mente recedens.
Deus, quasi edens, vel δεύομαι.
Deus, quod ei nihil desit, detque solus oĩa, siue a Græco δείδω, timeus, quod metuatur ab omnibus, metuat ipse neminem, vel a δύω, media in suam adspiratam conuersa.
Dexter, δέξιος.
Dextra, δεξιτερὰ.
Diabolus. διαβολὴ, calumnia, a διαβάλλω, criminor.
Diaconus, διάκονος, a διακονέω, ministro.
Diadema, ἀπὸ τοῦ διαδέω, circum ligando.
Diameter διάμετρος, recta linea figuram ex aequo secans.
Dians, quasi duana, quod luna noctu, diuque appareat.
Dies, quasi deiens, a media nocte a Romanis, ab occasu solis ab Atheniensibus: ab ortu a Babylonijs inchoabatur.
Dieta, δίαιτα, victus ratio.
Dilemma, δίλημμα, syllogismus cornutus a Gellio appellatur.
Dimidius, quasi per medium diuisus.
Dioecesis, διοίκησις, gubernatio a διοικέω, guberno.
Dionysius a διανύω, soluo.
Diræ, olim quasi Deorum iræ.
Discordia, δίσκορδος.
Discipulus a disciplina dictus.
Disciplina a discendo.
Distichon, δὶς, bis στίχος, versus.
Diuus, quasi duinus, quod rebus nullis indigeat.
Diuortium coniunctorum est repudium non dum coniunctorum.
Doceo, quasi doctrinam do.
Dogma, δόγμα, decretum, præceptum.
Dolus, δόλος, fraus, fallacia.
Dominus, quod domum præsit, & cunctæ familiæ dominetur.
Dorso Græce, δορκάζω.
Domus a Græco, δόμος.
Doctrina a Græco δόκησις.
Draco, δράκων ἀπὸ τοῦ δέρκω, hoc est, video. Animal enim est acutissimi visus.
Delce a delicio, quod animãtes ad se delicias.
Duo, δύο.
Duplus, διπλάσιος, a verbo διπλόω, hoc est, duplico.
Dyscolus, δύσκολος, difficilis, & morosus.
Dysenteria, δυσεντερία, intestinorum exulceratio.

MODIFICATA TRANSLATE.

Deliramenum locũ occupat orationis nugigerulę. Ado. Anicularũ deliramenta. De nugis inanibus, eiusmodi solent effutire vetulæ etiam sexus vitio, vitium ætatis accedens, naturalem garrulitatis morbum cõduplicat. Habet enim verbositas primum demẽtiæ notam: deinde specimen quod damnare prohibemur. Aliquando Isocrates a quo cum Careo ioculatus veltet præceptis Rhetoricis instrui: Duplicem meritò eundem orator popoſcit literarij vt loquar, alterum vt taceat, discerat, hoc est, infinite de discerat. Alterum testatur Lacones, qui Cleophontem execrum, quod se profiteretur de re quamuis cotidiana posse dicere, boni enim esse viri magnarum rerum parem orationem habere. Nec vlla in re nullus putarim adhibendam magnificentiam, quam in oratione, quæ vt Fleto dus refert, sæpè quasi ingens Thesaurus in loco debet obmitti numquam dilapidari.
Delphinus nunc inuersi ordinis habet significationem veteri prouerbio Delphinum silui sappingui, fluctibus aptum: nunc periti hominis vim occupat, & naturam. Delphinis nate doces. In sophistas cõpetit, qui eos docere nitũtur, a quibus sunt ipsi docẽdi. Huic est simillimum, Aquilam volare doces: Delphinum velocius adagij locum fecit, quæ tãta est, vt nauis ẽt pleno velo præsecet, nullumque sit animal, quod celeritate non superet.
Deus pro conuicijs conuicij, loco vsurpatur. Dente Theonino rodi, quidam erat Ieonis, qui cõuicijs lacerãtur. Sumptum adagium a Theone Poeta quodam virulentæ loquacitatis, huic affine est, Genuino mordere. Nam qui clanculum obtrectant, lacerantque quẽpiam cum genuino mordere dicũtur, quod dentes genuini sint omnium reconditissimi, & gingiua operti. Deus fuimur item pro iniuria vitiata. Adag. Alijs lingua, alijs dentes, subaudienda sunt. In eos dictum solitum, quorum alterius petulantia, alij facinoris atrocitate nocẽt. Inde natum adagium, quod ex ira fiat virulentus morsus ferarum, dentesque sint cuiusque animantis, & vitę instrumenta, ac munera, atque in homine, vt dentes corporis, ita oratio, animi ostendit naturam. Nec illi quidem fallunt. Dentibus vacuis, aiunt, qui sunt breuioris vitæ, argumentum enim est capitis os esse densum, atq; ideo cerebrum minutum, quod minus sit respirationi opportunum. Quare quo minus exhalat, eo celerius putrescit, atque ideo cur mas, diutius viuit, quam fœmina, hæc enim non vtitur, futuris caput habet eo nomine, nec cranum gaudet beneficio.
Deus, pro diuite: Nullius indigẽs Deus. Admonet parœmia nullum esse mortalium tam absolutum, in quo non aliquid desideretur, nisi esse Deũ, vndequaq; perfectũ, qui, si est præstantissimus, inquiebat Zeno, vnus sit oportet. Nam si duo sint, aut plures, nõ esset præstantissimus omnium. Pro sapiente item vendicatur, trito adagio. Multa nõris oportet, quibus Deum fallas, hoc est, multarum rerum cognitione debet is præcellere, qui studet secum vito prudenti facere. Sumptum ab ortaculo adagium. Accipitur denique apud veteres pro natura, vel necessitate. Ci. quid. ni aliud est Gigantum more bellare cum Dijs, nisi naturæ repugnare?
Dies vicem obtinet eius, qui sit contentus. In diem viuere est ex rebus præsentibus commodum vsuere, atque ex parto minimè sollicitum de futuro. Pro fortuna item accipitur, quæ in dies mutat. Adag. Ipsa dies quã dolque pares, quãdoque nonerea. Quare apud Cretenses olim nos erat lætos dies candido notare tristes, atque mœstorum. quãquam morem hunc nonnulli ad Thraces referant. In diem viuere igitur est quid fors, quia tẽpus ferat æquo animo ferre, imitantem dies naturam totius anni. Pars. a. dicta meridie ad occasum solis naturam præferet, ætatis ab occasu ad dimidiam noctem autumnũ, dimidia nocte ad ortum solis, hiemis: ab ortu solis ad meridiem, pars ætatis quæ vita dicitur primi veris habet specimen.
Difficultas vitupanus loco pulcherrimis. Ab

quicquid optasset,id ferret.Optauit Endymion,vt perpetuum dormiret somnũ, immortalis perseueraus, & expers senij.

Ephesia vim habet felicis hominis. Adag. Ephesiæ litteræ ἐφέσια γράμματα, dictum de ijs, qui mira felicitate tanquam diuina virgula quicquid optent assequũtur, aiunt enim Ephesijs Notulas quasdam & voces magicas fuisse,quibus vtentes, in omni negocio,victores euaderent.

Ephippia, pro sorte. Adag.optat epippia bos piger,optat arare caballus. Quadrat in humanum genus,quod alienæ sortis est appetens,suæ impatiens.

Equus Seianus in locũ accersitur fortunæ aduersæ. Adag.Equum habet Seianũ. Dicitur in calamitosum Natum adagium ab equo quodã fatali cui à Cn.Seio domino nomẽ i ditũ est Seianũ. Vsq eo fatali, vt quisquis eius equi possessor esset,is,cum omni domo ad internecionẽ vsq; deperiret.Affine huic Adagio est,Aurũ habet Tolosanum. Nam cum oppidum Tolosanum in Gallia Q Cepio Consul diripuisset, multumq; auri, in eius oppidi tẽplis fuisset, quisquis ex ea direptione aurũ attigit,misero,cruciabilique exitu perijt. Equus item sumitur pro sene misero qui aliquando feliciter vixit.Adag. equi senecta, Allegoria sumpta à generosis equis, qui senio facti seges, in pistrinum, aut currum detruduntur.

Erithacus inuidi habet interpretationẽ. Adag. vnicum arbustũ haud alit duos Erithacos, Torquetur in eos, qui idẽ profitentur, quibus sepe parum præ inuidia conuenit. Est autem Erithacus auis quędam solitaria, vt eodem in saltu nunquam nisi vnã inuenias. Atque si sipsum non patitur inuidus, quẽ feret? potest serpens venenum in se continere sine dolore,non potest inuidus spirare sine dolore,quo intelligimus nihil contaminatum esse magis eius spiritu.

Esculentum,pro omni opere. Omnia esculenta obsessis,Id est cum vrget necessitas,nihil non facimus. Natum adagium ab vrbium obsidionibus, in quibus accidit sæpe vt fameticis nullus non suauis sit cibus.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Echinus symbolum est hominis tẽpori seruiẽtis.Nouit quippe Echinus terrestris cubilia sua Aquilonum,& Austrorũ mutatione cõmutare. Duas enim cubili fenestras facit: alteram Austrum versus, Boream versus alteram,quaque parte ventum futurũ præcognoscit, fenestram claudit,alterã recludit. Fit item Echinus Hieroglyphicum armati hominis contra pericula. Hic.n.simul atq; feratum se impetentium odorem,latratum ve senserit,in orbem se colligit,rostro pedibusque intrinsecus testudinis more contractis, tergore omni, pilæ instar conglobato; spinisque ad incolumitatem erectis,sui cõtactum formidabilem reddit.

Elephas regis simulacrũ effingebatur ab Aegyptijs. Tũ quia inter elephantes, qui maximus est natu,gregem ducit.Fuit.n.in Regibus eligendis multarum nationum,& gentium id singulare & proprium,vt id muneris senioribus demandaretur; sicuti & apud Hebreos seniores, & apud Athenienses Palęologi,& apud Romanos,Senatores rerum habenas moderari sunt soliti,tum qñ Rex alijs supplex non debet fieri, cuius rei symbolum est in elephante.Nam quod genua non potest flectere,in eo ostenditur, regem nemini mortalium subijci oportere. quid? debet princeps esse vir bonus, vt iusta imperet: & intelligens, vt de inhonestis iudicet, primum loquitur per elephantem natura, qui omnes animantes vincit quasi quadam clementia & pietate, homini.n.in desertis obuio,& aberranti,non modo non officit,sed etiam perbenignè monstrat viã; atque ita cælestia suspicit, vt solem & lunã, veluti numen quoddam veneretur; alterũ autem omnino asseuerat, elephas quippe patrium sermonem intelligit,reminiscitur officiorũ,quæ didicit,auramq.diligit honoris,& gloriæ, atq; vt hoc animal humanos sensus proximè attingit, ita qui rex est ad Dei naturam maximè debet accedere.

Equus,apud Ægyptios Hieroglyphicum constituitur Belli,solus enim animalium nouit currere a periculis, & rursus in pericula recurrere,solusq; nouit homines portare, eorumque dicto auscultare,nec hostium perterreri periculo: tria in bello requiruntur, miles,arma,& disciplina, pugnat equus cũ milite,hostemque cognoscit, armatur animo quasi quadam ferocia, fit deniq; capax militaris disciplinæ. Quare,vt est in fabulis vbi Neptunus terram tridente concussit, Athenienses.simularque e terra equum animaduerterunt prosilire, statim eo symbolo intellexerũt belli disciplinam sibi promitti.

Erythacus simulacrum est hominis solitarij, ita enim auis hæc gaudet secessu, & solitudine,vt raro duas vel in eodẽ saltu reperias.

Euphratis. Turgidę vndę iustitiæ in sacris Aegyptiorum litteris habẽt imaginem,quæ.n. tria sunt iuris precepta,honestè viuere: neminem lædere,suũ cuiq, tribuere, illa omnia non obscuro argumento eminent in eo flumine,honestatis vim videtur habere Euphrates,quia est fluuius paradysi terrestris; Nemmẽ lædit quia nunquam suo alueo nisi ad fertilitatem egreditur,suum deniq; in agris stercorandis cuique cumulatè tribuit. Nam instar Nili ad frugum vbertatẽ Mesopotamiã consueuit irrigare. Atq; duplex demum est iustitiæ ratio:distribuendi vna, commutandi altera, illa ostenditur per Euphratẽ. Nam vt Strabo refert, in Niphate monte Armeniæ, suo cursu Armenios, & Cappadoces distribuit & disterminat. Hęc verò ois cum sit in vtilitate fundata non potest per eũ fluuium nõ intelligi, qui vsq; eo est vtilis vt nomẽ acceperit ab vtilitate:quę apud eas gentes,accolarum lingua vocatur Euphrata. Hæ sunt atræ vndæ siue procellæ, quæ cernuntur in perillustri Abduensiũ imagine, quaeq; apertè palamq; loquũtur nihil ea gente inter mortales esse,neq; fortius,neq; iustius. Demonstrauit id ingenti virtute Perillustris Comes Cõstantius Abduensis. Corroborat, hoc ipsum eius cõiux Blancha,Abduensis,quæ fide,pudicitia,continentia,religione,prudentia in rebus agendis: industria in rebus domesticis: pudore, & modestia in ciuili vitæ societate in corporis deniq; bonis,indole,venustate,gratia,ac nominis,& famæ celebritate, integerrimæ matronæ nomen superauit, loquuntur id omnes.asseuerat perillustris Comes Franciscus Abduensis,quem in omni genere,& varietate disciplinarum vt eruditetur,cũ nihil intentarum reliquit, tum summis sumptib. rhetores,Mathematicos,Musicos,Pugiles, Pictores, ac demque funanbulos quosq; viros in eius disciplina sibi tot munerib. obstrinxit, vt si sumptui virtus par sit, & æqualis, hic nemine inferior sit gloria futurus.

DELIBERATIO VI.

In consilij capiendi deliberatione artis expositio hoc notare videtur, & efficere, quòd ex omnibus oratorijs laudib.est maximum. Nam cum se ex præceptionũ inuolucris distringit,atq. ad mouendũ hominũ animos orationi apponitur, tum potest homines à sua voluntate aliò traducere,& quocunque res postulat,flectere,quod grauissimo testimonio,docetur apud Cic.pro lege Manilia; De responsis Aruspicum in Senatu pro lege Agraria.In deliberandi rõne,vnde structura, & cõtextu argumẽti, in epist.fam.apud Cic.docuimus, aut nulla sunt aut nõ longa principia:nam ei quisq; conciliatus est,quẽ consulit: sæpe item Narrationi est supersedendum.Nemo quippe rei eius est nescius, de qua deliberat,duæ igitur vigent potissimum in hoc orationis genere orationis partes,confirmatio, & peroratio,in confirmatione, defensionis nostræ præsidia ab istis locis accersentur, ab honesto: ab vtili a necessario,a facilia contrarijs:simili:à maiori:minori,quorum adminiculis suadẽti:est duo nauare & efficere:vnum, vt vtile id videatur esse quod suademus; alterum,vt nõ videatur vires nostras aliqua superare difficultate, in peroratione,qui suadet hãc incudem debet tundere, vt metum obligat, id est,vt metum ex eorũ animis quibuscum agit abstergat, eosq; in earum rerum spẽ si non exploratam, at in aliquem adducat: quas illis suadet,motus hic cõcitatur ratione, auctoritate, exemplorũ testimonio,inductione,& ratiocinatione,sed tacet res omnis nisi oratione tractetur aculeata, & subtilis:vt orationis viribus *infringi* possint aduersariorum argumenta, & res in eorum sensus,qui audiunt penetrare, post expositionem,spectantur.

VERBA NATIVA.

Faba à φάγω,id est,comedo.
Fabula a φημὶ.dico :quod adminicula prestet, vt vim dicendi.
Facetus,quod verbis id faciat,quod vult.
Facies a faciendo, quod a Physognomis inde cognoscatur qualiter intus sit factus.
Factus a faciendo,quod fiat,quod non oportet:quod autem oportet non fiat.
Facultas,a facilitate.
Fagus, φαγὸς a φαγεῖν, comedendo.
Fames,a φαγω, comedo.
Fama a fando; inde fas: & fanum quod in jis fari sentirentur responsa.
Fantasticus, ἀπὸ φαντασίας.
Fatuus,qui fari nescit.
Faunus, ἀπὸ τῆς φωνῆς, quod voce non signis ostendere videretur futura.
Febris a feriendo,vel a feritate.
Feciales a ferendo,quod belli pacisque ferendæ apud eos ius erat.
Felix, quasi fetus legis.
Fera, θηρ, a verbo φέρω, porro, quod portetur affectibus.
Fermentum a crescendo.
Fessus, quasi fissus, nec amplius integer.
Flagito, quasi flamma agito.
Flamma, a φλέγω.
Flos. φλοξ.
Fluuius a fluendo.
Focus,a fouendo,quod igoem foueat.
Fodio,quasi foras do.
Fœdo a fœtu,quod mares fœtando pollinem.
Fœmina a feminis mollitie,vel a fœtu.
Fœnum a fœnore, quia quotãnis nouum parit.
Fœnus quasi fœtus.
Folium, φύλλον, per simplex l.scribitur: quia antiqui non geminabant consonantes.
Fons a fundendo.
Foras θύρα.
Fortis a ferendo, quod æquo animo aduersa ferat omnia.
Fortuna a ferendo,quod feratur temere.
Frater, φρατὴρ, vel quasi ferè alter.
Frenum quod ora animalium fraugat.
Fretum a feruentis aquæ similitudine.
Frigen, φρύγω, hinc φρουὴ, horror.
Frons a ferendo quod animum præ se ferat.
Fruges a fruendo.
Frumẽtũ,quasi frumen,summa pars gumis.
Fugo, φυλάττω.
Fumus a fumo, vel quasi humidus, sit enim ex igne & humido.
Fundus,quasi diuitiarum fundamentum.
Funestum,funere inquinatum.
Fungus à funere dictus.
Fur, φῶρ,

Mo-

formica modo est symbolum concordiæ, per eam enim, vt notat Sallustius paruæ res crescunt, discordia maximè dilabuntur, modo mortis simulachrũ est formica, quod terræ sit filia, & subterraneis caueis habitans: quo mortuorũ corpora inferuntur. Modo Hieroglyphicum opulentiæ, idque tam apud Aruspices, quam apud Aegyptios, Indicę enim formicæ aurum cumulant Mydæ igitur Phrygi, cũ puer esset, dormienti formicæ in os grana tritici vbi congesserũt, ditissimũ illum futurũ, vt inde accidit, ab aruspicibus est iudicatum, simulachrum ipsum formica effingitur pietatis. Sola enim inter omnes animantes ratione carentes alia alterius, & viuæ, & mortuæ curam habet. Cellulæ apud eas constituuntur tres: vna comitiorum: altera horrei: tertia sepulturę, est denique formica imago prudentiæ, quia memor Hiemis cibaria comparat, & recondit, cellasq; promptuarias facit, semina interim ne nascantur morsu secat abrosaque condit.

Fortunatus effingitur per equũ in cuius clunes lupus morsum inflixit. Equi.n. vt aiũt quib. dimicatio cum lupis fuit, prestantiores euadunt. Eos græci. λυκοφάδας, nos vocilupos vocare possumus, id autem cur fiat in naturæ est recõdito. Quale est, id quod fuerunt vestigia lupi calcata equis afferre torporẽ ad sonitum tympani ex eius corio confecti, cętera disrumpi tympana: fides ex intestinis ouium cum fidibus lupinis permixtas non resonare. Caudá lupi ad boum præsepe suspensam prohiberi boues ne possint comedere. Hominem denique si a lupo visus sit, voce statim, ne loqui possit intercludi, sic tamen, vt eam repente sit recuperaturus si amictum soluerit, atq; huius generis multa si Alberto Magno credimus.

Fuca, simulachrum est studiosi hominis. Hæc enim sola ex piscibus marinis nidum sibi construit, & in stragulis parit.

Fucus symbolum est hominis sibi alienam laudem & laborem usurpãtis. Est enim hic inter apes maximus, nec mellificandi vllam curam habet. Dicitur fucus quasi fur, græcè κώφων, à verbo Cæco, φέγω, comedo, quod apum mellificia absumat aliena.

Fumus. fuge symbolum effingere cum vellẽt Aegyptij fumum pingebant examini apum subiectum. Apes.n. nulla re magis conterruntur, in fugamq; vertuntur quam fumo supposito, simulachrũ item pingitur insitiæ per fumum. Nam cũ lumen sit doctrinæ signum: ritè contrarium eius censetur per fumũ, atq. vt nihil est reluctantius oculorum sensibus, quam fumus: ita nihil controuersum est magis rationis luci, quam insciția, officit autem ille idcirco plurimum oculis, quia referri sunt plurimis meatibus, per quos fit spiritus egressus, cum rerum imagine regressus ad communem sensum, officit ignorantia mentis operationi, denique uitæ saluti, quod omne per fumũ belle ostẽditur, fumo enim ingenium cerebrũq; obtunditur, nec sine quasi quodam humorũ fumo sit aut dolor capitis, aut ebrietas. Sensus ad agendum debilitat: res omnes simul labefactat & contaminat fumi lues impura, & contagio, quid saluti? fumus etiam candelæ restinctę, qui exiguus est, adeo est noxius communi vitę, vt eum equa prægnans vix sine abortu possit sustinere.

Commendatio VII.

In cõmendationis expositione primum ratio iniiti debet nostræ personæ: deinde eius ad quem scribitur, tum demum personę eius, quę nobis ad cõmẽdandũ proponitur, hæc argumẽti ratio frequens est, & vsitata. Nã cum ita in amicos afficimur, vt quod ipsi eorum causa nõ valemus, id conemur aliorum ope, & auxilio præstare: cogimus sæpe, ad cõmendationis præsidia recurrere. In hoc vero genere partes spectantur tres vna est laudationis: quę proficiscitur a persona cõmendantis: altera auxilij, quod affectatis, qui cõmendatur: tertia est beneficentię, ad quã debet moueri is, cui fit cõmendatio. Prima pars igitur est, per quam amicitię nostræ nodum constringimus, quadã familiaritate cũ eo, cuius nec cõmendatio, nec officij nostri laus est prætereunda, vt ad beneficium videamur virtutis quasi quodã desiderio accendi. Altera pars in eum consumitur, qui per nos auxiliũ implorat. Illius necessitatis inopiam, calamitatẽ cum eius laudatione proferemus, ne videamur culpæ fuę, aut stultitię pœnas dare. Atq. si auxiliũ debetur viris bonis: vir bonus iuuari cũpiet: non rempetit alienã, sed suã repetet. Tertia pars sumitur ab eius personę clementia, a qua aliquid petitur, quã laudare licebit, vel a te simili, vel maiori, vel minori, deinde opus eius attollere: & ita, vt intelligat rei facilitatem apud se potissimum residere, hoc apud Cic. in epist. familiar. li 1 epist. 3. Aulo Trebonio, li. 2. epist. 6. Nondum erat auditum epist. 14 Marco Fabio viro lib. 6. epistol. 6. Cum Aulo Cecinna. Nam commendo per Etymologiam dicitur quasi vna, & cum manibus do, atque hoc modo examinantur.

Verba Nativa.

Gabriel, fortitudo Dei.

Galathea, γαλάθεια, a lactis candore, γάλα, enim lac significat.

Galilæa, volubilis, siue volubilitas.

Galli a candore corporis dicti.

Ganymedes, multi consilij, γάν, id est, valdè μήδος, consilium.

Gargarizo, γαργαρίζω.

Gaupsum ἀπὸ τοῦ γαυδᾶν.

Gellius, γέλως, risus, ἀπὸ τοῦ γελᾶν. ridere.

Genæ a gignendo dictæ, quod in iis gignũtur dentes.

Generatio, γένεσις.

Genero, γένναω.

Genitrix, γενέτειρα.

Georgica, γεωργικά.

Genes, ad genus nascendum dictus.

Genia, ὀφ in vtero matris genis sint apposita.

Genus, γένος, derivatum a γῆ. terra, quæ gignit omnia.

Geometra, γεωμέτρης.

Geron, a γεραίνω, senesco.

Gigantes, e terra geniti, παρὰ τὸ ἐκ γῆς γένεσθαι.

Gigno, γείνομαι.

Gladius a clade dictus.

Gloria, κλέος δόξα.

Glossa Græcè: lingua, Latina.

Gorgones, id est, terribiles, γοργός, acer.

Grabatum Græcè lectus.

Gulielmus. Propinquans Deo.

Gustus, γεῦσις, a verbo γεύομαι, gusto.

Gymnasiarchus, γυμνασίαρχος, id est, rector studij.

Gymnasium, γυμνάζειν, a γυμνάσιον, id est, exercendo.

Gymnosophistæ a γυμνῶ, quòd nudi per opacas Indiæ solitudines philosophabantur.

Gargathus, γοργαθός. i. vulgo casa di matti.

Modificata Translatæ.

Glacies, vim, & nomen hẽt principij. Scindere glaciem est aperire viam, translatum à nautis, quorum vnus aliquis præmittitur, qui flumine concreto, glaciem prærumpat.

Gladiator prouerbialiter pro deliberante homine sumitur. Gladiator in arena cõsilium capit. Admonet adagium è re nata muranduin aliquando consilium, & tẽpori, quòd aiunt esse seruiendum.

Gladius, nũc interpretationẽ hẽt adulationis Adag. melle litus gladius. Huic affine est le tale multũ Diogenes formosa scorta lectisequę, ad cõmendationis præsidia recurrere. In hoc vero genere partes spectantur tres vna est laudationis; quę proficiscitur a persona cõmendantis: altera auxilij, quod affectatis, qui cõmendatur; tertia est beneficentię, ad quã debet moueri is, cui fit cõmendatio. Prima pars igitur est, per quam amicitię nostræ nodum constringimus, quadã familiaritate cũ eo, cuius nec cõmendatio, nec officij nostri laus est prætereunda, vt ad beneficium videamur virtutis quasi quodã desiderio accendi. Altera pars in eum consumitur, qui per nos auxiliũ implorat. Illius necessitatis inopiam, calamitatẽ cum eius laudatione proferemus, ne videamur culpæ fuę, aut stultitię pœnas dare. Atq. si auxiliũ debetur viris bonis: vir bonus iuuari cũpiet: non rempetit alienã, sed suã repetet. Tertia pars sumitur ab eius personę clementia, a qua aliquid petitur, quã laudare licebit, vel a te simili, vel maiori, vel minori, deinde opus eius attollere; & ita, vt intelligat rei facilitatem apud se potissimum residere, hoc apud Cic. in epist. familiar. li 1 epist. 3. Aulo Trebonio, li. 2. epist. 6. Nondum erat auditum epist. 14 Marco Fabio viro lib. 6. epistol. 6. Cum Aulo Cecinna. Nam commendo per Etymologiam dicitur quasi vna, & cum manibus do, atque hoc modo examinantur.

Verba Nativa.

Gabriel, fortitudo Dei.

Galathea, γαλάθεια, a lactis candore, γάλα, enim lac significat.

Galilæa, volubilis, siue volubilitas.

Galli a candore corporis dicti.

Ganymedes, multi consilij, γάν, id est, valdè μήδος, consilium.

Gargarizo, γαργαρίζω.

Gaupsum ἀπὸ τοῦ γαυδᾶν.

Gellius, γέλως, risus, ἀπὸ τοῦ γελᾶν. ridere.

Genæ a gignendo dictæ, quod in iis gignũtur dentes.

Generatio, γένεσις.

Genero, γένναω.

Genitrix, γενέτειρα.

Georgica, γεωργικά.

Genes, ad genus nascendum dictus.

Genia, ὀφ in vtero matris genis sint apposita.

Genus, γένος, derivatum a γῆ. terra, quæ gignit omnia.

Geometra, γεωμέτρης.

Geron, a γεραίνω, senesco.

Gigantes, e terra geniti, παρὰ τὸ ἐκ γῆς γένεσθαι.

Gigno, γείνομαι.

Gladius a clade dictus.

Gloria, κλέος δόξα.

Glossa Græcè: lingua, Latina.

Gorgones, id est, terribiles, γοργός, acer.

Grabatum Græcè lectus.

Gulielmus. Propinquans Deo.

Gustus, γεῦσις, a verbo γεύομαι, gusto.

Gymnasiarchus, γυμνασίαρχος, id est, rector studij.

Gymnasium, γυμνάζειν, a γυμνάσιον, id est, exercendo.

Gymnosophistæ a γυμνῶ, quòd nudi per opacas Indiæ solitudines philosophabantur.

Gargathus, γοργαθός. i. vulgo casa di matti.

Modificata Translatæ.

Glacies, vim, & nomen hẽt principij. Scindere glaciem est aperire viam, translatum à naut

ribus ſæpe obſtrepit. Tertius eſt locus à rei facilitate, quæ effingitur grauibus verbis, ſententijs admodum idoneis, quæ plenæ ſint cõmiſerationis, & miſericordiæ. Hoc loco ſi quid petitioni noſtræ obſtabit diluemus, ſin minus licebit, extenuabimus, & debilitabimus quoad poterimus. Ac deinceps dicemus nos acri vti petitione, non quod diffidamus illius virtuti, ſed intelligat quantum ex eius quam petimus, laboremus deſiderio docebimuſque id nobis non tam eſſe optatum & ſalutare, quam ei expeditum & facile, idque cõſulemus ex loco & tempore, modo, & occaſione, vt nulla vti poſſit excuſatione. Quod ſi res fuerit difficilis, laudabimus eos, qui gloriam ex rerum difficultate quæruunt, veluti Caligulam, qui nihil adeo vnquam cupere ſe ſolitus eſt dicere, quã quod omnes negarent fieri poſſe. Correctione demum vtemur, ſapiẽtibuſque illa omnia eſſe facilia dicemus, quæ imperitis videntur difficillima. quartus locus eſt, per quem demõſtramus quam vtile, qua gratum & optatũ ſit id nobis futurum. In quo ſic grati nr̃i animi voluntatẽ cõmendabimus, ut hoc beneficium numquam apud nos ſit intermoriturum. Huius expoſitionis exẽpla ſunt in Epiſtol. familiarib. apud Cic. li. 3. epi. 3. Ad xvj. Cæcal. lib. 5. ep. 4. litteræ. Q. fratris ep. 13. Coram me tecum. Atque in multis alijs locis. Per Etymologiam autem examinantur.

VERBA NATIVA.

Habito, frequentatiuum eſt à habeo.
Hædus, quaſi fædus.
Hæres, quaſi hærus. Vel à hærendo, quod ei hæreat domini ius,
Hæreſis, αἵρεσις, ab αἱροῦμαι, eligo & expeto.
Hamus, ἅμμος.
Hariolus, quaſi fariolos, quod quæ diuina ſunt videatur fari.
Hector ἔχω, defendo.
Hedera, quia id, cui adhæret, edat.
Helena ab ἕλω traho, quod omnes ad ſe forma traheret.
Helluo, ab eluendo.
Hemorrhois, αἱμορρόος. i. fluxus ſanguinis.
Hepar, ab ἧπαι, quod ſuperſtet cęteris inteſtinis.
Heraclitus, Ἡράκλειτος. nomen philoſophi, qui nullum inuenitur habuiſſe præceptorem.
Herba ab hærendo, quod terræ adhæreat.
Hercules, terræ gloria, Ἥρα, Iuno ſiue terra: κλέος gloria.
Hęreticus, αἱρετικός.
Heri, quod dies heſternus adhæret hodierno.
Heros, ἥρως.
Herus, ἵερος, magnus.
Hetonymus. Sacra lex.
Hieroſolyma ἱερον, templum vocant Græci.
Hilaris, ἵλαρος, lętus.
Hippolytus, ab equis diſcerptus λύω, enim ſoluo & diſcerpo ſignificat ἵππος, equus.
Hiſtoria, ἱστόρια, ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν.
Hirudo, ab hærendo.
Humanus. quaſi humo natus, quod mentis ſplendor ſit humo tectus.
Humilis quaſi humo actius.
Hiems ἀπὸ τοῦ ὕω, pluo.
Hymnus ὕμνος, carmen lętitiæ vel laudis.
Hypallage, ὑπαλλαγή. ſubmutatio.
Hypocrita, ὑποκρίτης. ab ὑπὸ falſum, & κρίσις iudicium ideſt ſimulator.
Hypotheca, ὑποθήκη, Latinè pignus.

MODIFICATA TRANSLATE.

Hamus modo accipitur pro fortuna. Adag. ſemper tibi pendeat hamus, i. ſemper fortuna omniſque tentanda eſt occaſio. Modo pro impendio. Adag. aureo piſcari hamo, in eos iactari ſolitum, qui mediocris commodi cupiditate periculum adeunt maximi impendij. Fit enim nonnumquam vt piſcis hamum etiam ipſum ſecum auferat.
Harpocrates ſignificationem habet ſilentij. Adag. Reddit Harpocratem. Pro eo quod eſt ſilentium impoſuit. Harpocrates enim Deꝰ apud veteres fingebatur, qui digito ori admoto ſilentium indicaret, vt Romæ Agenoria ſilentij Dea, cuius ſignum erat ore obligato & obſignato: quæque præ Iani foribꝫ poſita colebatur, vt ne cui liceret illud foras efferre quòd intus cõſultum eſſet de ſalute Reip. quodq; veteres cenſebant in pectore clauſũ retineri oportere: cuius violatæ religionis pœnas primus luit Soranus.
Haſta nunc vſurpatur pro cauſſa. Ada. haſtam abijcere. Hoc eſt cauſę diffidere & contenj tionem relinquere. Translatum à malitia. Deſperat. n. quiſquis arma in bello abijcit. Nunc ſumitur pro corruptela & largitione. Adag. argenteis haſtis pugnare. In eos conuenit, qui cũ negotium vllo pacto conficere nequeunt, muneribꝫ & largitione perficiunt. Nihil. n. eſt vſque eo irretitum, quod pecunia non explicetur. Nunc pro re admodum periculoſa vendicatur. Adag. per Haſtæ cuſpidem currere. Translatum à circulatoribus, qui per ſummas haſtarum & gladiorum cuſpides gradiuntur.
Hecuba, pro muliere maledica & improbis moribus prędita. Adag. Intus Hecuba, foris Helena. Poterit in fœminam aut pulcrã aut fucatam, petulantem tamen dictitari.
Hedera modo prędonij habet ſignificationẽ. Adag. vino uendibili ſuſpenſa hedera nihil opus. Hoc eſt, vera virtus non eget alienis prędonijs. Prouerbium natum ex cauponũ more, qui vinarijs tabernis ſignum hederaceum ſolent prætendere. Modo libidinoſi hominis habet interpretationem. Adag. Hedera laſciuior. Quod hederæ natura ſit omnia ſuo complexu vincire: poſſeque facilius mori, quam ab aliarum rerum nexu & amore diſſociari.
Herba ſpem ſignificat. Adag. n. vulgato in herbis eſſe dicuntur, quę nondũ maturuerunt, ſed ſpem modo bonam de ſe præbent.
Hercules nunc pro forti viro, aut prudenti accipitur. Adag. Ne Hercules quidem contra duos. Nemo vſque excellit viribus, vt vnus pluribus par eſſe poſſit. Nunc inuicti homibus habet ſignificationem. Adag. fruſtra Herculi. Subaudi vim, aut inſidias paras. Nunc denique pro eo ſumitur, qui nomen habet virtutis, virtute carẽs: μάλιος ἡρακλεής hoc eſt Pomarius Herculis.
Hippomanes pro homine crudeli. Adag. magis impium Hippomane. Hic Atheniẽſium princeps, filiam à ciue vitiatam, vna cum equo feroci cõcluſit in domicilio, nec huic nec illi cibum prębens. Equus igitur fame in rabiem actus puellam vorauit, deinde petijt ipſe quoque pabuli inopia.
Hircus, pro rei abſurditate, cum operæ iactura Adag. Mulgere hircum. Lucianus vbi cõſp exiſtet rudes quoſdam philoſophos de ſumma reipub. diſceptantes. Quid, inquit, amici, an non horum alter hircum mulgere videtur, alter cribrum ſupponere.
Hirundo, nunc pro ſigno aliquo inani ponitur Adag. vna hirundo non facit ver. Nunc pro hominũ garrulitate. Ada. hirundinũ Muſica. In loquaces & obſtreperos. Stridere. n. ẽ irũdinum, non canere. Nunc pro hoſte ingrato & procaci. Hirundinem ſub eodem tecto ne hẽas. Hoc eſt à commercio ingrati & garruli hoſis abſtineas. Vtitur. n. hirundo ſemper ſede aliorũ domeſtica, nec vnquam ijs redditur domita. Ad eoſq; accedit, ad rẽ nullam aliam, quã ad garrulitatem idonea.
Hirudo pro homine tenaci, & cupido. Adag. non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo. Quadrat in homines nimium tenaces, & quibuſuis in rebus immodicos.
Homo pro vita. Homo bulla, Adagium admonet humana vita nihil eſſe fragilius: nihil fugacius, nihil inanius. Eſt enim Bulla tumor inanis, qui nititur in aquis momento temporis euaneſcens.
Honor, pro cibo. Honos alit artes. Ari. ſcribit honoré pactũ eſſe virtutis, & ingenij prmiũ.
Hora pro vita. Nemo mortalium oĩb. horis ſapit. admonet. Adag. neminẽ eſſe tam ſapientem, qui non aliqua parte vitę deſipiat. Prudentię, item habet interpretationem. Adag. Homo omnium horarũ. Ideſt, ea prudẽtia, vt tempore minimè obdormiat, nortq; ad ea, quę tempus ferat, ſe accommodare.
Hortus, pro bono, quo frui non licet. Adag. tãtali horti. Nota eſt fabula de Tantalo. Non modo refertur in auaros, ſed etiam in omnes improbos, qui in ſumma vbertate virtutum, ne virtutem, quidem attingunt, cum vltro ad eos virtutes omnes deferantur.
Hydra exitiale interdum ſignificat commodum. Adag. Hydram ſecare: eſt enim vnum aliquod incõmodum ſic tollere, vt eius loco plura recipias. Natum prouerbium ex fabula Hydrę lernęæ. Interdum varium mordet & perfidum hominem. Magis vanus, quam Hydra. Aptè dicitur in verſipellem, & perfidum. Eſt enim Hydra ſerpens verſicoloribus notulis diſtinctus.
Hydropicus pro auaro. Nihil hydropico ſiccius. Auarõ ẽt id de eſt quod habet. Accidit hydropiſis partĩ ex imbecillitate digerẽdi, partim ex auiditate retinẽdi, partim denique propter membrum mutilatum: nam quod nutritione non põt abſumi, id in hydropiſin ſępius ſolet cõuerti. Quorſum auaritia non dat quib. debet: capit à quib. non debet: nec interim auarus abſumit qd oportet. Quare quod facit Hydropiſis in corpore. hoc videtur auaritia in hominis animo facere.
Hiems pro rerum vicißitudine. Sequitur ver hiemem. Hoc Adagio rerum vices ſignificamus neceſſario ſibi diffidentium.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Hecate ſiue Diana Hieroglyphicũ eſt prudentiæ. Triceps effingitur. Vnum caput eſt canũ, equinũ alterũ, humana figura tertium. Triplex. n. eſt rerũ tractandarum, prudẽtia, vna naturalis, quę ſagacitate canis notatur, altera humana, quæ cum nerus & viribus debet eſſe coniuncta. i. quæ ■ actione conſtat. tertia eſt diuinarum rerum, ad quam homo mente, quę religione, ſanctitate, & pietate ſit imbuta, ſolus poteſt aſpirare.
Hiena Symbolũ inſtabilitatis conſtituitur ab Aegyptijs ſacerdotibus atque eius, qui nunc virtutem, nunc vitiũ ſequitur. Nam, Hyenę vtraq; in eſt natura; fitq; alternis annis mas, alternis fœmina. Inconſtantiæ tria ſunt attributa: mendacium quod enim promittit nõ ſeruat homo inconſtans. Dolus, neminem. n. adeo fallit, quã qui ſibi fidẽ habet. Operis iactura, omnia enim manca & imperfecta relinquit, quæ omnino per Hyenam intelliguntur, in ea fera quippe veluti nota quædam eſt mendacij. Sermonem. n. humanum inter paſtorum ſtabula mentitur, nonum q; alicuius ediſcit, quem euocatum fomenq; aliquius ediſcit, quem euocatum fomenq; aliquius ediſcit, quem euocatum fomenq; alicuius ediſcit, quem euocatum fomenq; alicuius ediſcit, quem euocatum fomenq; alicu

solent quasi fortes ira tumultuari.

Hippopotamus. Hieroglyphicum impietatis faciebant Aegyptii sacerdotes. Nam ut fera hæc bellua equus est fluuialis magnitudinẽ habẽs elephantis, iubam equi, caudam apri, nocte agros, fluuios die populans, semperque in terra ad pastum retrogrediens, vt homines fallat ex vestigij cõiectura: ita homo improbus qui præ se fert & pietatem, & industriam, & vtilitatem, eam omnem contorquet in aliorum eluuionem, & pestem.

Hircus impuri & flagitiosi hominis est imago. Hircus enim a primo sui ortus tempore ad extremum vitæ diffluit libidine: solusque patitur inter bruta animantes fœmellam in suo conspectu ab alio iniri, ex quo suscepit vsus, vt Hirci vulgo vapulet nomine, qui impudica vtitur vxore: vt enim caprarum tam dissoluta est natura, vt hœdus a matre tantum dignosci possit, ita ibi, vbi plures rem habuerunt quam vnus cum muliere, qui cum nascitur dicitur natus sine patre: quia pater non potest filium cognoscere: nec de re incerta fas est certum iudicium afferre.

Hirũdo simulachrũ est amici inutilis, si quidẽ nostro contubernio magis, q̃ vlla alia volucris freta, nostraq; omniũ maximè familiaris atq; domestica, nullam tñ nobis vtilitatem affert: atq; ita est à nobis abalienata ut numquam cicurari possit, aut mansuescere. Symbolum item æqualitatis Hirundinẽ faciunt. Ægyptij. Nam hirundo tanta æquitate pullos suos alit, singulis cibum parem impartiens, ne qui semel acceperit, bis capiat, vt omnium par sit in victu sportula. Docet natura hoc loco per Hirundinem apud omnes seruandam esse æqualitatem. Est item Hirundo resipiscẽtiæ symbolum. Ea enim vulneratis oculis si obcęcata fuerit, oculos tamẽ & lucẽ recuperare fertur, quod accidit, quia natura pullis non omnem vim simul videndi iis communicat, sed aliquid, si quid fortuitum accidat reseruat reliqui. Atque iccirco in adultis nu fit a priuatione regressus. Fit autem in pullis, quia his imperfecta illa omnis videndi vis est tradita.

Hostis profligati imago effingitur per imaginem Ciconiæ serpentẽ ore modicus tenentis. Nullum. n. animal contra serpentes, qui hostis habent significationẽ, neq. acrius neque assiduo magis dimicat, q̃ ciconia, quare capitale fuit pleriq. gentibus, si q̃s ciconiã occidisset: pœna eadem legibus statuta quę homicidis: quod Thessalos religiosè obseruasse tradit Plinius, & plerique alij.

Hiemis simulachrũ in sacris Aegyptiorũ litteris effingitur per Gruem abeuntem: vt veris per eam alitem aduenientem. Nã ita natura comparatum est, vt vere ineũte, grues aduolent: autumno præcipitante auolent.

Hiena simulachrũ cladis simul habet apud veteres, & victorię. Nam si a dextro venatoris latere effingit, victi hostis est Hieroglyphicum: sin ab læua venatoris pingitur, ab hoste victoriã stare significat. Nam dextra parte omnia animalia efficaciora sunt sinistra verò imbecilliora, vt asserit. Arist. de hist. animal. quid ita? primũ, quia cordis vẽtriculus maior aperitur dextram partẽ versus efflatq. sanguinis plurimum & spiritus. Deinde pp hepatis propinquitatem: Quare in sinistra parte minus est caloris: in dextra firmitatis plus, Atq. iccirco dextra pars initium est motus, quod & testatur Arist. & inde liquet, quod omnes, qui pondus ferũt in sinistris ferũt, quo libera & expedita vis remaneat, mouendi. Dignitatis ẽt plus residet in dextra. Atq. iccirco dextra pars in cælo orientalis: sinistra occidentalis at cur cladis & victoriæ symbolum p Hienam? quia hominib. & viuis, & mortuis insidiat. Viuos in Arabia oculis, tanq̃ præstigiis quibusdã sic afficit, vt simul, ac eos conspexerit statim ipsi obmutescant, atq. in vestigio ipso hæreat immobiles, Quid? fingit no cẽ humanã, latrat vt canis ut absentes eludat pñsentesq. deuoret. Mortuos ea auiditate ẽt sectatur, ut Hiena. ab hiando sit dicta qđ sic anhelet humana corpora, ut mortuorũ reuelat sepulchra abliguriatq. cadauera.

ADMONITIO IX.

Expressa admonitionis imago, indolem imitatur vitiatis. Nam potest sępe ex animis hominum vitia ẽt penitus insita, atq. vetusta euellere, verum, quia vix vllus pôt sua vulnera sine dolore refricari sentire, monentis erit dum te graviter accusat, leuissimis verbis amantissimisq. vti atq. accusationẽ contumelijs exulceratam eius laude interdum delinire qui accusatur. Nam ubi adhibetur aliquis in flagitio detestando, splendor gloriæ, ibi acutus mordent pudoris aculei, & ignominiæ. Admonitionis finis est ad saniorem mentem cohortatio, quæ tanta affinitate cum suasione est constricta, ut nihil fere sit suasionis præceptum nisi ars quædam admouendi, & cohortandi instructio. Admonitionis contextus, & apparatus depromitur maximè tribus ex locis, a metu primum, qui ne quid aduersi cadat, nos cogit admouendum: deinde a laudatione rei, ad quam fit cohortatio, tum denique ex rogatione, & obtestatione rei, specie exituq. facilitatẽ augendo. In metu ostendemus nos non timere, quia diffidimus eius, quem monemus, virtuti & prudentiæ, sed qm̃ amore nihil est timidius, quod comprobabimus si dicemus amorem, & Midæ Regis aures, & Argi oculos habere, i. apud omnia audire, & in tenebris ẽt recondita cernere. Si iccirco, quia odorentẽ, quid immineat periculi: qui maleuolorum latratus sint futuri, nisi eos, quos statuimus aperire. declinet errorũ laqueos, dicemus nos non posse non cõmoueri, leniri tñ nostram perturbationem, spe eius studij, & solertiæ, quod hoc vnum intelligat, quæ summa sunt mala ex minimo principio, ad exitum, ad vastitatem, ad interitum adrepsisse hominũ negligentia. Sunt enĩ exhortationis optimi duo cõsules spes & metus. Si quidem spe honoris, vtilitatis, iucunditatis, quasi calcaribus cõcitãtur homines; metu contra dedecoris, periculi, & mortis veluti fræno quodam arcentur. Alter locus rei eius, ad quã fit cohortatio habet commendationem. Itaq. primum ostendet esse pia, religiosa, magnifica, & adhuc a paucis tẽtata: in quo verbis vtemur supralatis & ad amplificationem accõmodatis. Crescit enim cum oratione tenuis, & dignitas. Deinde per comparationem ostẽdemus eam non esse ancipitem, & dubiam, q̃ contra officium sit minus boni anteponi maiori. atq. si multis fuerit intercepta difficultatibus difficultates primum quoad fieri poterit attenuabimus, deinde ostendemus labores breui diffluere, liberum fructum sæpe cum æternitate gloriæ superstitem permanere, nõ esse virtutis, nõ elati animi, me a rebus agendis abduci præclarissimum qđque facinus i primo rei vestibulo, & ingressu, graue & operosũ, eius uero in exitu glorioſum, & laudabile videri, Proferemus denique nihil graue, & arduum videri oportere, cuius præmium in honore, & virtute est fundatum. Rei autem gloriam augere cepit ab exemplis variis, priscis, nouis, domesticis, peregrinis, a similibus, & cõtrarijs, a parib. a fabulis, & huiusmodi argumẽtis, vt nostra opinione non videatur ante posse recedere, quam vt suam existimationẽ flagitio polluar, & maculet dedecore. Tertius denium admonendi locus rogatione, & obtestatione consumitur, in qua qualis sit de ea re omnium fama, & expectatio ostendetur, reiq. euentus quasi intercessio commẽdabitur, atq. persona, item quam cohortabimur, efferetur. Ex loco, ex tempore, ex generis claritate, ex ingenio, ex doctrina, ex amicorum consilio, & omnium applausu. Multa denique dicemus esse vtilia, quæ nõ videntur, multa contra videri, qua nõ sunt eorum consilium non esse inconsideratæ opinionis, sed doctrinæ, & acris iudicij. Hoc argumenti genus in Epistolis familiaribus apud Cice. videre est lib. 4. Epist. 15 accepi perbreues. lib. 6. epist. 20. dederam triduo, li. 8. Epist. 6 non dubito quin periatum. lib. 10. Epist. 3. Cum ipsum Iurinum, in quibus admonitionis residet expositio, vt in verbis natiuis interpretatio. Interpretantur per Etymologiam.

VERBA NATIVA.

Iambus, *ἰάμβος, ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν*, conuitiari.
Iapetus, nocens, *ἀπὸ τοῦ ἰάπτειν*, a nocendo.
Iasõn, salubris, *ἰάσιμος*, moderor.
Ieremias, celsitudo domini.
Ichnomicus, *ἰχνομικὸς*.
Ictus ab ico percutio.
Idea, *εἶδος*, i. forma, & species.
Idiomas, *ἴδίωμα*, sermo, uel lingua.
Idiota, imperitus, Græcè dicitur.
Idololatria, *εἰδωλολατρία εἶδος*, i. simulachrũ.
Idus, *λατρία*, seruitus.
Idus, ab *εἴδειν*, i. diuidere.
Idolum, *εἴδωλον*.
Ignis, quasi gignis, quod ita sit fęcundus, vt se ipsum generet.
Ilia *ἴλειν*, i. obuoluere, quod cibum, spiritumq. in se obuoluant.
Imbecillis, quasi sine baculo, fragilis.
Imbecillis, quasi imbibitus.
Imitor, a *μιμοῦμαι*.
Imber, quod inebriet terram.
Immanis, i. minimè bonus. Manum. n. bonũ dicitur. Hinc dij Manes sunt olim appellati.
Importunus. i. inquietus, quasi non habẽs portum, siue quietem.
Improbus, quod a bonis improbetur.
Incestus, ab incedendo, quod ad id vitium minimè licet accedere.
Inclytus, i. valde glorioſus. In. n. auget *κλυτὸν*, glorioſum uocant.
Includo, *ἐγκλείω*.
Incolumis, a columna nomen habet, quasi erectus, fortis, & stabilis.
Inchoare, i. incipere. Hesiodus omnium rerũ initium dixit esse chaos.
Inchoo, *ἄγχομαι*.
Indigena, quasi inde natus.
Indiuię, quia ab ea fit ad Hepar via.
Infans quasi non fans.
Infamia, *δυσφημία*.
Intercapedo, i. tempus interceptum, cum mora ad capiendum.
Infirmus quasi sine forma.
Ingenioſus, quod artem quamlibet gignendi vim habeat intus.
Inops, quasi sine terra. Terram. n. Opus uocant nomine, quia opem fert victus & cultus.
Inuentor, quod in id venit, quod quæritur.
Ioannes, gratioſus.
Iocundus, quasi semper iocis aptus.
Ioseph. i. domini augmentum.
Ipicrates, *ἱερὸς*, pulcher. *κράτος*, i. caput.
Iris, nuncia, *ἀπὸ τοῦ εἴρειν*, nunciando.
Ironia, *εἰρώνεια*.
Irundo, quasi ab aere rotando.
Itagoge, introductio, *εἰσαγωγή* ab *εἰσάγω*, inducti uo.
Italia, quod Magnos habeat Italos. i. boues. Vituli enim Itali, ut refert, Sex. Pomp. Festus sunt dicti.
Iupiter, *ζεὺς ἀπὸ τοῦ ζῆν*, i. viuere.
Iurgo quasi iure ago.
Iuro a iure, quod seruare iuramentũ cogimur ac si ius esset.
Ius, quasi iussum.
Iuuenis a iuuando.

Mo-

MODIFICATA TRANLATE.

Ianua, pro ingenio Apertis Musarum ianuis, hoc adagio commendatur is, qui facili prō ptuque est ingenio, atque in percipiēdo optimis disciplinis celeri & expedito, è diuerso, qui tardiores sunt, clausis Musarum ianuis dici possunt.

Ignis, pro homine irator Ada. ignē ne gladio confodito, hoc est, ne ira incēsum lacessas. Irritando enim magis inflammatur.

Imber, pro vtilitate. Ada. terra amat imbrem, hoc est quisq. suum amat commodum, ut infirmus medicum. Mulier virum.

Incus nunc pro correctione sumit' Ada. incudi reddere. Horat. est refingere. Ac mutare. Hor. male tornatos incudi reddere versus. Nunc ꝓ opera solerti accipitur. Adag. eandem tundere incudem, est operā acriter nauare. Metaphora dicta a fabris, crebris ictibus incudem ferientibus. Nunc deniq. pro excelso animo vendicatur. Adag. Incus maxima non metuit strepitus. Hoc est excelsus animus non commouetur minis, & fortunę sæuientis procellis. Fabrorum enim incus etsi tunditur crebris malleorum ictibus, tamen haud quaquam loco mouetur.

Inguen pro re turpi. Adag. Nescit capitis & inguinis discrimen. In eū dī, qui eo impudentiæ deuenit, ut nullum prorsus faciat discrimen inter honestum, & turpe. Nam inter honesta corporis membra, caput primū obtinet locum ac proinde rectè nudatur, quæ uero sub ventre sunt, vt inhonesta tegūtur.

Iniquum, pro re magna. Adag. Iniquum petēdum, ut ęquum feras. Hoc est, magna sunt petenda, ut mediocria obtineas, a negotiatoribus ductum adagium. Qui callide longe minoris licentur, & multo pluris iudicant, quam pro dignitate, quo pretium saltem mediocre, & tolerabile accipiant.

Ipse pro viro summæ auctoritatis. Adag. Ipse dixit. a Pythagora natum, quoties tantam esse cuiuspiam auctoritatem significamus, vt ea, vel citra rationem, ad quiduis probādum sufficiat.

Iupiter pro optimo viro. Ada. Ne Iupiter quidem omnibus placet. Hodie vulgo dicunt, neminem inueniri qui satisfaciat omnibus.

Ius pro iniuria. Adag. summum ius, summa iniuria, cum de verbis iuris contenditur, neque spectatur, quid senserit is, qui scripserit. M. Tul. in actione pro Muræna. Ter. verum illuc Chreme dicunt, ius summum sępe summa iniuria.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Laspis, symbolū est gratiæ, sumptum ab eius vi, quod olim mortalib. persuasum est, gemma ea hominum gratiam conciliari eam gestantib. Atq. quemadmodū, vt refert Alb. Mag. Iaspis sistit fluxum sanguinis, & menstrua, negat conceptum, & iuuat partū, atque se gestātem a luxuria prohibet, ita tria hæc sunt gratiarum monimenta, vnum in corpore, ne aut amittat, quod est salutare, aut contrahat, id quod acerbum est, & letale. Alterum in bonis fortunę, ut quę parta sunt aliorum studio, & opera, possideat tāquam propria. Summū deniq. est in animo quo quis caret ne contaminetur dedecore, & vitio: Neque. n. iaspis est vnius coloris, sed multorum, neq. gratia vnius beneficij, sed plurium. Quamquā tū inter decem Iaspidis differentias melior est viridis, trāslucens, sub rufas habens venulas *ieo-vis*, quippe Latinè viridis gemma interpretatur.

Ibis symbolum ingrati animi effingitur cū basilisco ex eius ouo nato. Siquidē cum apud Aegyptios sit capitale. Ibī occidere, accidit vt occidat eos, a quib. per leges seruata est, interimatq. suscepto ex se basilisco Simulacrum item incolumitatis constituunt per Ibim rostri aduncitate ea parte se proluentem, qua reddi solent ciborum onera. Nam Clysteris vsus primum ab ea alite, ad Aegyptios, deinde ab Aegyptijs ad alios peruenit.

Ieiuni hominis symbolum effingebant Aegyptij per Cephalum. Is. n. non nisi mucore vescitur suo. Quāmobrem, ipse semper piscis est ieiunus. κέφαλος Graecè dictus est a capitis magnitudine, quasi validi multique consilij quod nulla cibi angi possit penuria & ieiunio vtatur procibo. Admonēre videtur hieroglyphicum, cibum temperantiæ, & virtutis esse ieiunium. Vt. n. saliua ieiuni hominis serpentē interimit, ita ieiunio partim intermoritur vitiorum libido, vt vetus fert Adagium. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Partim vis exacuitur ingenij, inflammaturq. virtutis amor.

Ignari hominis Hieroglyphicum cōstituitur ab Aegyptijs, per hominem asinica caput habentem læua in cælum porrecta, atq. astra indice notantem. Quorsum? non capit mēs rudis, & ignari hominis res humanas, nec eius sensus res diuinas. Abuturque ratione ad intelligendum, atque ipso corpore ad agendum.

Imperatoris imaginē facerdotes Aegyptij cōstituebant per Anguem in spiram collectū Admonet Hieroglyphicum Romanorum Imperatorem orbis terræ esse dominū. Anguis. n. partim in tertis, partim in aquis agit, atq. vt videre est apud Aristide hist. anim. Cica Aethiopiam volare narratur. Hoc est mundum elementarem cæteris animantib. formidolosus anguis occupat, quid est? Romanorum Imperator mundi dominus eum licet non possideat. Neq. n. res est possidentis, sed possidere debentis. Quæ res ad Moyriorum familiā nō minimum apportat glorię. Nam gentis eius insigne anguibus geminis nexu implicatis decorat' inapice, quo videntur admonere quēadmodum duplex est mundus, elementaris, & cęlestis, ita duobus se principibus semper operam dedisse: quorum vnus est, rerum omnium Imperator Deus: alter in hoc terrarum orbe Dei alumnus, quod singulari vitæ integritate, & sūma ingenij acie sic Ticini Adolescēs Alphonsus Moyrus nuper comprobauit, vt nihil sit incultū obsequio iuris aut diuini, aut humani, q. & ab eo non sit sperandum.

Impudētiæ simulachrū pingitur hō audus, cervice canina: qui sinistrā pudēdis hēt admotam: dextra florē veluti porrigens. Impudētiæ triplex est ratio, vna non vereri beneficia aperte palamq. maleficio cōpensare, flos radicem, a qua ortum accepit, omni spoliat vtilitate, & gloria, sitq. iccirco, vt quæ radices sunt ad medicinam vtiles, si planta efflorerit, respuantur a medicis tanquā noxiæ, & inutiles. Altera oīt neq. gulæ neq. libidini vitio erubescere, ex quibus quæ summa est manat vitæ impudico. Gulæ notam habet canis caput, natura redeuntis ad vomitum. Docet Hieroglyphicū, vix quicquam esse aut in terris, aut in aquis, aut in cæteris elementis tā ob scænum, q̄ ab hominis gula sit satis tutum. Nā sinistra peni admota iccirco effingitur, q̄ solus hō dextram, rectāque viam deserat Veneris, atq. eius flagitio iura omnia polluat honestatis. vltima deniq. impudentię ratio est in vitiorum turpitudine inani gestire gloria. Hoc nudū hominis corpus. Neq. n. vllum est morbi genus, q̄ alijs mō accidat animantib. cui nō sit obnoxiū, neq. tū in tota rei calamitate vlla magis, q̄ hominis figura ad gloriam accommodata. Hæc est igitur impudentiæ simulachrū Cynocephali imago. Sunt. n. Cynocephali nō homines, sed ferę i Aethiopia, canina habētes capita, reliquum corporis ad speciē humanā. Quasi impudens nihil habeat cū homine, præter nomen & corpus commune: vnam vero agat monstruosæ belluę.

Italiæ, Bouē veteres fecerunt simulachrū. Atque, vt est ex Sex Pompei Festi de verborū significatione sūia, eo Italia dicta est, quod magnos Italos, hoc est Boues haberet, atq. item Timæus, & Varro a bob. Italiā vocatā dixerūt. q̄m boues Graeca veteri lingua, Itali vocati sunt a quorum vtilitatis magnitudine, & pulchritudine Italiam nominarint quo notarent, vt opinor quemadmodū nullū animantium Bos concedit virium robore oēs ēt vincit, & superat, quasi quadam corporis dignitate, & vtilitatis magnitudine, ita Italia præstet cęteris vniuersis regionib. omni rerum vtilitate, & præclarissimarum virtutum copia. Italia. n. viris, fœminis, ducib. militib. artium subtilitate, ingeniorum summa acritate, situ, salubritate cœli, facili accessu cunctarum gentium, litorib. portuosis, benigno vētorum afflatu, aquarum copia, nemorū salubritat, soli fertilitate: pabuli vbertate, ita cæteras omnes superat regiones, vt videatur terrarum omnium alma, atq. artium omnium parens: quæ sparsa congreget, imperia, quę molliat efferatarū gentium ritus, easq. linguarū varietate dissociatas, latino sermone quasi reconciliet. Hæc & maiora quidem Bos hieroglyphice loquitur de Italia. Quare cum Bos insigne adhuc remaneat Patricionum Mediolanēsium, quia Boue Bossi i sunt nominati, existimo ab ea familia patrię non minus accedere gloriæ, quam ad eam familiam ab vniuersa Italia manat nominis, & famę. Res est gloriosa gentis eius imago: virtus tā admirabilis, vt vix quisquam mortalium ab vlla virtute possit laudari, cuius gloria Bossiæ genti non videatur singularis, & ꝓpria, mirū cæteros: SIMONEM Bossium Senatorē Mediol. non possum ēt nihil dicendo præterire, qui vnus tot efflorescit in hoc amplis. Senatu virtutib. quot quasi commendabantur apud Romanos reipub. principes vniuersi; neq. n. a fide, vt M. Atilius Regulus: neq. a constantia, vt Appius Claudius, nec ab integritate aīi vt Scipio, nec denīq. a liberalitate, vt Fabius Maximus erī laudādus solū: sed quasi vnus instar omnium ab his omnibus simul virtutibus coli debet, & obseruari, quas omnes tanta auxit religione, & sapientia, vt hominis nomen vincat quasi quadam diuinitate.

Ingenij Hieroglyphicum per Aquilam cōstituit Pindarus, quod prædā etiā valde procul distantem mira velocitate assequatur, tantumq. sensu polleat oculorum, vt Solis splendorem intuendo sub superet lumine. Magna vero humani ingenij laus, quo nihil est tam ingens, & immen sum in reb. humanis, nihil tam admirabile, quod non videatur superari, non oppetit aquila senio, vel ęgritudine, sed fame. Crescit ēt ingenium cum disciplina, & ætate: peritque solum si studio tanquam optimo alimento destituatur. Atq. vt aquila regina omnium alitum, ita scientiarum omnium imperatrix est ingenij acies.

Ingrati animi symbolū, Aegyptij sacerdotes p columbi pullū fecerunt. Hæc. n. nota est columbarum generi, q̄d in pullis nas ū validior factus, patrē rostro impetit, & a matris consortio abigit; quo mater sibi subigatur.

Iugum Hieroglyphicum legis esse statuitur. Nam qui legib. paret, similitudine quadam collum subdere vī, atq. potentiorum arbitrio subijci. Inde opinor effectum, quod q̄ animantes collo sunt interceptæ, omnes statim videantur vagandi libertatem amittere, atq. ēt exiguo vinculo parere effingebatur iter iugum ab Admeto, cōstans ex apro & leone pro simulacro humanæ vitę, quod constet ex sensibus, & ratione. Nam in pro sensuum obscænitas, in leone rationis vehui quædam cernitur imago.

Con-

CONSOLATIO X.

Consolationis expositio multum sæpè habet adiumenti: Nam cum simulatq; in hanc lucem sumus editi, omnibus fortunæ telis proposita est vita nostra, nec vllum propriè tegumen pòt reperiri ang. orib. et molestijs vacuũ nihil bono viro appetendum est magis, quã vt si minus suo præsidio, at consolatione afflictos, & iacentes excitet. Hæc. n. est consolationis vis, & virtus, quæ pòt mœrorẽ, ac sordes ex hominũ animis abstergere. Quæque homines aduerso casu affectos atq. afflictos erigere atq. cõformare potest. Consolandi rõ quattuor cõtinetur sedibus, Vna est commiserationis, qua ad consolandum impellimur. Hic primum licet dolorẽ nostrum scindere. qui. n. iacet in mœrore, excitatur dolore amici: eiusq. morte illius angor intermoritur. Doloris nostri faces inde accendimus, q̃ non sit amicus, qui amici nõ doleat incommodo: q̃ uos non lateat, quan ta cum acerbitate rei eius iacturam fecerit, quam nemo possedent sine incredibili quadam iucunditate, q̃ in tanta re non angi & cruciari stultitiæ sit, non hominis. Præsertim qñ ea lege homines in lucem sint editi, vt eorum sensus, necessario, & doloris, & voluptatis comitatu circumsepti teneantur. Deinde docebimus nullos esse acriores dolorũ aculeos, quam qui in aduersis amicorũ casibus sentiuntur, q̃ virtutis sit iniuriæ fixa vulnera ferre: æquo animo, crudelitatis verò amici. incommoda posse pati. Nos iccirco ita angi, ita premi dolore, vt ab alijs magis debeamus consolatione leuari, quã alios cõsolati. Verũ quia difficile est tacere simul, & dolere, pollicebimur nos quid dolor, qd rõ nobis minuitur breuiter dicturos. altera consolandi sedes est, mœror eius, quem dolore si minus liberare possumus, leuare studemus, in hac sede duæ ratiocinationis quadã tristitia perpenduntur. Primũ personæ eius cõditio, quę iacet in angore, & molestia: deinde molestiæ, & angoris causa. Nam alia persona, alia consolatione est confirmanda: cuiq; in hoc conuenit, vt eius mitigemus affectus, quæ affligitur, & affligatur, q̃ faciemus si ei persuadebimus infortunio impro bis materiam afferre calamitatis: probis hominibus, virtutis: eo nihil esse infelicius, cui nihil accidit aduersi, q̃ fortuna secũda mortales fallat, & erudiat aduersa. Proinde dicemus sapientis esse aduersa oĩa lucro habere. Causa vero angoris, & tristitia cum sit aut in morte, aut in detrimento, aut in aliquo iniuriæ vulnere posita, hæc omnia quãtum in nobis erit attenuabimus: Quemadmodũ si dicamus non quærendum esse de iniuria si illa sit facientis non patientis, non mortẽ esse perhorrescẽdam, quod hęc antecẽtę vitę contineat præmium, non exilium metuẽdum, quod Socratis, Themistoclis, & sapientissimorum sæpè fuerit domicilium. Nihil demũ in eo esse dolendũ, cuius ex patientia virtutẽ augemus, & gloriã. Tertia consolãdi sedes in attributis & rerum, & personarũ est posita, ex quibus conuincemus nihil minus esse viri, dixi, quasi virtutis, quam mœrorem non aspernati, nedum mœrore frangi. Dicemus igitur nos non iccirco velle illum consolari, quia eius virtus indigeat consolatione, sed quoniam cupimus ei studium nostrum nauare, fatebimur iterea miserũ esse dolorem eũ, qui inops sit consilij, animum contra consilio firmum dolore non capi, q̃ tale vnumquodq; sit, quale cuiq; vĩ. Hominem igitur forti nihil posse videri aduersi, q̃ gloriosum putat esse, quæ aduersa sunt fortiter pati, nihil sapienti, quia nullum præter id quod turpe est, malũ esse iudicat. Neminem deniq; iure præter stultum queri proferemus, qñ ijs fortunæ casibus est proposita vita nostra, vt non tam miserum sit pati, quã nescire pati, nullaq; sit tãta calamitatis moles, quæ leuis non fiat ferendo. Vltima deniq; consolandi sedes est, qua spem ostẽdimus status melioris, cũ dicimus ex laborioso, & calamitoso principio præclarissima quæque ortum habuisse ostendimusque sicuti ex voluptate calamitates, ita ex calamitatibus nasci voluptatem. Ignauos solum iacere in mœrore, fortes alacriter exurgere non succumbere dolori, sed in dolore reuiriscere. Quare quid commodi cõsequatur mœrorem deponẽdo aperiemus, pollicebimurque eius rei recordationem aliquando iucũdam fore, vbi sentiet dolorem prosterni virtute, non virtutem dolore. Quam nostram sententiam ab exemplis, a simili, & huius generis locis augebimus. Re ipsa docet hoc Cic. in epist. fam. li. 4. epi. 5. vehemẽter se esse sollicitum. epist. 5. posteaquam mihi, epist. 13. Quæreti mihi lib. 5. epist. 14. si vales bene est. l. 6. epist. 1. Et si ea perturbatio. Est expositio consolationis vniuersę orationis. Interpretatione per etymologiam explicãtur.

VERBA NATIVA.

Lac λάκτις, Græce album dicitur.
Labyrinthus, λαβύρινθος, locus multis viarum ambagibus inflexus.
Lachryma δάκρυον.
Lachrymor, δακρύω.
Lactuca a lacte dicta.
Lacus, quasi aquarum locus.
Læua manus, λαιὰ.
Lagena, ἀπὸ λάγυνος.
Lambo, λάπτω.
Lampas λαμπὰς, λάμπω, splendeo.
Lana à laniando. Hinc lanij.
Lancea λόγχη.
Languor, a luo, & lugeo, quòd vitam luat, id est, soluat.
Latex, à lateo q̃ aqua in venis terræ scateat.
Lateo λανθάνω, i. colo olim in bonam partẽ accipiebatur, vel a latere viarum obsidendo.
Latus, πλάτος.
Laus, λάος. i. populus, quod sit in ore populi.
Lautia, λαύτια, i. legatorum munera.
Lebes, λέβης.
Lectus a legendo more auium, quę pennis nidum sternunt, vel à Græco λέκτρον.
Lecythus, λήκυθος, vrna olei.
Legatus, quod legatur publicè, i. mittatur.
Lenio, λαίνω.
Leno, quòd delinendo ad stuprum imprudentes seducat.
Leo, λέων.
Lepra, λέπρα.
Lepus, quasi leuipes, quod nulla alia fit animans plantas pedis habens pilis obsitas.
Lethargus, λήθαργος, inexpugnabilis penè sõni necessitas.
Letum, λήθη, oblivio.
Leuis. λεῖος.
Leuitas, λειότης.
Lex, quod legatur. Est enim ius scriptum, ęquitas ius non scriptum.
Libanus, λίβανος.
Libya, Λιβύη.
Lichen, λειχὴν. i. hepar.
Ligna a legendo, quòd legantur.
Ligo, onis, quod a radicibus, quæ sub terra sũt ligetur.
Ligurio λίγυρον. i. suaue.
Ligur, λίγυς.
Lingua, a ligando, quòd cibum liget.
Lis, à λύω solvo, quod quęstiones soluat & dirimat.
Lito, as λίτης, deprecatio.
Litania, λιτανεία.
Litus λίθος, i. lapis.
Lixatum a lixa. i. aqua.
Lucerna, λύχνος.
Lucius, a licio, quod pisces ore alliciat.
Lumbus a libidine. In eo voluptas est viris: In vmbilico fœminis.
Lupa meretrix a rapacitate vocata.
Luscinia, quòd lugendo canat.
Luscus, quod lucem ex parte cernat.
Lux, quod tenebras luat, vel Græco λύχνος.
Lycaon, λύκος, lupus,
Lychnuchus, λυχνοῦχος, portalanterna.
Lycurgus, λυκοῦργος.
Lyra, λύρα.
Lytum λύτρον, vulgo ranzone.

MODIFICATA TRANSLATE.

Labor, pro opera inani Adag. laborem serere πόνον σπείρειν, Hoc est veteri prouerbio operam perdere. Inde forte natum, quod laboriosius est brachio inanem iactasse manũ quam semine referiam. Qui fit? quia inani iactura brachium quasi acriùs contellitur, cum ei nihil reiitatum, & tanquam arcus sine telo excussus rumpitur.
Labrax pro stolido, & auido Adagium labrax Milesius. Est enim labrax piscis genus, lato oris rictu, vnde escam totam vnà cũ ere corripit. Apud Plautũ inde lenoni labracis est nomen: apud Milesium prægrandes nascuntur. Quidam hunc piscem esse putant, qui latinè lupus dicitur.
Labrũ pro ipso homine Adag. Similes habent labra lactucas. Vbi similia similibus delectãtur. Vt discipulus rudis, indocto præceptore. Cliens contumelioſus, patrono petulanti, & maledico. Natum adagium ab Asino cardnos pascente.
Laconicè, pro parcè, tenuiter. Adag. laconicè cenat.
Lac pro re inutili rara Adag. lac gallinaceũ. In eos conuenit, qui nihil appetunt frustra. Nulla enim anas lac habet.
Lamia pro vmbra. Adag. vti nutrices lamias somnianes inanes, ad terrendum solum comparatas, ingerere volumus, perterrere enim solent nutrices pueros lamiæ aduentum narrantes.
Lana, pro quæstione futili. Ada. de lana caprina, a disceptatione duorum natum, vtrum lanas habet caper an fetas.
Lapis pro experientia. Ada. oĩm mouere lapidem. Hoc est omnia experiri, & nihil intentatum relinquere. metaphora ab ijs sumpta qui cancros venantur in litore, Nã hi vt plurimum sub saxis latitant. modo itẽ pro acri iudicio vsurpatur. Adag. Lydius lapis, siue Heraclius lapis. Hic. n. suo attritu aurum & argentum arguit cuiusmodi sit. modo vẽdicatur pro homine indocili. Ada. verberare lapidẽ. Plautus noli, inquit verberare lapidẽ ne manum lædas. Aperte dicitur vbi quis animaduerit in eos qui non possunt spirare sine scelere. Nũc accipitur pro periculo imminenti. Tãtali lapis. Ada. sumptũ a fabula Tantali, quẽ quidã fingũt apud inferos hoc genus supplicij pati, ut ingens saxum sic immineat eius capiti ut iam casurum videatur. Pro homine deniq; conuitiatore, & rixoso, retigit lapidem a cane morsum. Plinius tantã vis est veneni ĩ cane rabido, vt vrina quoque calcata noceat maximè huleus habentibus. minus hoc miretur, qui contigerit lapidem a cane rabioso morsum, reddi iracundiorem, & ad diffidia in primis propẽdum.
Lar auaritiæ vulgato prouerbio habet notam Lari sacrificant. In tenaces dicitur, qui de suis nemini quicquam impertiunt. Nam olim religiosum erat ex ijs, quæ laribus immolabantur, aliquid foras efferre.
Larue pro defunctis. Ada. cum Iarus lucrari ijs accommodatur, qui vita defunctos incesto ore, & maledictis lacerant: quique nutriri, vt aiunt, iugulare, mortuos.
Larus, pro auido, & rapaci. Adag. larus hians, dicebatur vbi quis auidus in hiare: prædæ, est enim larus auis auida & vorax.
Laqueus, pro fallacia. Adag. omnes laqueos effugere, a venatu sumptum in eo quo se undique

dique sepiantur exitus, vt necesse sit ferâ in aliquas insidias incurrere, pro fallacia item accipitur Adag. in quempiam, vt iam nullum sit effugium, qui nos fuit Socrati Platonico suis illis argumentationculis.

Laurus, defensionis, & præsidij induit significationem. Adag. laureum baculum gesto. Nam laurus, vt creditum est, dicebatur aduersus venena plurimum virium habere, nec minimum aduersus fulmina, atq; iccirco Cæsar Tiberius nunquam nō gestauit capite coronam lauream.

Leberides, p paupere. Ada. Nudior Leberide de homine vehemēter inope. Leberis enim serpentis exuuium significat, quo nihil potest esse inanius. Item pro inhumano. Adagium per Hyperbolen. Asperior Liberide.

Leo, viri fortis vsurpat interpretationē. Ada. Leonem larua terres. Cōuenit de minis inanibus, & periculis irridēdis. Leónem enim rotarum orbes circūacti currusque inanes territant: gallinaceorum crista cantusq; etiā magis terrent, sed maximè ignis pro potentiore item capitur Adag. Leonis catulum nelas, admonet ænigma non esse vsque eo alteri fauendum, vt possit nos deinceps de iure nostro detrudere, atque pro sua voluntate opprimere significationem deniq. induit hominis eruditi. Adag. senecta leonis, præstantior hinnulorum inuenta. Hoc est ingenium & eruditio senis præstat iuuenili robore, quod sua sæpè infringuntur temeritate.

Lepus nunc hominis habet significationē, qui sit auersus & aduersus, impudicus. Adag. tu ne lepus es, & pulpamētum quæris. Nota est magis, q̄ pudica animantis natura, nūc pro simulatore, & dissimulatore sumit. Ada. lepus dormiens. Quadrat in eū, qui quod non facit id facere se simulat, aut id quod facit id sese facere dissimulat. Nā lepus parentib. oculis, & dormit, & vigilat pro eo item accipitur, quem alij vtilitatis suæ causſa inuidia prosequuntur. Ada. lepus pro carnibus. Subandi periclitatur. In eos dicitur, qui ꝓpter aliquam vtilitatē ab alijs in discrimen vocātur. Nam leporē non infectantur, ꝙ noceat, sed quod pulpamentum habeat. Pro nūc ꝓ commodo vendicatur. Ada. Duos loquēs lepores, neutrum capit, hoc est, qui simul duplex capta commodum vtroq; frustratur.

Lerna pro omni malorū genere. Adag. lerna malorum. Natum ab Hydra lernæa ab Hercule interempta, quòd vicinæ omni regioni nunquam non esset infesta.

Limen, Rudē hominē vulgatio adagij exprimit, a limine salutare, a limine Rhetoricā salutasse dī, is, q̄ vix rudimēta eius degustarit. Translatū a vulgarib. amicis, qui non admittuntur in penetralia, sed ꝓcul atq; a limine salutāt, huic affine est primorib. labijs degustare, aut extremis digitis attingere.

Linea exordij habet explanationem. Adag. a linea incipere. In eos dicitur, qui ab ipso rei exordio sumunt initium a repagulis, siue a cardinibus eandem habet sententiam.

Lignum ingenij sumit interpretationem. Ada. Non è quouis ligno fit Mercurius, hoc est non omnium ingenia sunt accommodata scientijs, sumpta est allegoria a fabris, qui opus, materia refragante, respuunt.

Lingua pro oratione. Adag. quod in corde sobrij, id est in lingua ebrij.

Lippus, pro populo. Adag. Notum lippis, & tonsoribus, de eo dicitur, quod in ora vulgi abijt omniumque sermone pertrebuit, Olim. n. in tonstrinarum confessionibus omnes rumores narrari consueuerunt.

Litigare pro eo, quod est ineptè agere, surdaster cum surdastro litigabo: Iudex erat vtroque surdior.

Litigium pro matrimonio. Adag. Qui nō litigat cælebs est. Indicat Adagium rixosum esse omne coniugium. Nec esse tranquillam vitam nisi in cælibatu.

Locusta pro re minimè expectanda. Vetus Adagium priùs locusta bouem pariet.

Lolium peccati vsurpat significationē. Adag. Iolio victitant, In obcæcatos improbitate dictitari solitum.

Lotum sceleris habitum cōi sermonis prouerbio significat, Lotum gustauit. In eos non incōcinnè quadrat, qui simul atq; semel voluptatem inhonestam degustarint, ad pristina studia reuocari non queunt. Inde ductū Adagium, ꝙ Vlyssis socij gustata apud Lotophagos populos herba Loto, redire ad natem noluerint, nisi verberibus adacti. Lotus. n. aiunt, est arbor, cuius fructus comestus aduenis patriæ obliuionem inducit.

Lucerna nunc rē meditatam significat. Adag. olet lucernā, de re meditata multoq; studio elucubrata. Inde ductum, ꝙ studiosi ad lucernam vigilātes soleant elaborare, si quid accuratius velint excutere. Nunc rem alienissimo tempore factam arguit. Ada. lucernam adhibes in meridie. Ortum a ridiculo Diogenis facto, qui adhibita interdiu lucerna, rogatus quidnam sibi vellet respondit, ἄνθρωπον ζητῶ. Hoc est, hominem quæro. Nunc deniq; vsurpatur pro luce. Adag. sublata lucerna nihil interest inter mulieres, sētit Adagium, nullam mulierem non esse impudicā, si detur facultas peccādi sine teste.

Luscinia pro solerti homine, & diligenti veteri prouerbio vsurpatur. Nec quātum luscinia dormit. In eum qui parcissimi est somni. Itē pro vehementer erudito viro sumitur, Luscinia Musarum.

Ludus improbitatis capit expositionē. Ada. in eodem ludo docti, de ijs dī, qui similibus laborant vitijs, pariq. gaudent improbitate.

Luna modo accipitur pro viro forti & prudente. Ada. quarta luna nati, hac. n. luna fertur natus fuisse Hercules, qui res omnes humanas superauit ingenio, & virtute. Modo ascisciture pro opera inutili: Adag. Lunę radijs non matureſcit botrus. Cōuenit in eos, qui conantur, quod ob defectum viriū non perficere possunt.

Lupus interdum vēdicatur pro necessario malo. Adag. auribus lupum teneo. Nec. n. satis teneri pōt, quod eas habeat, ꝓ corpore breuiores: nec item demitti sine periculo. Interdum pro eo dicitur, de quo clāculū agitur. Adag. lupus est in fabula. Interdum pro sui conscio: Adagium, lupus ante clamorem. Vbi quis admissi conscius vltro timet priusquam accusetur. Sumitur deniq; pro periculo incutabili. Lupus aquilam fugit. aquilam enim alata cum sit frustra fugit lupus.

Lutū pro ignobili trito prouerbio. Lutea progēnies. Quasi è luto prognati quales sūt terræ filij. Item pro labore capitur. Ada. lutum nisi tundatur, non fit vtile. Hoc est citra laborem, nullus euadit in virum absolutum.

Lynceus hominis prudentis communi prouerbio habet significationem Lynceo perspicacior. Inde natum: quod cum Lynceus primus, aiūt, reperit fodinas metallorum æris, argenti, & auri, creditus sit, quæ sub terra essent, videre.

Modificata Hieroglyphice.

Latrocinij Hieroglyphicū effingūt Aegyptij sacerdotes per Crocodillū. Negotiatoribus. n. assiduè insidiatur: estq; eius tam immēsa rapacitas, & vorago, vt expleri, & satiari minimè possit. impune tamē inter eos enatat, ꝙ se ex animātis eius adipe perunxerit. Noctu piscibus in aquis, interdiu terrestrib. animātibus, bobus maximè & hoībus insidiatur. Nec hominem tamē ante interimit quā eū deplorarit, ꝙ dentibus lacerat, nū quā sanatur. Hoc animal, ut ait Plin. amisso corde aliquādiu viuit, Lingua & auribus caret. Ex ouo non maius anserino fœtus excussus ad quindecim cubita crescit. Quorsū? viuit latro sine corde hoc est, sine mente, & rōne, non auribus caret, sed disciplina, non lingua, sed veritate orationis. Nec quicquā ad maiores opes citius excrescit, quam auiditas, & rapina. Omnia, & in aquis & in terrā depopulatur crocodilus: nec ei vnquam satis est, quo intelligamus nihil esse, neque egentius, neque rapacius eo hominum genere, qui latrocinio sunt dediti, & rapinę.

Latus symbolum est sobolis. Aegyptij sacerdotes vbi masculam prolem describere vellēt, Taurum ab incessione in dextram partē se demittentem figurabant, si vero fœminei sobolem exprimere voluissent, eum in lævā auertentem se pingebant. Compertum. n. est tautum a conceptu discedētem, si declinexerit in dextram marem esse genitum, si ab læua abscesserit fœmineum esse fetum.

Laurus est artis poeticæ Hieroglyphicū, atq; ex lauro, & Hedera corona cōtexta decorabantur poetę. Nam laurus, quæ sacra est Apollini significationem hēt doctrinę. Hedera, quæ nō attollitur sine rerum aliarum adminiculis, ostentum præ se fert industriæ, quasi poeta totus sit concretus, ex scientiārū varietate, & artium omnium industria. Non est, aiūt, poeta sine furore, hoc est, sine cœlesti quodam afflatu. constat id per laurum. Nam magorum superstitio promittit lauri folia si noctu puluinari subijciātur, varietatem somniorum conciliare. Conducit scientijs omnibus ars poetices nullis non infirmitatibus corporis, quasi nō occurrit laurus. Sola arborum, aiunt, fulmine nō icitur, ars poetices verborum fulminibus etiam te creatur. Viret semp laurus. Viget semper, & in tabulis votiuas apud poetas. Aliud enim est mentiri, aliud figuratè loqui.

Leo Hieroglyphicum ex sententia Basilij, cōstituitur Imperi. quod plurimum Roscio ROMANAE imagini affert gloriæ. Atque sola hæc animans imperiū exercet in omni quadrupedum genere. Sunt autem imperandi nitutes septem quib. princeps exteros mortales debent anteire Religio, Prudētia, Patiētia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia, Solertia. Quid ita? Quia boni est principis nō solum bonum se virū præstare, sed ēt alios uiros bonos reddere. Vt autem Princeps vir sit bonus, primum debet Deū colere, quod est religionis, deinde nō sensus, sed rationē sequi ducem, quod est prudentiæ. Atque deinceps omnibus impedimētis occurrere, quod est solertiæ. Nam Patientia, quæ ars esse definitur patiendi, & scientia, has virtutes omnes difficillimas, facillimas reddit, quos autem ad virtutem informat Princeps aut subditi sunt, aut hostes. Illi iure instituitur & exemplis. Sunt autem iura equitatis & iustitiæ exempla temperantiæ. Hostium autem vna est magistra, & domina fortitudo, siue bellicæ virtutis disciplina. Quarum virtutum monimenta omnia cum relideāt in Leone, qui insigne est Roscię Gentis, nihil est in Principatu cōmunis salubs, & vitæ, tam gloriosum, tamque optabile, quod naturæ hoc testimonium non videatur vniuersis mortalibus, per eam gentem promittere. Taceo cœlestem diuinamque virtutē ILLVSTRISSIMI CARDINALIS HIPPOLYTI ROSCII qui maiorem affinitatem habet cum Deo immortali, quam cum humano genere, quid loquatur per illustris familiæ eius insigne non possum tacere. Nā ꝙd vnus leo in cęruleo albo? est vnitas velut Dei typus. Vnus Deus, vna fides, vna veritas, vna religio. Quid leo? vix minuitur sacra sine igne, leonis ossa præter naturam cæterarum animantium, adeo sunt solida, vt collisa si fuerint, ex ijs tanquam ex ferro, & silice decutiatur ignis qui res vniuersas omni abstergit contagione, nec polluí, & contaminari potest, quod proprium

est

eſt,ſi ad animum referas, verę religionis. Cur pedes illi duo anteriores in cælum elati? Symbolum eſt prudentię, quæ duo hęc corpus,& animum ſic debet tegere, vt homini nō graue ſit in cœlum proficiſci. Duo quippe ſunt conſules in ciuitate, duæ leges, vna diuina, altera humana, duo præcepta charitatis,amor Dei,& amor proximi, duo oculi,duę aures optimæ ſcientiarum miniſtræ,ad duo denique natus eſt homo,ad intelligendum,& agendum,in quibus vis omnis conſumitur prudentiæ, cuius interpretationem habet leo. Nam ſolus, vt ait Democritus, inter vnguibus armatas quadrupedes, naſcitur leo oculis apertis, ijſque dormit minimè clauſis. Quorſum? vt intelligamus Roſciam gentem videre etiam in tenebris, atque ita paſſim præforibus fanorum,quaſi ad tutelam Eccleſiæ effingun tur leones aut ex ære,aut ex marmore,vt videatur ipſa Eccleſia prudentia Roſciæ gentis ad ſui conſeruationem,& tutelam anhelare. Quorſum leonis ille candor? color eſt virtutis,quæ neſcit ociari,& quieſcere. Neque aliam ob rem Ægyptij ſacerdotes,cæteraque ſapientes olim albis conſueuerunt vti veſtibus, quam vt ſolertiam in cælum, cuius candorem ſuſpicimus, docerent ſibi curæ eſſe, quę virtus Roſciæ genus, vt loquitur imago, eſt propria. Quare leonis pes ſiniſter in orbe cęruleo preſſus? patientię eſt veluti quędam nota. Nam quod ſiniſter eſt veluti aduerſi quiddam ſignificat,quod vere vno pede vniuerſam molem ſuſtinet corporis,rem oſtēdit plenam difficultatis. Eſt enim patientia aduerſarum, & difficilium rerum tolerandarum ars,& ſcientia. Quid? leo mortem pati poteſt. Iniuriam pati non poteſt, mauult enim dum conflictatur in periculis mori pugnando, quam turpiter vitæ fuga conſulere. præclara certè quidem Roſciæ gentis in patientia commendatio, quæ in publicæ adminiſtrationis difficultate,& onere,nihil operoſum,& difficile eſſe cogitat, q̄ cōiūctum modo ſit cū honeſtate. quid tuba illa leonis? vt ſcena caret tuba,eſtq; hæc maris propria: ita iuſtitia viri eſt virtus,nō fęminę Quę idcirco in foro nec ius,nec cām pōt dicere. Magnū certè iuſtitiæ in leone exemplū. Nam cum ius oē in commutatione, & diſtributione cōſiſtat,ſic vtrāque obſeruat, vt gutta videatur hēre iuſtitiæ. Nam cum in cōmutationę hoc ſit maximum par pari reddere, ad eam leo ſic eſt propenſus, vt quæ acceperit commoda illa velit ēt maiori quadā mēſura reddere, vt patet hoc exemplo. Androcles quidā ſeruus fugitiuus p deſertiſſimas Africæ regiones peragrans,in leonem incidit, cuius per traiectus erat ſagitta. Hic vbi conſpexit leonē: voluusq; abdo ſibi oſtentans,blandē do cępit pedem eius enter tractare,atq; inde ſenſim ſpiculum auellere. Quid? paucis poſt diebus conualuit leo. Seruus verò aliquibus poſt annis deprehenſus Romā mittitur: iudicij reus fit, quo ferus obijciatur. Interea leo ille Lybicus capitur, in theatrū cum Pardo immittitur ad ſeruum laceran-dum. Recognoſcit repēte Androclē leo, ei ſe proſternit,quem vt a Pardi iamitu delēderet,ſtatim Pardum impetū aduerſus hominem facientem lacerauit. Iuſtitiæ aūt diſtributiuæ, quæ in expiādis ſceleribus potiſſimum locū habet,q̄ grādeq̄ in leone extat teſtimoniū. Fuit vt refert Eudemus certo cuidam iuueni ferarū cicurator aliqn canis,vrſa,& leo: qui inter ſe pacem primum ſeruarunt,& amicitiā. Verū vbi canis & vrſa longo poſt tempore colluderent,ex morſu canis queſtens vrſa, canem vnguibus laniauit cuius rei atrocitate leo indignatus,q̄ fœdus ſocietatis fregiſſet, vrſam ſtatim pari pœna affecit. quare intelligimus nihil eſſe iuſtitiæ patrocinio, quod non ſit vniuerſæ Eccleſiæ Romanæ expectandū ab Ampliſſimo Cardinali HIPPOLYTO Roſcio. Quorſum in albo ille color cęruleus. Specimē habet cæleſtis virtutis,id eſt,temperantiæ,qua humana deſpicimus,diuinaq; amoris,quaſi quodā incendio colimus. eſt aūt temperātia eo dicta,quod maximas temperet voluptates,quas ſuo lenocinio pariunt duæ improbiſſimę dominę,gula,& libido. Nec exigua eſt virtutis eius a natura per leonē cōmendatio, quippe qui ſic gulæ aduerſatur vitio, vt rarus ſit in potu, triduum ēt ferat inediā: quiq; ſic a libidine abhorret,vt leænæ cum Pardo commiſſum adulterij mortis expiare conſueuerit ſupplicio. Quid? leo magis admonere videtur,quam ego dicere Temperātiam virtutem eſſe propriā,& ſingularem tanti Pontificis, cuius vita, omnīū eſt inſtructio,& diſciplina. Quā obrē denique os apertum leonis? facies, quaſi quædā eſt fortitudinis. Id cum norant Phyſiognomi, tum naturales item Philoſophi. Nā leo rugit cum tanta ferarum trepidatione,ſicuti referunt Ambroſius,& Baſilius, vt multa animalia,q̄ ei⁹ impetū fuga aut dolo euaſerint audita eius voce,ita cadāt viribus inter morianturq; metu, vt nullo non ab hoībus capiantur negotio. Grāde vero in leone argumētum fortitudinis,cuius ne vocem quidem fetu beluæ poſſunt ſine horrore ſuſtinere. Quo, vt docuimus,monet natura inſigne Roſciorum verā eſſe,& ſalutarem imperij imaginē. Nam vt conſuenit ille è numero ſeptem ſapientum dicere Pittacus, Beatas tunc futura eſt reſpu. cum Princeps ita omnes afficiet, vt timeatur ab omnibus: ipſe autem timent neminem.

Leęna ſymbolum eſt apud Aegyptios mulieris,quę vnius tantum filij mater ſit. Nam vt ijs placet, atque ité Herodotus ſemel tātum in vita leæna parit. Hoc ipſum Æſopicus cōfirmat apologus, in quo cum vulpes leænæ fęcunditatem ſuam obijceret. Probro ei tribuens, quod ſemel in vita tantum pareret: leæna reſpōdiſſe fertur ſe quidem ſemel parere,ac leonem tamen. Hoc ob id accidere creditur,quod catuli in vtero matris,vnguibus matricem diſcindant, & lacerent.

Lepus ſacerdotib. Aegyptijs ſimulacrum cōſtituitur vigilantiæ. Cautam ponit Herus, quod oculos inter dormiendum apertos oſtentet. Vnde & Adagiū Leporinus ſomnus quoties vigilantiā eius propoſuimus,qui nūquam niſi in ſenſib. tōni acquieſcit. Atque inde dictus eſt lepus ἀπὸ τοῦ λαμπ, hoc eſt aſpicere, multa quippe ēt in tenebris videt homo prudēs,& vigilans, quæ res cū multum gloriæ afferat ei familiæ, quæ a lepore Leuera eſt nominata,tū ita eſt R. Fabricij Leuero ſolertiæ,& vigilijs conſentanea, vt nulla ſit laus virtutis & vigilantiæ,quam ei non putem tribui oportere. Eſt item lepus apud Aegyptios auditus Hieroglyphicum qui ſenſus vnus miniſter eſt virtutis,& doctrinæ. In qua animi pulcritudo eſt poſita. Hoc illi olim per leporem. Nam veteri ſuperſtitione creditū eſt eos formoſos fore, qui leporē eſtiaſſent. Quid? nihil eſt rarius virtute. Adeo ſolitudine gaudet lepus, vt nunquam duos, pluresve lepores in eodem cubili repetias. Tot ſunt virtutum monimēta in lepore, vt veteres nihil ſint veriti,quēadmodū videre eſt in Hadriani. Nūmis,lepore m ſymbolum facere Hiſpaniæ. Quod etiam teſtatur Pierius Valerianus li. 15. Eſt aūt Hiſpania maxima Europę regio, nullis poſt habenda frugumcopia,ſiue ſoli vbertatē,ſiue agriculturam ſpectes: omni materia affluit, quęcunque aut precio cara eſſe poſſint,& vſu neceſſaria,adeo, vt nō ſibi ſolum,ſed multis etiam exteris prouincijs ad abundantiam ſufficiat. Argentum, gemmas & aurū parit. nihil otioſum in ea eſt, nihil ſterile, non coquunt ibi ſales, ſed effodiunt. Non violento ſole torretur, ut Africa, neq; aſſiduis ventis, vt Gallia fatigatur. Salubritas cęli per omnem regionem æqualis, atque ab equorum pernicitate olim maximè commendata, q̄ ibi a uento equos concipi memoriæ proditum eſt. Magna eſt Hiſpaniæ gloria,non mediocris Leueræ gētis,q̄ illa imaginem,hæc nomen capiat a lepore, quod idcirco accidiſſe opinor, quia nihil eſt Hiſpania fertilius. Nam lepus Hieroglyphicum eſt fęcunditatis. Animal quippe eſt rei veneręe deditiſſimum,& fœminę nullum getendi in vtero facit interuallū. Mas verò præter id,quod more marium progenerat,fetum ipſe quoque concipit & excludit patiterque vt fœmina educat.

Lilium ſpei cōſtituitur. Hieroglyphicū. Inde in Nūmo Imp. Alexandri PII Aug. ab altera facie Dea dextra filium prætendit: cum inſcriptione ſpes publica. Flos quippe iuuenis dicitur, vt qui ex ei⁹ lacte ſit primogenitos cū ſubiecto eā Herculi vbera admouiſſet: guttas,aiunt, lactis aliquot an terram decidiſſe,ex quib. mox lilia pullularit,meritoq. flos regius a Iunone regia appellatur. Admonet Hieroglyphicū nihil a ſummo Principe RAINVTIO Farnetio,quod ſit aut ſi honoris vocabulo,aut in virtutis præmio, non eſſe ſperādum. Nam ab inuictiſſimo Duce eius patre Alexandro Farneſio pluta vniuerſa Chriſtianorum reſpub. accepit,quam ab vllo vnquam mortalium ſperare potuit. Hic autem quantum ſui generis,& ſeminis imago ſaluti publicæ promittit tantum nūquam ceſſant etiam cum ſummo diſcrimine vitæ, in tot,tantisq; bellorum incendijs nauare, & efficere. Promittit autem plurimum. Nam quorſum ſex illa lilia, ſiue ipſa lilij ſex folia? eorum honorum, qui maximi ſunt, typus eſt hic numerus, Sex hominis notantur generationes. Prima ab Adam ad Noe: hanc vocant inſtitutionem, & lapſum; ſecunda a Noe ab Abraham, hāc diluuium,& renouationem dicūt: tertia vſq; ad Dauidem,quæ circūciſionis & legis eſt: quarta vſque ad tranſmigrationem Babylonis legū & prophetarū nomine: quinta ad aduentum vſq; Chriſti captiuitas,& liberatio,ſexta abaduētu Chriſti in cōſummationem ſæculi ſpiritualis,redēptio. Sex in elementis qualitates,acritas,raritas,motus,obtuſitas,denſitas,quies. Sex poſitionis differētiæ,ſurſum,deorſum,ante,retro,dextrorſum,ſiniſtrorſum. Sed denique mille annis mundi æternitatem pleriq; ſic diſtributam habent in ternum (vt eſt genus eius imago) ordinem,ut millenus binarius primus ſit ſine lege,ſecūdus cum lege,tertius cū gratia. Magna uerò imaginis gentis eius dignitas, quæ quantum humani gēnis adminiſtratio quantū mundus,quantū uniuerſus rerū ordo, ac denique ętas oīs virtutis pōt capere, tantum hęc illa generis imago videatur neſcio quomodo anhelare. Probarunt id cum multi Principes & Cardinales,tum diuinus ſummusq; ille Pontifex Paulus III. qui motū ſanctitate, ſumma animi ſapientia, atq; mentis ſui diuinitate tot res, tam admirabiles geſſit, ut gloriæ ſuę magnitudinē, cęli, ac terræ regionibus videatur terminaſſe. Nā cur gentis eius cærulea ſex illa lilia, quemadmodum ex lilijs,qui flores ſunt Iunonis, ita ex cæruleo eorum colore,qui a cælo nomen accepit, nemini obſcurum eſt ſummi Parmenſis Principis Raymundi genus,& ſemen de cęlo manaſſe,atque generis eius,& fęminis ſobolem (q̄ res apertè paſimq; loquitur) cęleſtis & humanæ virtutis eſſe hæredē. Quod ego a doctiſſimo uiro,& curiæ Leodienſis aduocato, Iacobo Farnetio patre meo, cum a puero intelligerem, ſtatim cępi

d.

de Italia cogitare: cuius me item deſiderio inflãmauit ſæpe Illuſtriſs.Card. Gherardus Grousbech,epſs quondam Leodienſis,gentis eius,quæ viget ī Italia,incredibilem gloriam ſummis laudibꝰ cælum tollẽdo. Nec vlla quidem ſunt gloriæ monimenta,quę liliorum naturæ.i.familię eius ſimulacro nõ videantur quaſi diuinitus reſpondere.Quæ enim boni principis quinq; ſunt attributa, illa oĩa, natura magiſtra, quæ minimè poteſt errare, eluceſcũt in Liliorum imagine. Honor,obſequium,amor,integritas, & clementia.Quid honor?quia cũ nemo debeat aliis imperare,qui non iis ſit melior,quibus imperat,Princeps vir optimus cum ſit ſummus ei honor debetur.Hoc natura per lilium. Nã vt virtus, ſic qui hoc ſummus eſt, in actione cõſiſtit.Lilij aũt tam incredibilis eſt virtus, tãta agendi vis, vt haſta eius eſſoſſa, tanquã virus propagetur, quotq; ſint haſtæ nodi,tot inde ad paucos dies oriri germina cernantur,& bulbi.Si mõ nec haſtæ flos ad huc ſit apertus,nec a radicib.haſta ipſa auulſa. Magnũ verò ī principe monimentũ glorię,virtutem ſuam longè,lateq; propagare. Cui principi debetur obſequiũ,quia vim & numen Dei Opt.Max.princeps obtinet, appellaturq; vulgò eius Vicarius.Hoc monere videtur cęleſtis ille,vt diximꝰ lilij color,aſſerere, eius radix cõſtãs, vt aliũ ex plurimis bulbis,quaſi oĩum ſimul ſtudiũ nihil aliud eſſe debeat,quam qđ debetur Principi obſequiũ. Quare qui ſummus eſt amor debetur Principi, quia quantũ tribuimus Deo,quãtum parentibus,quantum patriæ,id nulla re euidentius,quã per amorẽ & obſeruãtiã in Principem poſſumus declarare.Id natura p lilium.Nam cum amoris obiectũ ſit bonũ. Hic flos ſuauis eſt odore: medicina vtilis: aſpectu honeſtus: quo admoneri per Lilij ſymboliũ videmur,nihil melius, nihil inter mortales amabilius eſſe Prĩcipe. Quare vir integer princeps?quia non minus ſui ipſius, quàm aliorũ dẽt eſſe dominus.Cõtra.n.ius eſt,eũ alijs imperare,qui improbiſſimæ dominę cupiditati,cogitur ſeruire. Quod docet Lilij natura.Nam eius flos quamdiu eſt integer ſuauem ſpirat odorem: putridum fractus,& colliſus.Quamobrem deniq;clemens eſſe debet Princeps: quia ſatius eſt ex improbis bonos viros reddere, quam ipſos improbos perdere. Hoc loquitur,niſi planè hebeſcimus, per lilium natura. Illud enim vt eſt apud medicos, dolorũ acerbitates lenit:faciẽ nævis & ſordibus abſtergit:veneni vim tollit,ac deniq; vulnera ſanat, vt nihil ſit aut in expectatione boni, aut in cogitatione mali,qđ ex ſummo Prĩcipe Ranutio, & ex iuſtiſſimo Duce Alexãdro Farneſio patre,ñ liceat mortalib.vniuerſis expectare.

Locuſta intẽperãtiæ ſymbolũ ab Aegyptijs ſacerdotib. cõſtituitur, cum locuſta nũquam pariat ſine interitu,inde deteſtatio colligat intemperãtiæ. Hęc.n.per os vermem parit qui matrem ex repẽtino interimit. Locuſta nec perfectũ hẽt greſſum,nec perfectũ volatum,ſed primo dat ſaltũ & quo lõgius ꝓuehatur,addit motum alarum. Intemperãs neq; palati,neq; voluptatis verum ſenſum habet,q̃ quo magis anhelat,eo in grauiores morbos incurrit. Quid? vnum ſolum inteſtinũ hẽt locuſta, tãq; ſatũ, vt quaſi tota ſit in ventre, & nunquam non eſuriat.In ventre habitat animus intemperantis,eiuſq; cõſilia & rationes oẽs gula abſorbet, nec expleri, & ſatiari intemperans vnquã poteſt.

Luna imaginem hẽt pietatis,q̃ effingere cum vellẽt Aegyptij ſacerdotes,lunam cum elephanto in flumine ſe abſtergente pingebãt Nam noua apparente Luna limpido ſe flumine abluunt elephanti. Si morbis infeſtãtur ſiderum quaſi auxilium implorant.herbas contra verſus tendentes. Sermonẽ patrium intelligunt, honores ambiunt atque mortem infamiæ præferunt.

Lupa Hieroglyphicum eſt meretriciæ improbitatis,ab animantis rapacitate deſumptũ. Natum enim eſt meretrices lupas appellari, & inde lupanaria dici. Tanta enim eſt animantis eius rapacitas, vt vbi cauſas intrauerit non ſolum interficiat, quod ſatis eſt ad ventrem ſed totum gregem paſſim iugulet.

Lupus ſymbolũ eſt furacis & auidi hoĩs,vt teſtantur Ægyptij,& Socrates in Phædone, q̃ rapacem & furacem hominẽ poſt vitã, vt autumat,tradit in lupũ abire, atq; vt refert Alb.Magnꝰ,Lupus eſt animal ferox,& doloſum:fur item & vi nititur,&.inſidijs.Lupi hęc eſt,ait,natura,vt ſi quẽ prius viderit, is ei vocem auferat,ſin ante ipſe videtur ſtatim audaciã amittat,ſed ille vocem recuperat,ſi amictum ſoluerit.Quorſum?periculoſus eſt furis ſenſus: animo. n.denorat q̃qđ videt.ſi deprehenditur animũ ſtatim amittit.Chordę.ex viſcerib.ouiũ, cũ chordis ex lupi viſcerib.permiſtæ in teſtitudine aut lyra,non ſonãt.Nec lupi cauda ad boum præſepe ſuſpenſa permittit,aiunt,comedere boues. Quid? eſt etiam, docet ſymbolũ, auidi & rapacis hominis ſocietas ſemper inutilis, & nunquam non ſuſpecta & formidoloſa.

Luſcinia ſimulacrũ lucubrationis efficitur, ꝙ vernis temporibus noctem omnẽ quaſi fallat modulãdo.Hãc alitem Græci Philomelam vocãt,quod cantus adeo ſit ſtudioſa, vt cum alijs in certamen veniat modulãdi. Victa morte ſępè finit vitam, ſpiritu priùs deficiente,quam cãtu.Durat hęc argutia quindecim diebus, quæ in tantillo corpore, tam varij eſt concentus, vt ne ars hominum tot exquiſitis tibiarum tormentis,eum poſſit vlla modulatione exequare.

Lynx imaginẽ habet hominis acerrimi viſus. Nam quadrupedum omnium clariſſimè videt.Beſtra eſt habens maculis diſtincta terga, vt pardus, ſed ſimilis lupo. Quare lynx quaſi λύκος,hoc eſt lupus vocatus.

Dispvtatio xi.

Quæſtio diſputando explanabitur, ſi diſputationis laqueis ingenij vis & doctrinę ratio oĩtẽdeſ teneri,cõſtricta,& ita teneri,vt ars omnis & doctrina ſine neruis diſputãdi, & robore imbecillis ſit & infirma. Quid.n.eſt in omni gñe & varietate ſcientiarum,ꝙ nõ poſſit aut ſuſtineri, aut ĩfringi artis eius ꝓſidio?ſed illud omitto,nõ minus ſæpè habet ipſa quæſtio ſalis, quam ipſa diſputatio acuminis.Vt eſt apud Gellium. De reo ſeptem iudices cognoſcant: eaq; ſentẽtia ſit rata q̃ plures ex eo numero dixerint.Cum ſeptem iudices cognouiſſent, duo cenſuerunt reũ exilio mulctãdũ: duo alit pecunia, reliqui tres capite puniendum.Quęritur capitis pęna necne ſit puniendus reus, quia vtrinque æque vrget ratio ἄτοπον, vocatur. Certum quippe eſt non æque vtrinque valere ſentẽtiam,ſed æque in ambiguo iacere,atq;idcir co nullam ratam eſſe oportere, quia nullus aptus iudicum numerus in vnam ſententiã conueniat.Ex iis minimũ quatuor ſentiunt iudices.Sunt diſtractę eorum ſententiæ, nec ſatis approbãt reliqui tres, qnia illis numero sũt inferiores.Specula & propugnaculũ iuris in differendi reſidet ratione, omneſq; in ea proſeminatę ſunt quæſtiones & cõtrouerſiæ. In diſputatione veluti ī aliquo vberrimo ingeniorũ prædio,ars facilè ſuccreſcit dicẽdi,generis huius colores. Amplificatione omnes fere tractantur. Amplificationis quadripartita eſt rõ.Fit.n.aut incremento, aut congerie,aut ratiocinatione, aut cõparatione. Incrementum ſiue ἀυξησις, eſt cũ ex minoribꝰ exaggeratis relinquit cõiectura de multo maioribꝰ.Quorum grauitas animo magis eſt moderanda,quã verbis expriměda,qñ quod maius eſt ſupra modum efferatur,vt turpe eſt a reo accipere ſecus,ab accuſatore,quid dicã ab vtroq;itẽ vbi ſemper aliquid inſequẽ pro re maius.Hic pecuniã honorẽ,regnũ,uitam,patrię deniq;charitatem cõtempſit.Hic ſingulę voces incrementi vim habent. Cuius vicem etiã obtinet in vna voce ſuperlatio,vt ſi improb.latro:taciturnus mutus,tardus,ſtipes,& truncus vocẽt,aut Philoſophia tãctus,Plato, vel Ariſ. nominẽt. Cõparatio forma eſt ãplificandi,incremento fere contraria. Incremẽtum.n.tendit ad ſuperiora,cõparatio a maioribꝰ.dilabit ad inferiora.Ci. in Catilinam ſerui mehercule mei ſi me iſto pacto metuerent,vt te metuunt omnes tui:domum meã relinquendam mihi putarem. Dialectici hunc locum vocant a minori ad maius. In quo neceſſe eſt cum inferius augeatur, etiã ſuperius augeri. Rõcinatio eſt,cũ coniecta ra ſumpta ab aliquo,eorum q̃ pęne fidẽ excedũt,amplificare ſtudemus vt Zenoi mõtem Aethnam pro honore ſe præcipitẽ dedit.Ex hoc loco rõcinari licet,quanti honorem fecerit,qui maluerit inanẽ honoris amã ſine vita, q̃ vitã ſine cultu eo, & honore Cõgeries eſt, vt plurimũ,tes diuerſas ſignificantium enumeratio.Ci.quid eſt in Antonio præter libidinem?crudelitatẽ? petulantiã?audaciã?nihil eſt in eo ingenuum,nihil moderatũ,nihil prudẽs,nihil pudicũ. Hęc apertius Epi.fam.apud Ci. vt lib.7. epi. 25.

Verba Nativa.

Macarius, beatus μακάριος.
Macedonus,μακεδνός,excelſus.
Machina,μηχανὴ a verbo μηχανάω,i.machinor.
Mactra, μάκτρα, inſtrumentum in quo panis pinſitur.
Mœnia,quaſi munia.
Magia,a verbo μαγεύω i.magicã artẽ exerceo
Magnum, μέγα.
Magis, μᾶλλον.
Magiſter,id eſt,maior in ſtatione.Nam στόος, græce ſtatio dicitur.
Magnetes, μαγνῆτες.
Magus perſico vocabulo.i. ſapiens.
Malacia, μαλακία, id eſt,abſurda prægnantis appetentia.
Malitioſus,deterior eſt malo, quia frequenter eſt malus.
Malleus,a molliendo res duras.
Malua, μαλαχή.
Malus quaſi μέλας. nigrum.
Mamma, quaſi malum rotundum.
Mania μαίνω. furorem Græci appellant.
Mancipium, quaſi manu captum.
Mane,a manando qđ de ſole propriè dicitur.
Mancus,quaſi manus ancus.i.caſſus.
Manifeſtum, quaſi in manu promptum.
Manna μάννα.
Manſuetus, quaſi manu aſſuetum.
Manus,quaſi munus.
Mare, a meo, as.
Mars,quaſi mas.
Martha, μάρθας. peccatum.
Mater μήτηρ. matertera, quaſi mater altera.
Martyr, μαρτὺρ. teſtis.
Martyrium,μαρτύριον.i. teſtimonium.
Maſtigo,μαστίγω.
Mater quaſi malum patiens ter. in parturiante partum, & poſt.
Matthæus ματθαῖος μαθὼν.i. gnarus ſum.
Mathematicus. μάθημα. i. diſciplina.
Mauri,μαυρὸν.i.nigrum.
Medea,conſilio pollens,μήδεα.i. conſilium.
Medeon,μηλέων.
Media,μηδία,regio Aſiæ.
Medius, μέσος.
Medulla,quod in oſſibus ſit media.
Medus,a verbo μήδω.curo, impero.
Megera Inuidia,μισέω. inuideo.
Mei, μίλι.
Melancholia.i. nigrum fel.

Mel-

Melanthon.i.flos niger,μέλαν.nigrum,ἄνθος. flos. pronicrosi hominis nomen.
Melodia μελῳδία.
Memoria,μνήμη.
Meninges, μήνυγγες cerebri tela.
Mensa a mandendo dicta.
Mensis Græce luna.
Mentior a mente,mendaciũ a mẽda est dictũ.
Meretrix,quod pretium libidinis mereatur.
Merum antiqui dicebant solum.
Mespilum,μέσπιλον.
Milium a multitudine granorum.
Minister,i.minor in statione.Nam στῆρ.Græce statio dicitur.
Myrtus a mari,quod in litore nascatur.
Misericors, quasi pro aliena calamitate miserum cor habens.
Mitis quasi munitus ad iniuriã sustinendam.
Mœchia,μοῖχον,adulterium.
Molestia,a mole dicta.
Momus,inquisitor a μωμῶ.inquiro.
Monachus,μόναχος,a μόναζω,i.solus dego.
Monarcha,μονάρχα.
Monasterium,μοναστήριον.i.solitudo.
Monimentum,μονῆμα.
Mora μαῦρον.i.nigrum.
Morbus,quasi mors.
Morio,a morte,eo,quod nõ vigeat intellectu.
Mors a morbo μῶρος.
Mos a modo.
Mulceo, quasi molliceo.
Mulier,quasi mollior.
Mulio,a mulis:in quibus agendis vitam agit.
Municipia,a capiendo munere.
Murus a muniendo.
Mus μῦς.
Musę,μῶσαι,studio inquirere.
Mutus a mugiendo.
Myropola μυροπώλης,vulgo profumiero.
Mystagogus,μυσταγωγὸς chi mostra le reliquie.
Mysterium, μυστήριον.

MODIFICATA TRANSLATE.

Machinamẽtum Doli loco veteri Ada sumit. Megaricum machinamentum Olim.n.Megarenses vulgo malè audiebant tanq̃ subdoli & veteratores,quod aliud in pectore clausum, aliud in ore promptum haberent.
Machina pro auxilio,quod alieniſſimo sit tempore.Machinas posit bellum afferre.
Magistratus prouerbialiter, ꝓ quouis officio vendicatur.Magistratus vitũ indicat. Vita n.hoïs,vix satis perspici põt, nisi ab euẽtis, qui apertè declarant ex officio, & munere.
Mala munerũ habẽt interpretationem. Ada. Malis ferire.In eos dr, qui munusculis ad id aspirant,quod non possunt assequi virtute.Ductum Adag.à Fabula Atalantæ, quam Hippomenes cursu non superauit,sed arte. Proiectis n. inter currendum malis aureis, in quibus sublegendis, puella subinde moraretur,sic præcessit, ac vicit iuuenis.
Malleus & incus vicẽ habent angoris, & acerbitatis. Adag. inter malleum & incudem. Quadrat in eos,qui ingentibus malis conficiuntur, à fabris ducta allegoria, qui ferri duritiem crebris vincunt ictibus.
Malum nupc vxoris habet significationem. Ada.Neq; cũ malis,neque sine malis.Notum est illud Catonis, quod cum vxoribus incõmodè viuitur, at sine illis omninò non viuitur.Nunc boni interpretationem. Exiguum malum ingens bonum. Admonet adagium ex pusillo labore,maxima cõmoda colligi. Si quid enim feceris honestum, cum labore,laborabit, honestum remanet.
Mandrabulus,pro hoïe in dies se deterius gerente.Mandrabuli more.Inde natũm Ada. ꝓ Mandrabulus quidam cum thesaurũ reperisset,primũ aream ouem posuit Iunoni Samiæ,proximo anno argẽteã, tertio eteã.
Mãdragora negligentiæ occupat locum.Ada. Bibere mandragoram. In eos dictitari solitum,qui obdormiunt tempori. Nam tanta vis somnifera inest mãdragoræ,vt detur secandis aduersus intolerabilem cruciatum.
Mantica vitij loco sumitur.Ada g.Non videmus manticæ,quod in tergo est. Finxit Aesopus singulos mortales binas habere manticas,hoc est,peras,alteram ante pectus, alteram in scapulis,tergoque propendentem: sed in priorem,inquit,aliena vitia immittimus,in posteriorem nostra.
Manus modo sumitur pro auxilio.Ada.multę manus onus leuius,reddunt.Significat prouerbium,ꝙ difficile est vni, id plurium auxilio facilè reddi.Modo vendicatur pro cupiditate Atticus porrigit manum.Huic adagio locũ fecit Athenienſis,qui in munerib. captandis,& aucupandis lucris ẽt expirans erat intentus. Nunc capitur pro modo. Adag.Manu ferendũ non Thylaco.Nã manu ferentem vti oportet, nõ autẽ tota corbe .i. modus in oĩ re est feruandus, & pedetẽtim ab alijs ad alia transcundum. Nunc vsurpatur pro hoïe Manus manum fricat. Monet Adag.hoïem hoĩ esse natum. Nunc pro liberalitate accersitur,plena manu dare. Natum Adag.ab ijs,qui non minutim, sed cumulatè largiuntur. Cic.quam plena manu, quam ornatè nostras laudes in astra sustulit. Nunc deniq; pro studio, & opera captatur. Adag.Manũ admouenti fortuna est implo randa. admonet adagiũ strenuè,& viriliter agendo, ita fidẽdum esse diuino auxilio,vt à nobis absit desidiæ culpa. Respuuntur.n. à superis inertium, & desidiosorum vota.
Mare negocij habet interpretationem. Adag. Mare cœlo miscere.Hoc est,omnia perturbare,nihil non facere.
Mars pro ingenio. Adag.Nro marte.Vbi nullis auxilijs adiuti,nro ingenio quiddã peragere dicimur.Translatum ab imperatorib. qui suis auspicijs bellum sustinent,vel quod ingenium in armis maximè requiritur.
Maxilla,cibum communi prouerbio significat.Viro seni maxillæ baculus.De ijs dici solitum,qui ob defectas ætate vires,lautiore, & copiosiore victu cogantur vti, vt quod senecta deserit satciant cibo.
Medicus,pro maledico,aliorum medicus ipse vlceribus scatens.Torquetur in petulantem hominem,& procacem, qui errata incessit aliena,innumerabilibus vitijs ipse madens.
Mel cõmodi loco ponitur.Neque mel, neque apes.In eos dici solitũ ,qui recusant icõmodum ferre,ꝙ fit cum commodo,& vtilitate.
Mendicus, auari & cupidi hominis sumit interpretationem.Adag.Mendicorum loculi semper inanes.
Mensa,pro victu.Adag.Sybaritica mensa. De conuiuio dicebatur nimium apparato. Natum à gentis eius morib. Sybaritarum.n.luxus eo processerat, vt quicquid effœminatum, quicquid molle, quicquid accurata, atque ambitiosa luxuria paratum esset, id vulgo Sybariticum diceretur. Huc item pertinet Syracusana mẽsa Syracusani enim vt erant olim opibus florentissimi, ita & voluptatibus,ac delicijs addictissimi.
Menta,pro timore.Adag.Mentã belli tpe neque ferito,neq; edito. Inde natũ adagium, ꝙ menta corpori frigus adducat, cuius rei argumentũ est,quia semẽ genitale minuit: frigus autem aduersatur fortitudini, atque audaciæ. Nã, qui natura sunt frigidi,nulla quasi re,metu trepidant,qui contra sunt calidi,omnes feruent,feruntque audacia.
Mercurius,hominis indiserti significationem obtinet.Adag.Mercurius infans Ironia prouerbialis,vbi quis fingit se rudem artis eius, cuius est callentissimus.
Metra, pro incõstante. Adag. Mutabilior metra Erisichthonis.In eum cõgruit, qui secũ nõ constat.Erisichthon ad extremam deuenerat inopiam. Metram filiam vbi prostituisset,adolescentes, qui conuocabantur ad illã,sic amorem eius mercari studebant,vt ei alius equũ, bouem alius,atq; alij alia munera afferrent.Quare Thessali per iocũ dicebant Metram ĩ omnia munera conuerti.
Midas,pro diuite.Ada.Mida locupletior.huic proximum est,Tantali talenta.
Momus procacis hominis vicem hẽt.Hyperbole adagium. Momo satisfacere μῶμος, Græcè reprehensionem significat.Nota nõ minus,quam prolixa est Momi fabula.
Mons,pro re grãdi sumitur. Hyperbole.Ada. Aureos montes polliceri.De ijs,qui immensa promittunt, spesque amplissimas ostentant, à Persarum arrogantia ducta metaphora, qui propter auri venas,montes aureos tactitabant.
Mopsus pro homine indigno. Adag. Mopso Nisa datur.Cum præter omnium spem,res præclara contingit cupiam prorsus indigno. Erat enim Nisa puella insigni forma, Mopsus abiectissimus pastor.
Morsus pro obtrectatione. Non inest remedium aduersus Sycophantæ morsum. Nam eius calumnia non solùm perniciosissima, sed etiam ineuitabilis.
Mugil hominis eius significationem habet communi prouerbio, cui etiam desit,quod edat.Mugilis vitam degere.
Mulier pro summo malo.Adag.Mulierũ exitia de his,qui miserabiliter perierũt. Mulieres.n.oĩm ferè calamitatum procreatrices viris fuerũt.testis Pandora,Hesiodi, Bellũ Troianum,Hercules a Deianira, Danaidũ fabula.Lamiarũ mulierũ Historia:Cleopatra:sumitur item prouerbialiter mulier pro homine inepto.Adag. Ne gladiũ tollas mulier.i.ne suscipias.negocij molẽ, quam nequeas sustinere,aut ne lacessas inimicũ, cũ lacessitum nõ queat profligare. Pro formidoloso homine deniq; veteri adagio vsurpatur mulier: Mulier imperator, & mulier miles.Quoties totum negociũ ignauis commissum est, cumque & ij, qui præsunt, & ij,qui parent,pariter sunt formidolosi.
Mus interpretationem habet inanis promissi. Ada. Murem ostendit pro leone. In eos dictitari consueuit,qui cum grandia sint polliciti,ad res minimas ineptissimè dilabuntur.Huic adagio affine est culicem pro elephãto. Vsurpatur itẽ mus pro eo, qui quod facit suo didicit periculo.Adag. Mus piccem gustans. Conuenit adagiũ in eos,qui exaudacib.periculo gustato fiunt timidiores.In eos quadrat,quib. experientia parũ cessit, si quidem mus imperitus si qñ in piccem inciderit,aut perit, aut vix eluctatur, atque inde periculi memor eam metuit attingere.
Mus albus impuri,& flagitiosi hoïs hẽt significationẽ: Nã mures domestici falacissimi sunt,præsertim albi.Mus item pro circuitpecto,& prudẽte accipitur.Ada. Mus non vni fidit antro.Nihil hodie est decãtatius apud vulgus, quàm cum murem esse miserũ cui non est nisi unus cauus. Locus erit Adagio si quem moroſissimus,ut non tantum tribuat fortunæ, quin ad Musas possit recurrere. Mus denique pro minimè longæuo usurpatur. Adag. Muris interitus. Aelianus tradit murem minimè uiuacem esse.Conuenit adagium hominib. imbecillę ualetudinis. Aut iis, qui paulatim extabescunt. Verisimile est mures sic emori, quemadmodum nascuntur in Aegypto, ut aliqua pars sit uiuus mus:altera nihil nisi limus.
Musca modo pro scurra ascisitur alienum cibum captante.Aduolat.n. hoc insectum ad cibum alienum,& ęgrè potest abigi.Modo pro solitudine hominũ capitur. Hyperbole.Adag.Ne musca quidem. Vibius Crispus rogatus ecquis esset cum Cæsare in cõclaui, respondit ne muscam quidem intus esse.
Mussis pro diligentia exquisita ueteri adagio. Ad amussim. Hoc est,exactissima cura. Ad

de Italia cogitare: cuius me item desiderio inflãmauit ꝛpe Illustris. Card. Gherardus Grousbech, eꝰ quondam Leodiensis, gentis eius, quæ viget ĩ Italia, incredibilem gloriam summis laudibꝰ cælum tollẽdo. Nec vlla quidem sunt gloriæ monimenta, quę liliorum naturæ. i. familię eius simulacro nõ videantur quasi diuinitus respondere. Quæ enim boni principis quinq; sunt attributa, illa oĩa, natura magistra, quæ minimè potest errare, eluceſcũt in Liliorum imagine. Honor, obsequium, amor, integritas, & clementia. Quid honor? quia cũ nemo debeat aliis imperare, qui non iis sit melior, quibus imperat, Princeps vir optimus cum sit summus ei honor debetur. Hoc natura per lilĩ. Nã vt virtus, sic qui hoc summus est, in actione cõsistit. alij aũt tam incredibilis est virtus, tãta agendi vis, vt hasta eius effossa, tanquã vitis propagetur, quotq; sint hastæ nodi, tot inde ad paucos dies oriri germina cernantur, & bulbi. Si mõ nec hastæ flos ad huc sit apertus, nec a radicib. hasta ipsa auulsa. Magnũ verò ĩ principe monimentũ glorię, virtutem suam longè, latèq; propagare. Cui principi debetur obsequiũ, quia vim & numen Dei Opt. Max. princeps obtinet, appellaturq; vulgò eius Vicarius. Hoc monere videtur cęlestis ille, vt diximꝰ lilij color, asserere, eius radix cõstãs, vt aliũ ex plurimis bulbis, quasi oĩum simul studiñ nihil aliud esse debeat, quam qꝺ debetur Principi obsequiũ. Quare qui summus est amor debetur Principi, quia quantũ tribuimus Deo, quãtum parentibus, quantum patriæ, id nulla re euidentius, quã per amorẽ & obseruãtiã in Principem possumus declarare. Id natura p lilium. Nam cum amoris obiectũ sit bonũ. Hic flos suauis est odore: medicina vtilis: aspectu honestus: quo admoneri per Lilij symbolũ videmur, nihil melius, nihil inter mortales amabilius esse Prĩcipe. Quare vir integer princeps? quia non minus sũt ipsius, quàm aliorũ dẽt esse dominus. Cõtra. n. ius est, eũ alijs impetare. qui improbissimæ dominę cupiditati cogitur seruire. Quod docet Lilij natura. Nam eius flos quamdiu est integer suauem spirat odorem: putridum fractus, & collisus. Quamobrem deniq; clemens esse debet Princeps: quia satius est ex improbis bonos viros reddere, quam ipsos improbos perdere. Hoc loquitur, nisi planè hebescimus, per lilium natura. Illud enim vt est apud medicos, dolorũ acerbitates lenit: faciẽ næuis & sordibus abstergit: veneni vim tollit, ac deniq; vulnera sanat, vt nihil sit aut in expectatione boni, aut in cogitatione mali, qꝺ ex summo Prĩcipe Ranuno, & ex iuuentissimo Duce Alexãdro Farnesio patre, ñ liceat mortalib. vniuersis expectare.

Locusta intẽperãtiæ symbolũ ab Aegyptijs sacerdotib. cõstituitur, cum locusta nũquam pariat sine interitu, inde detestatio colligat intemperãtiæ. Hęc. n. pe. os vermem parit qui matrem ex repẽtino interimit. Locusta nec perfectũ hẽt gressum, nec perfectũ volatum, sed primo dat saltũ & quo lõgius prouehatur, addit motum alarum. Intemperãs neq; palati, neq; voluptatis verum sensum habet, q̃ quo magis anheiat, eo in grauiores morbos incurrit. Quid? vnum solum intestinũ hẽt locusta, tãq; iatũ, vt quasi tota sit in ventre, & nunquam non esuriat. In ventre habitat animus intemperantis, etusq; cõsilĩ & rationes oẽs gula absorbet, nec expleri, & satiari intemperans vnquã potest.

Luna imaginem hẽt pietatis, q̃ effingere cum vellẽt Aegyptij sacerdotes, lunam cum elephanto in flumine se abstergente pingebãt. Nam noua apparente Luna limpido se flumine abluunt elephanti. Si morbis infestãtur siderum quasi auxilium implorant. herbas coelum versus tendentes. Sermonẽ patrium intelligunt, honores ambiunt atque mortem infamiæ præferunt.

Lupa Hieroglyphicum est meretriciæ improbitatis, ab animantis rapacitate desumptũ. Natum enim est meretrices lupas appellari, & inde lupanaria dici. Tanta enim est animantis eius rapacitas, vt vbi causas intrauerit non solum interficiat, quod satis est ad ventrem sed totum gregem passim iuguiet.

Lupus symbolũ est furacis & auidi hoĩs, vt testantur Ægyptij, & Socrates in Phædone, q̃ rapacem & furacem hominẽ post vitã, vt autumat, tradit in lupũ abire, atq; vt refert Alb. Magnꝰ, Lupus est animal ferox, & dolosum: fur item & vi nititur, & insidijs. Lupi hęc est, ait, natura, vt si quẽ prius viderit, is ei vocem auferat, sin ante ipse videtur statim audaciã amittat, sed ille vocem recuperat, si amictum soluerit. Quot sum? periculosus est furis sensus: animo. n. denorat qcqd videt. si deprehenditur animũ statim amittit. Chordę. ex viscerib. ouiũ, cũ chordis ex lupi viscerib. permistæ in testitudine aut lyra, non sonãt. Nec lupi cauda ad boum præsepe suspensa permittit, aiunt, comedere boues. Quid? est etiam, docet symbolũ, auidi & rapacis hominis societas semper inutilis, & nunquam non suspecta & formidolosa.

Luscinia simulacrũ lucubrationis efficitur, qꝺ vernis temporibus noctem omnẽ quasi fallat modolãdo. Hãc alitem Græci Philomelam vocãt, quod cantus adeo sit studiosa, vt cum alijs in certamen veniat modulãdi. Victa morte sępè finit vitam, spiritu priùs deficiente, quam cãtu. Durat hęc argutia quindecim diebus, quæ in tantillo corpore, tam varij est concentus, vt ne ars hominum tot exquisitis tibiarum tormentis, eum possit vlla modulatione exęquare.

Lynx imaginẽ habet hominis acerrimi visus. Nam quadrupedum omnium clarissimè videt. Bestra est habens maculis distincta terga, vt pardus, sed similis lupo. Quare lynx quasi λύκος, hoc est lupus vocatus.

Disputatio xi.

Quæstio disputando explanabitur, si disputationis laqueis ingenij vis & doctrinę ratio ostẽdet teneri, cõstricta, & ita teneri, vt ars omnis & doctrina sine neruis disputãdi, & robore imbecillis sit & ĩfirma. Quid. n. est in omni gne & varietate scientiarum, qꝺ nõ possit aut sustineri, aut ĩfringi artis eius ꝓsidio? sed illud omitto, nõ minus sæpè habet ipsa quæstio salis, quam ipsa disputatio acuminis. Vt est apud Gellium. De eo septem iudices cognoscant: eaq; sentẽtia sit rata q̃ plures ex eo numero dixerint. Cum septem iudices cognouissent, duo censuerunt reũ exilio mulctãdũ: duo alit pecunia, reliqui tres capite puniendum. Quæritur capitis pęna necne sit puniendus reus, quia vtrinque æque vrget ratio ἄπορον, vocatur. Certum quippe est non æque vtrinque valere sentẽtiam, sed æque in ambiguo iacere, atq; idcirco nullam ratam esse oportere, quia nullus aptus iudicum numerus in vnam sententiã conueniat. Ex iis minimũ quatuor sentiunt iudices. Sunt disiunctę eorum sentẽtiæ, nec satis approbãt reliqui tres, quia illis numero sũt inferiores. Specula & propugnaculũ iuris in differendi residet ratione, omnesq; in ea proseminatę sunt quæstiones & cõtrouersiæ. In disputatione veluti ĩ aliquo vberrimo ingeniosũ prædio, ars facilè succrescit dicẽdi, generis huius colores. Amplificatione omnes fere tractantur. Amplificationis quadripartita est ro. Fit. n. aut incremento, aut congerie, aut ratiocinatione, aut cõparatione. Incrementum siue ἀυξησις, est cũ ex minoribus exaggeratis relinquit cõiectura de multo maioribus. Quorum grauitas animo magis est moderanda, quã verbis expri mẽda, qñ quod maius est supra modum effertur, vt turpe est a rẽo accipere fœnus, ab accusatore, quid dicã ab vtroq; itẽ vbi sem per aliquid insequit pro re maius. Hic pecuniã honorẽ, regnũ, uitam, patrię deniq; charitatem cõtempsit. Hic singulę voces incrementi vim habent. Cuius vicem etiã obtinet in vna voce superlatio, vt si improb. latro: taciturnus mutus, tardus, stipes, & truncus vocet, aut Philosophia tũtus, Plato, vel Aris. nominet. Cõparatio forma est ãplificandi, incremento fere contraria. Incremẽtum. n. tendit ad superiora, cõparatio a maioribꝰ dilabit ad inferiora. Ci. in Catilinam Serui mehercule mei si me isto pacto metuerent, vt te metuunt omnes tui: domum meã relinquendam mihi putarem. Dialectici hunc locum vocant a minori ad maius. In quo necesse est cum inferius augeatur, etiã superius augeri. Rõcinatio est, cũ coniectura sumpta ab aliquo, eorum q̃ pęne fidẽ excedũt, amplificare studemus vt Zeno ĩ mẽtem Aethnam pro honore se præcipitẽ dedit. Ex hoc loco rõcinari licet, quanti honorem fecerit, qui maluerit inanẽ honoris umbrã sine vita, q̃ vitã sine cultu eo, & honore Cõgeries est, vt plurimũ res diuersas significantium enumeratio. Ci. quid est in Antonio præter libidinem? crudelitatẽ? petulantiã? audaciã? nihil est in eo ingenuum, nihil moderatũ, nihil prudẽs, nihil pudicũ. Hęc apertius Epi. fam. apud Ci. vt lib. 7. epi. 23.

Verba Nativa.

Macarius, beatus μακάριος.
Macedonus, μακεδνός, excelsus.
Machina, μηχανὴ a verbo μηχανάω, i. machinor.
Mactra, μάκτρα, instrumentum in quo panis pinsitur.
Mœnia, quasi munia.
Magia, a verbo μαγεύω. i. magicã artẽ exerceo
Magnum, μέγα.
Magis, μᾶλλον.
Magister, id est, maior in statione. Nam στοὰ, græce statio dicitur.
Magnetes, μαγνῆτις.
Magus persico vocabulo. i. sapiens.
Malacia, μαλακία, id est, absurda prægnantis appetentia.
Malitiosus, deterior est malo, quia frequenter est malus.
Malleus, a molliendo res duras.
Malua, μαλαχή.
Malus quasi μέλας. nigrum.
Mamma, quasi malum rotundum.
Mania μανία. furorem Græci appellant.
Mancipium, quasi manu captum.
Mane, a manando qd de sole propriè dicitur.
Mancus, quasi manus ancus. i. cassus.
Manifestum, quasi in manu prompsum.
Manna μάννα.
Manſuetus, quasi manu assuetum.
Manus, quasi munus.
Mare, a meo, as.
Mars, quasi mas.
Martha, μάρθας. peccatum.
Mater μήτηρ. matertera, quasi mater altera.
Martyr, μαρτὺρ. testis.
Martyrium, μαρτύριον. i. testimonium.
Mastigo, μαστίγω.
Mater quasi malum patiens ter. in parturiente partum, & post.
Matthæus μαθητὴς μαθὼν. i. gnarus sum.
Mathematicus. μάθημα. i. disciplina.
Mauri, μαῦροι. i. nigrum.
Medea, consilio polleus, μήδεα. i. consilium.
Medeon, μεδέω.
Media, μηδία, regio Asiæ.
Medius, μέσος.
Medulla, quod in ossibus sit media.
Medus, a verbo μήδω. curo, impero.
Megera Inuidia, μιγέρω. inuideo.
Mel, μέλι.
Melancholia. i. nigrum fel.

Mela-

Melanthon.i.flos niger,μέλαν.nigrum ἄνθος. flos. pronicioſi hominis nomen.
Melodia μελῳδία.
Memoria,μνήμη.
Meninges, μήνυγγες cerebri tela.
Menſa a mandendo dicta.
Menſis Græce luna.
Mentior a mente,mendaciũ a mẽda eſt dictũ.
Meretrix,quod pretium libidinis mereatur.
Merum antiqui dicebant ſolum.
Meſpilum,μέσπιλον.
Milium a multitudine granorum.
Miniſter,i.minor in ſtatione.Nam στῆρ.Græce ſtatio dicitur.
Myrtus a mari,quod in litore naſcatur.
Miſericors, quaſi pro aliena calamitate miſerum cor habens.
Mitis quaſi munitus ad iniuriã ſuſtinendam.
Mœchia,μοῖχον,adulterium.
Moleſtia,a mole dicta.
Momus, inquiſitor a μωμῶ.inquiro.
Monachus,μόναχος,a μοναζω,i.ſolus dego.
Monarcha,μονάρχης.
Monaſterium,μοναστήριον.i.ſolitudo.
Monimentum,μονῆμα.
Mora μαῦρον.i.nigrum.
Morbus,quaſi mors.
Morio,a morte,eo,quod nõ vigeat intellectu.
Mors a morbo μῶρος.
Mos a modo.
Mulceo, quaſi molliceo.
Mulier,quaſi mollior.
Mulio,a mulis:in quibus agendis vitam agit.
Municipia,a capiendo munere.
Murus a muniendo.
Mus μῦς.
Muſç,μώσθαι,ſtudio inquirere.
Mutus a mugiendo.
Myropola μυροπώλης,vulgo profumiero.
Myſtagogus,μυσταγωγὸς chi moſtra le reliquie.
Myſterium, μυστήριον.

MODIFICATA TRANSLATE.

Machinamẽtum Doli loco veteri Ada ſumit. Megaricum machinamentum Olim.n.Megarenſes vulgo malè audiebant tanq̃ ſubdoli & veteratores,quod aliud in pectore clauſum, aliud in ore promptum haberent.
Machina pro auxilio,quod alieniſſimo ſit tempore.Machinas poſt bellum afferre.
Magiſtratus prouerbialiter, ꝙ quouis officio vendicatur.Magiſtratus virũ indicat. Vita .n.hoĩs,vix ſatis perſpici põt, niſi ab euẽtis, qui apertè declarant ex officio, & munere.
Mala munerũ habẽt interpretationem. Ada. Malis ferire. In eos dr, qui munuſculis ad id aſpirant,quod non poſſunt aſſequi virtute.Ductum Adag.à Fabula Atalantæ, quam Hippomenes curſu non ſuperauit,ſed arte. Proiectis .n. inter currendum malis aureis, in quibus ſublegendis, puella ſubinde moraretur,ſic præceſſit, ac vicit iuuenis.
Malleus & incus vtrẽ habent angoris, & acerbitatis. Adag. inter malleum & incudem. Quadrat in eos,qui ingentibus malis conficiuntur, à fabris ducta allegoria, qui ferri duritiem crebris vincunt ictibus.
Malum nunc vxoris habet ſignificationem. Ada.Neq; e cũ malis,neque ſine malis.Notum eſt illud Catonis, quod cum vxoribus incõmodè viuitur, at ſine illis omninò non viuitur.Nunc boni interpretationem. Exiguum malum ingens bonum. Admonet adagium ex puſillo labore,maxima cõmoda colligi. Si quid enim feceris honeſtum, cum labore,laborabit, honeſtum remanet.
Mandrabulus,pro hoĩe in dies ſe deterius gerente.Mandrabuli more.Inde natũm Ada. ꝙ Mandrabulus quidam cum theſaurũ reperiſſet,primũ auream ouem poſuit Iunoni Samiæ,proximo anno argẽteã, tertio ereã.
Mãdragora negligentiæ occupat locum.Ada. Bibere mandragoram. In eos dictitari ſolitum,qui obdormiunt tempori. Nam tanta vis ſomnifera ineſt mãdragoræ,vt detur ſecandis aduerſus intolerabilem cruciatum.
Mantica vitij loco ſumitur.Adag.Non videmus manticæ,quod in tergo eſt. Finxit Aeſopus ſingulos mortales binas habere manticas,hoc eſt,peras,alteram ante pectus, alteram in ſcapulis,tergoque propendentem: ſed in priorem,inquit,aliena vitia immittimus,in poſteriorem noſtra.
Manus modo ſumitur pro auxilio.Ada.multę manus onus leuius,reddunt.Significat prouerbium,ꝙ difficile eſt vni, id plurium auxilio facilè reddi.Modo vendicatur pro cupiditate Atticus porrigit manum.Huic adagio locũ fecit Athenienſis,qui in munerib. captandis,& aucupandis lucris ẽt expirans erat intentus. Nunc capitur pro modo. Adag.Manu ferendũ non Thylaco.Nã manu ferentem vti oportet, nõ autẽ tota corbe .i. modus in oĩ re eſt ſeruandus, & pedetẽtim ab aliis ad alia tranſeundum. Nunc vſurpatur pro hoĩe Manus manum fricat. Monet Adag.hoiem hoĩ eſſe natum. Nunc pro liberalitate accerſitur,plena manu dare. Natum Adag.ab ijs,qui non minutim, ſed cumulatè largiuntur. Cic.quam plena manu, quam ornatè noſtras laudes in aſtra ſuſtulit. Nunc deniq; pro ſtudio, & opera captatur. Adag.Manũ admouenti fortuna eſt imploranda. admonet adagiũ ſtrenuè,& viriliter agendo, ita fidẽdum eſſe diuino auxilio,vt à nobis abſit deſidiæ culpa. Reſpuuntur.n. à ſuperis inertium, & deſidioſorum vota.
Mare negocij habet interpretationem. Adag. Mare cœlo miſcere.Hoc eſt,omnia perturbare,nihil non facere.
Mars pro ingenio.Adag.Nro marte.Vbi nullis auxilijs adiuti,nro ingenio quiddã peragere dicimur.Translatum ab imperatorib. qui ſuis auſpicijs bellum ſuſtinent,vel quod ingenium in armis maximè requiritur.
Maxilla,cibum communi prouerbio ſignificat.Viro ſeni maxillæ baculus.De ijs dici ſolitum,qui ob defectas ætate vires,lautiore, & copioſiore victu cogũtur vti, vt quod ſenecta deſerit farciant cibo.
Medicus,pro maledico,aliorum medicus ipſe vlceribus ſcatens.Torquetur in petulantem hominem,& procacem, qui errata inceſſit aliena,innumerabilibus vitijs ipſe madens.
Mel cõmodi loco ponitur.Neque mel, neque apes.In eos dici ſolitũ, qui recuſant incõmodum ferre,ꝙ fit cum commodo,& vtilitate.
Mendicus, auari & cupidi hominis ſumit interpretationem.Adag.Mendicorum loculi ſemper inanes.
Menſa,pro victu.Adag.Sybaritica menſa. De conuiuio dicebatur nimium apparato. Natum à gentis eius morib. Sybaritarum.n.luxus eo proceſſerat, vt quicquid effœminatum, quicquid molle, quicquid accurata, atque ambitioſa luxuria paratum eſſet, id vulgo Sybariticum diceretur. Huc item pertinet Syracuſana mẽſa Syracuſani enim vt erant olim opibus florentiſſimi, ita & voluptatibus,ac delicijs addictiſſimi.
Menta,pro timore.Adag.Mentã belli tpe neque ferito,neq; edito. Inde natũ adagium, ꝙ menta corpori frigus adducat, cuius rei argumentũ eſt,quia ſemẽ genitale minuit: frigus autem aduerſatur fortitudini, atque audaciæ. Nã; qui natura ſunt frigidi,nulla quaſi re,metu trepidant,qui contra ſunt calidi,omnes feruent,ferunturque audacia.
Mercurius,hominis indiſerti ſignificationem obtinet.Adag.Mercurius infans Ironia prouerbialis,vbi quis fingit ſe rudem artis eius, cuius eſt callentiſſimus.
Metra, pro incõſtante. Adag. mutabilior metra Eriſichthonis.In eum cõgruit, qui ſecũ nõ conſtat.Eriſichthon ad extremam deuenerat inopiam. Metram filiam vbi proſtituiſſet,adoleſcentes, qui conuocabantur ad illã,ſic amorem eius mercari ſtudebant,vt ei alius equũ, bouem alius,atq; alij alia munera afferrent.Quare Theſſali per iocũ dicebant Metram i omnia munera conuerti.
Midas,pro diuite.Ada.Mida locupletior.huic proximum eſt,Tantali talenta.
Momus procacis hominis vicem hẽt.Hyperbole adagium. Momo ſatisfacere μῶμος, Græcè reprehenſionem ſignificat.Nota nõ minus,quam prolixa eſt Momi fabula.
Mons,pro re grãdi ſumitur. Hyperbole.Ada. Aureos montes polliceri.De ijs,qui immenſa promittunt, ſpeſque ampliſſimas oſtentant, à Perſarum arrogantia ducta metaphora, qui propter auri venas,montes aureos tactitabant.
Mopſus pro homine indigno. Adag. Mopſo Niſa datur.Cum præter omnium ſpem,res præclara contingit cuipiam prorſus indigno. Erat enim Niſa puella inſigni forma, Mopſus abiectiſſimus paſtor.
Morſus pro obtrectatione. Non ineſt remedium aduerſus Sycophantæ morſum. Nam eius calumnia non ſolùm pernicioſiſſima, ſed etiam ineuitabilis.
Mugil hominis eius ſignificationem habet communi prouerbio, cui etiam deſit,quod edat.Mugilis vitam degere.
Mulier pro ſummo malo.Adag.Mulierũ exitia de his,qui miſerabiliter perierũt. Mulieres.n.oĩuni ferè calamitatum procreatrices viris fuerũt.teſtis Pandora,Heſioda, Bellũ Troianum,Hercules a Deianira, Danaidũ fabula.Lamiarũ mulierũ Hiſtoria:Cleopatra:ſumitur item prouerbialiter mulier pro homine inepto.Adag. Ne gladiũ tollas mulier.i.ne ſuſcipias.negocij molẽ, quam nequeas ſuſtinere,aut ne laceſſas inimicũ, cũ laceſſitum nõ queat profligare. Pro formidoloſo homine deniq; veteri adagio vſurpatur mulier: Mulier imperator, & mulier miles.Quoties totum negociũ ignauis commiſſum eſt, cumque & ij, qui præſunt, & ij,qui parent,pariter ſunt formidoloſi.
Mus interpretationem habet inanis promiſſi. Ada. Murem oſtendit pro leone. In eos dictitari conſuetum,qui cum grandia ſint polliciti,ad res minimas ineptiſſimè dilabuntur.Huic adagio affine eſt culicem pro elephãto. Vſurpatur itẽ mus pro eo, qui quod facit ſuo didicit periculo.Adag. Mus piccem guſtans. Conuenit adagiũ in eos,qui ex audacib.periculo guſtato fiunt timidiores.In eos quadrat,quib. experientia parũ ceſſit, ſi quidem mus imperitus ſi qñ in picem inciderit,aut perit, aut vix eluctatur, atque inde periculi memor eam metuit attingere.
Mus albus impuri,& flagitioſi hoĩs hẽt ſignificationẽ: Nã mures domeſtici falaciſſimi ſunt,præſertim albi.Mus item pro circũſpecto,& prudẽte accipitur.Ada. Mus non vni fidit antro.Nihil hodie eſt decãtatius apud vulgus, quàm cum murem eſſe miſerũ cui non eſt niſi unus cauus. Locus erit Adagio ſi quem monebimus,ut non tantum tribuat fortunæ, quin ad Muſas poſſit recurrere. Mus denique pro minimè longæuo uſurpator. Adag. Muris interitus. Aelianus tradit murem minimè uiuacem eſſe.Conuenit adagium hominib. imbecillę valetudinis. Aut iis, qui paulatim extabeſcunt. Verisimile eſt mures ſic emori, quemadmodum naſcuntur in Aegypto, ut aliqua pars ſit uiuus mus:altera nihil niſi limus.
Muſca modo pro ſcurra aſciſcitur alienum cibum captante.Aduolat.n. hoc inſectum ad cibum alienum,& ęgrè poteſt abigi.Modo pro ſolitudine hominũ capitur. Hyperbole.Adag.Ne muſca quidem. Vibius Criſpus rogatus ecquis eſſet cum Cæſare in cõclaui, reſpondit ne muſcam quidem intus eſſe.
Muſſis pro diligentia exquiſita uetere adagio. Ad amuſſim. Hoc eſt,exactiſſima cura.Ad

unguem,eúdem habet ſenſum.Hoc à marmorarijs ſumptum eſt, qui ſuperinducto ungui marmor explorant,illud autem adagium à fabris lignarijs,qui funiculo illo regulati operis æqualitatem explorant.

Muſtella pro re inauſpicata. Adag. Muſtellam habes. In eum quadrat cui omnia ſint inauſpicata. Cui hoc adagium eſt ſimillimum, equum habes Scianum. Quia & uulgata, & prolixa eſt utriuſque animantis hiſtoria, unde nata ſint hæc adagia, malo enim hoc loco fortè deſiderari, quàm terminos, & fines tranſire prouitatis.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Malum punicũ Næui eſt ſymboluin. Vt.n.nullũ in eo fructuum gñe reperitur, in quo nõ ſit aliqd granũ putre: ita homo nullus ſine Næuo inuenitur,uel aĩ,uel corporis. Exprimitur itẽ per malũ punicũ populi Hieroglyphicum. Ea de cauſſa,q grana illa folliculis alia alijs ſegregentur prouinciarumque limites quoſdam prę ſe ferre uideantur.

Malus hieroglyphicũ eſt amoris. Arbor.n.hęc fructus fert aureos, & rubicũdos,q itẽ pallotis quaſi erubeſcentię habẽt ſigna. Quare germana uĩ i ea arbore amoris facies. Atq; olim hæc in Numiſmate effingebatur,cum pomum Veneri dicatum oſtenderetur.

Metus hieroglyphicè per leporem oſtẽditur. Eſt.n. lepus omnium quadrupedum timidiſſimus. Inde Cornificius milites degeneres ſolet galeatos lepores uocitare.

Mercurius ſymbolũ eſt eloquẽtiæ. Effingiturque hęc mõ. Iuuenis caput hñs armatũ galea, utrinq; alis munita, talos alatos, cęterũ corpore ex anteriori parte nudũ, poſt tergũ penula exiguè reflexa, dextra caprũ tenens cornib. apprehenſũ, unà cũ marſupio auro referto: læua caduceũ geſtans geminis anguib inuolutũ, quorſũ? nihil eſt in facultate dicendi, cuius non ceruantur in Mercurij imagine uelati quaſi quidam igniculi. Nã quę attributa ſex de eloquentia traduntur ab Ariſtot. Definitio, origo, partes, officiũ, utilitas, ac denique probatio: illa omnia ſole clarius in hæc una eluceſcunt imagine. Quorſum igitur Mercurius? latet in noſtris inuolucris definitio Rhetoricæ artis. Mercuri⁹.n. Græce Hermes dr, à uerbo Græco ἐρέω. hoc eſt, dico. Nemo aũt dicit, ſi uerbũ ad unum reſecare uelimus, niſi qui aptè ornatèq; dicit, cũ dicere ſit ex arte, loqui à natura. Quare Mercurij nomen ueram germanamq, artis oratoriæ habet defenſionẽ. Quid caput armatũ galea geminis alis, mutum? originẽ monet eloquẽtię, quæ partim manat ex doctrina, partim ex animi integritate. Atq; idcirco orator definitur à Ci. uir bonus, dicendi peritus. Nã rerũ peritia, & eruditio, ſi bene attẽdimus, uerè eſt capitis, aut rationis potius armatura. Quid alę, ſiue pẽnæ? penna æquitatis, ut uidere eſt in ſacris Aegyptiorũ litteris eſt Hieroglyphicũ, atq; integritatis ẽt. Nã ita amat integritatẽ penna, ut auulſa poſſit renaſci, integra non poſſit recreſcere. Quare ſi Mercurij galeã, hoc eſt, ſi eloquentiæ originem ſpectemus, nihil eſt eloquentia, niſi quaſi ioquẽs ſapientia. Cur Mercurius nudus ex anteriori parte, à tergo tectus penula? Duę ſunt partes artis oratoriæ potiſſimũ, Ars, & Natura. Illa ut tegatur docet penula: hæc ut lõgè latèq, enudetur monet reliquũ corporis. Quãobrẽ iuuenis, ut cũ iuuenis dicatur à iuuando, intelligamus nullo publicę adminiſtrationis officio magis iuuari rẽpub. quã eloquẽtiæ p̃ſidio. Neque.n. ipe belli magnopere accidit opus eſſe legib. Neque ipe pacis, & otij, armis, utroq; uero tẽpore reſp. q̃ ſumma ſint ſalutis, & cõis uitæ auxilia mutuatur ab eloquẽtia. Quid dextra pręſus caper cornibus? Quid læuã caduceũ geſtans anguib. inuolutũ? ſalſe notatur utilitas artis oratoriæ. Cuius duplex eſt ratio: Vna in frenandis, mortalibus ipe ociũ à luxuria, & cupiditate, qđ per caprũ oſtẽditur, qui cõtinenter diffluit libidine. Altera belli ipe in hoſtibus arcendis, & ſuperandis, ut per geminos ſerpentes monſtrat caduceus à cadendo dictus, q elocutiæ aduẽtu, aduerſa oĩa cadant? Quãobrẽ tali alarũ? probationis oratoriæ è Græcis uocantur ἄτεχνοι, & ἔντεχνοι. Hoc eſt, artis expertes: & artis participes. Sunt autem illę, ut leges, teſtes, pacta, quæſtiones, & iuſiurandum. Quæ omnes per talum notantur, cuius ſine arte imprimitur veſtigiũ. hę uero ſunt, ut ἦθικαι, παθητικαι, λόγικαι, quę per alas docte notantur.

Miluus ſimulachrũ cõſtituitur locupletis hominis. Volans quippè is ſpacioſa aeris inter uallą aberrãs prędã inueſtigat. Diues, aiũt, aut improbus, aut improbi hęres. Mas in miluorũ genere, ut Aelianus putat, non reperitur, fœmina ex auſtro concipit. Effœminatè multis etiã morborũ generib. obnoxius uiuit diues. Molliter volat miluus: latet hibernis menſibus, & podagra ſolſtitijs afficitur.

Minotaurus hieroglyphicum eſt ſilentij apud Ro. inter inſignia militaria. Minotauri effigies tũc extollebatur, cũ in ſecreto, & tacitè rẽ gerẽdã admonebatur. Oñdebat.n. hieroglyphicũ cõſilia nõ min⁹ occulta eſſe dẽre, quam fuit Minotauri ſedes, quippè labyrinthus; Quare Imper. Q. Cecilius Metellus Macedonicus, percõtantib. tribunis quonã exercitum huc illuc agitaret: ſi putarẽ iñdit, tunicã meam meorum eſſe cõſiliorum conſciam, repente diſciſſam igni darem.

Motus Prudentię eſt ſymbolũ. Quod ultima arborũ metu prunæ floreat & prima omniũ, ne æſtus lędat feruore, fructus pariat.

Mulus ſimulachrum eſt laſciuientis hominis, non prolis cã, ſed uoluptatis, ubi aut mulus cum equa, aut mula cum equo effingitur.

Mula Hieroglyphicũ eſt hoĩs, q alieniſſimus eſt ab amore. Mula quippè cõtra amorẽ tãtæ eſt efficacię, ut pulueretem, in quo ſe uolutauerit corpori inſperſum, mitigare amoris ardorem tradant Magi. Symbolum itẽ eſt ſterilitatis. Nam eius partus eſt præt. nat.

Muſca ſymbolũ eſt rei cominus geſtæ. Muſca aliqñ in laconum Clypeis inſigne fuit, cauſſam quærenti, ſignũ eſt, rñdit, me tã proximè ad hoſtes accedere, ut muſca ab eis internoſci poſſit. Muſca itẽ imago effingitur in docilitatis. Nullum enim aliũ animalium animalium minus docile exiſtimatur, neq; minoris intellectus: Sola quippè humano gaudẽs conuictu, ut ait Plutarchus, nunquã mãſueſcit. Eſt deniq; Muſca pertinaciæ typus, q licet ab omnibus ſolita ſit abigi, pertinax tamen perſeuerat, redire, & inſeſtare abigentem.

Mus imbecillitatis eſt pigmentũ, ſi exanimatus effingatur. Nullo quaſi negocio interit. Nam quaſi uiuum ſit cadauer ſpiretq; hæc animans tanquã mortua, eo laborat natura uitio, ut etiam uiuus contabeſcat. Atque idcirco dicitur ſorex, quaſi ſἰων, hoc eſt, putridum, q mortui eſt proximum. Mus uiuus ſymbolũ eſt detrimenti. Is enim dies nocte ſq; ſemper aliquid rodit, ac omnia, quæ rodit inquinat, & inutilia reddit.

Muſtella, ut ait, Horus Aegyptiacus pro ſimulachro effingitur uirginis, q oſſeo genitali ſit prædita. Infortunij item muſtella apud ueteres erat imago, quod animal hoc inauſpicatum, infauſtumque perhibetur. Inſidiatur enim domeſticis animalibus.

SVASIO XII.

Suaſionis expoſitio ea eſſe dẽt, ut in eius artificio, oño efflorẽſcat ſententijs, atq; appoſitarũ rerũ redundet exẽplis. Prudenti.n. facilè fidẽ hẽmus, neq; beneuolo niſi coacti reſiſtimus. Quare ſuadẽtis eſt nõ ſolũ illa, quæ in uerborum tegumentis latent, quæque in artis, & ingenij quaſi quibuſdam latibulis deliteſcunt in apertũ deducere, atq; uerbis honeſtare: ſed ẽt eorũ mẽtẽ, quibuſcũ agit, ſuæ uirtutis beneuolẽtia imbuere. Hẽt ſuaſio nõ ſolũ ſegetẽ, & materiã, ſed ẽt anſam ſæpe orationis, & epiſtolæ. Laudatur in hoc orationis ſilo, humile genus dicendi, modo tñ nihil, quod iacens putidumq, ſit oleat. Nã orationis tenuitas niſi arte corrigatur, facilè fœdida puerilique reddit. Quare dẽt hoc orationis genus eſſe ſubtile, non languidũ, & exile attenuatum, non exãgue, & aridum. i. dẽt eſſe plenum acuminis, nec ornamenti uacuum. Quantum autem hęc ars habeat ad oẽs res facilitatis, unus euidentiſſimo Carneades docet exemplo, qui nullam unquã rẽ in diſceptationibus, neq; defendit, quam non probarit, neque oppugnam, quam nõ euerterit, Cic. in Epiſt. Fam. lib. 3. epiſt. 18. officium meum. li. 4. epiſt. 1. Cnæus Trebatius, lib. 5. epiſt. 21. gratiæ mihi, lib. 6. Epiſt. 8. Cum eſſet mecum epiſt. 12.

VERBA NATIVA.

Nanus, νάνος Latinè pumilio.

Narciſſus, flos, νάρκισσος, à νάρκη, ſtupor, tam eius odore ſtupeſcunt ſenſus.

Naſus, à νάω, fluo, quod per nares purgetur cerebrum.

Naufragium, ναυάγιον.

Nauis, ναῦς.

Nauo, id eſt, ſtrenuè ago.

Nauſea, ναυτία, à uerbo ναυτιάω, i. nauſeo.

Nauta, ναύτης.

Nauticus, ναυτικός.

Nauus, à nauiũ celeritate, i. celer, & ſtrenuus.

Ne, μή.

Nebula, νέφος.

Nebulo, à nube, q qualis ſit uix intelligi poſſit. Propter frontis nubeculas. i. ſimulationum, & diſſimulationum tegumenta.

Necem, νέκυες, mortuum dicunt Græci.

Nectar, νέκταρ.

Negligo, à ne & lego, quaſi non lego.

Nego, à non & ago.

Negocium, quaſi negans ocium.

Nemo, quaſi non homo.

Nemus, νέμος, à νέμω, id eſt, paſcendo.

Neo, νέω.

Nepos, quaſi natus poſt quæritur.n. poſt filium.

Neptunus, à nando.

Nequam quaſi ne quicquam. i. nullius precij.

Nereo, νέρω, id eſt, aqua.

Neruus, νεῦρα. (piens.

Neſtor à νη, ſanè ἴστωρ, ſapiens, quaſi ualde ſa-

Neuter, quaſi non uterque.

Nicomachus, νικόμαχος.

Niger, quaſi nubiger, quia non ſereno, ſed fuſco coopertus eſt.

Nihil a non & hilum componitur, quod grano fabæ adhæret.

Nimbus è nube dictus.

Ningo, νίφω.

Nitrum νίτρον.

Nix à νίφω, nouum.

Nodus, à neo.

Noceo, νόσος, morbus, à nocendo.

Noe, ceſſatio, uel requies.

Nomen, ὄνομα.

Nonæ, νῶναι.

Non, νή.

Noſco, γνόω.

Notus ventus, νότος.

Nothus, νόθος, ſpurius.

Nouerca, quaſi noua uxor dicta.

Nouo, νέω.

Nox, νύξ. eſt autem nox umbra terræ, & a nocendo dicitur, quia nocet oculis.

Noxa culpa.

Noxia, à nocendo.

Nubes, a νέφος, priuatione lucis.

Nugæ, à non & ago.

Nullus, quaſi non ullus.

Numẽ à nuo, quod ueteres pro uolo dicebãt.

Numus, νόμισμα.

Nunc,

Nunc.νῦν,ν in ι commutato, & in fine addita littera c.
Nuper,quasi nou iper.
Nuptiæ a nubendo,id est, tegendo, quod capite velato virgines viro traderentur.
Nutus,νεῦσις.
Nux,a nocendo.
Nyctricorax,νυκτικόραξ.
Nympha,νύμφη,sponsa.

MODIFICATA TRANSLATE.

Nasus pro ira. Fumantem nasum vrsi ne tentaueris. Prouerbij vim habet apud Martialem, Admonet non esse tentandos, qui possint nocere. Hac parte corporis icta potissimum vrsos irritari docent bestiarij.
Nasturtiũ socordię notã veteri adagio inurit. Ede Nasturtiũ. in socordẽ dr & ignauum. Nam huic efficaciam inesse olim credebant erucę contrariam, quæ vim vigoremque aĩ fulcitaret, vnde & nomen apud Græcos habere videtur κάρδαμον, quasi cor domans.
Nauis pro vitiorũ officina. Adag. i nauib. educatus. In eum conuenit, qui rudis sit, & ĉ alienus à moribus liberalib. Pro sene item vsurpatur. Nauis annosa haud quaquam nauigabit per mare. Congruit in eum, qui ob ętatis imbecillitatem, ad res arduas obeundas, sustinendaque pericula parum est idoneus.
Neruus laboris, & studij habet interpretationem. Omnibus neruis, id est, summa vi, summoque studio. Nam robur iuxta philosophos in neruis situm est.
Nihil, pro doctrina inani. Adag, cape nihil, & serua bene. Congruet in doctrinam inutilem & falsam; eorum præsertim, qui cum doceant friuola, tamen iubẽt auditores meminisse.
Niobe, calamitosi habet significationẽ. Ada. Niobes mala. De misero, & infelice dicebatur. Erat Niobe filia Tãtali, vxor Amphionis, quæ filios hẽbat sex, totidẽ puellas, eius successu insolens contempsit Latonam, quæ non nisi duorum mater esset, Apollinis, & Dianæ. Hæc, vt est in fabulis, post occisos liberos, in saxum præ nimio dolore dirignit.
Nodus amicitiæ loco ponitur. Ada. Herculeus nodus, quo arctissimam, atq; indissolubilẽ amicitiã significamus. In caduceo Mercurij duo sunt serpentes masculus, & fœmina, qui medio corporũ cõplexu nodũ efficiunt Herculanũ. Seneca syllogismũ indissolubilem Herculanum nodum vocat. Vẽdicatur item pro vitio Ada. Malo nodo malus quærẽdus cuneus. Id est, malũ vitiũ malo pellitur supplicio. Sumitur denique pro quæstione. Nodũ in scirpo quæris. In eos conuenit. Adag. qui difficillimas qõnes de rebus ijs mouent, de quib. nihil est dubitandum.
Nomen, pro memoria, tamquã meum nomẽ, tamquam meos digitos teneo. Prouerbiales hyperbolę sunt, si quando promptam certamque memoriam significare volumus.
Nouaculam, pro inimico. Nouacula in cotem. Quadrat Adag. in eum qui cũ studet alium lędere, ab eodem lædit, siquidem nouacula, si in molle quippiam inciderit, illud desecat, sin in cotem, retunditur.
Nox deliberationis significationem habet. In nocte consilium. Admonet Adagium non esse prĉipitandum cõsilium, neque statim ad primos animi impetus quiddam agendum, sed dudum de eo esse deliberandum, quod semel est statuendum.
Nucleus interpretatur, pro commodo. Qui ẽ nuce nucleum esse vult, frangat nucẽ. Hoc est, nemo ante commodi fit particeps, quam patiens esse cœperit incommodi. Adag. ex sententia Plauti natum.
Nudus pro paupere. Nudus tamquam ex matre. Hyperbole de eo, qui omni laborat rerũ egestate. Nudissimi enim nascimur, quod non item cæteris animantibus accidit.
Numerus pro hoie minimè frugi. Hora. Nos numerus sumus, & fruges consumere nati. Adag. à calculis sumptum, qui ad rem aliã nullam sunt vsui, quam ad numerum.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Nidus patrimonij est symbolum. Aegyptij sacerdotes simulachrũ patrimonij exprimere volẽtes, Nidum hirundineum cõficiebant, Hieroglyphico inde desumpto, quod ab auium nulla, nidus tanto labore, tanto studio, tam diuturnus, & posteris quoque vsui futurus ędificetur, Nam si parentes intereant, eam adeunt hæreditatem filij.
Nigror symbolũ est terræ: terra publicæ vtilitatis. Hic autẽ color in perillustri Abduensium imagine tantam habet commẽdationem gloriæ, quanta sunt erga mortales munera terrę: quę elementorum oĩum est vtilissima, quęq; in medio mari sita, quas & maris, & cœli mutuatur vtilitates, eas oẽs ministrat hoibus. Quorsũ? perillustris Abduensiũ familia numquã fuit nõ mortalib. vtilissima. Mitto amplissimi Comitis Constantini merita. Nemo.n. non intelligit, qui cũ virũ vidit, verũ se exẽplar vidisse pristinæ virtutis, eximiumque præsidium vtilitatis publicæ, & salutis. Atque eo fuit beatior, quo plurib. Illustris. suæ coniugis Blanchæ Abduensis virtutib. sui noĩs, & fame gloriã locupletauit. Nam quid dicam de illius matronæ in oi negocio constãtia, de summa vi tæ integritate, de liberalitate, mode ratione in rebus priuatis, splendore in publicis? Nullũ est, aut bonũ animi, aut formæ decus, aut fortunæ commodum, quo nõ frui visus est talis tantusque viri in clarissima coniuge. Vt merito etiam iam non tam de patre, quã de patris integerrima coniuge, gloriari possit perillustris Comes Franciscus Abduensis, a qua omnia a puero ornamenta virtutum vĩ esse mutuatus. Nam cum hic iuuenis domesticæ virtutis exẽplo ad gloriam, atque dignitatem sit educatus, tũ ita est instructus, vt nemo hoc adolescente, nobilitate, nemo præceptorũ peritia, nemo plurium artium studio, nemo vitę innocẽtia illo sit pstãtior.
Nilus Hieroglyphicũ tẽperantię constituitur ab ægyptijs sacerdotibus. Est Nilus ægypti fluuius, qui vt contrahit plurimũ limi, quo arua fœcũdat; ita temperãtia etsi apud mortales vĩ fordescere, parit tñ plurimum vtilitatis. Temperantiæ partes sunt tres, abstinentia in cibis, sobrietas in potu, castitas in Venere. Cibi & potus esse habendam rationem monet suo nomine: nam qui Nilus dicitur, Geon alio nomine vocatur à γῆ terra, quod incremento suæ inundationis terram ægypti irrigare ad victum non vitium consueuerit. Alit Crocodilum, hominis hostem capitalem. Admonet Hieroglyphicum neminem ante castitatem satis posse seruarẽ, quam dissentiat à sui amore.
Noctua hieroglyphice uim habet odij. Ægyptij igit sacerdotes mutui odij simulachrũ fingere volentes, Noctuam, & Cornicẽ pingebant. Cornix.n. interdiu oua noctuę rapit, absumitque: noctua nocte oua cornicis inuadit: altera altero ipe potentior. Est item noctua symbolum mortis, q; noctis sit ales hæc domina, lucemq; qua viuimus, fugiat. Fit deniq; noctua simulachrum sapientiæ. In Antucho numo sculptus cernebatur leo, humi quasi procumbens, cuius in humeris inhærebat noctua. Quo symbolo mõstrabatur vires cedere sapientię. Leo enim roboris, Noctua Minerue habet significationẽ, & sapientię, quippe quæ videt in tenebris.
Nox cędis est symbolum, quam effingere veteres cum uellent, Nucem persicam omni carne denudatam pingebant quod in testa, & osseo tegumento signa telorum omnũ, quę punctim, cæsimque feriant, conspiciuntur expressa.
Nyctricorax Hieroglyphicum pingitur tyranni. In aliena vitia coniectos habet tyrannus oculos, quos non potest bonis spoliare, emudat, detrahendo famæ, & noĩ. Nec denique mortui sunt tuti ab eius scelere. Hoc hieroglyphicè nyctricorax: hoc est, noctis coruus. Nã quæ scelera in obscuro latent nõ solum deuorat, sed etiã lucro habet. Dicitur q; alio noĩe noctua, quasi noctu intuens. quæ vt lucẽ ferre non potest, sic nec tyrannus lumen patitur alienæ virtutis quid? contemnat aliorum vitia Tyrannus: virtutem cõprobat: Illam vt extorqueat pecuniam: hanc, vt caueat sui sceleris pericula. Omnib. maledicit, officitque bonis vniuersis. Id apẽtè hieroglyphicum. Nam Nyctricoracis vox grauis est auibus vniuersis, & horribilis. Colũbis aduersatur & cornicibus, eorumq; ouа frangit. Idest, & pietatis, & doctrinæ hostis est Tyrannus. Cur denique nec mortui tuti à Tyranno? Nyctricorax ruinis delectatur in ijsque nidificat, atque in sepulchris mortuorum nidum ponit.

DISSVASIO XIII.

Dissuasionis explicatio ea corã effingi debet, quę non tam verbis & argumentis, quam ore, & vultu repræsentetur. Vt.n. res oratione, ita oratio vera ne, an ficta sit, fronte, & supercilijs, tãquã euidentissimis signis ostenditur. Quare si coram agitur, in pronunciatione maxime vis eius inuoluta tenetur, sin per litteras exprimitur, inuectione, & elocutione exhilarata, plus in his habet, quàm in vultu vitiũ. Cic. in epist. Fam. lib. 5. epist. 4. li. 6. epist. 19. Maculam affricio. epist. 23. non ea res. lib. 8. epi. 5. quanta tu cura. li. 10. epist. 6. quæ locutus est. Dicitur dissuadeo per interpretationẽ à voluntate abduco, per Etymologiam, quasi diuersum suadeo. Ponderantur autem per Etymologiam.

VERBA NATIVA.

Obolus, ὀβολός.
Obscœnũ, a κοινῶ, inquino, hinc cœnum lutũ.
Obnoxius, qui alicui ob noxam est datus, quasi nexus culpæ datus.
Obscurum a cura, quod tenebrę curam nobis injiciant.
Obsecro, quasi ob sacra peto.
Obsonium, ὀψώνιον.
Obtestatio est cũ Deus testis in meliorem partem vocatur, detestatio, cum in deteriorem.
Obtrector, quasi contra sententiam tractor.
Occasio, opportunitas ipsis, casu proueniens.
Occisus, a cædendo, necatus fine ictu.
Oceanus, celeriter fluens. ὠκεῖα, celerem vocant, ῥέω, fluo.
Ocrea ab ob & crus.
Octo, ὀκτώ.
October, ὀκτόβριος.
Officium, ab officiẽdo per antiphrasim, quod nemini efficiat, prosit plurimis.
Oleat, ἔλαια, καὶ ἐλαία. (oleat.
Oletũ stercus humanum ab olendo, q; pessimè
Oleum, ἔλαιον, Græcè bonum.
Olor, quasi totus albus, ὅλος, i. totus, εἰρεσιος, pulcher siue albus.
Olympia, ὀλύμπια.
Olympus totum fulgens, ὀλύμπιος.
Omen quasi oremen.
Onager, ὀναγρος, Ital, asino saluatico.
Opilio custos ouium, quasi ouilio.
Oppidum, ab oppositione murorum.
Opportunitas ab ob & portus.
Optimum, quasi optatissimum.
Optio, quasi optatio.
Oraculum ab orando, locus in quo oratur.
Orare, antiqui dixerunt pro agere. Hinc Oratores, qui peragunt mandata reip.
Orbus, ὀρφός.
Orcus ab vrgendo dictus c, enim pro g, sæpe ponebant antiqui.
Oręstes, ὀρέστης.
Organum, ὄργανον.
Orion, ὠρίων.

Om, quasi ore ago.
Orphanus, ὀρφανὸς.
Orpheus, ὀρφεύς.
Orthodoxus, ὀρθὸς, ἐκ, recta gloria, ὀρθὸς, recte δὲ λέξα, gloria.
Orthographia, ὀρθογραφία.
Os, quasi ostium corporis.
Ouum, ᾠόν.
Oxyporum, ὀξύπορον, falsa.

MODIFICATA TRANSLATE.

Obolus, p pecunia, ne obolū hēr vnde restim emat. In eos, q maxima rei inopia laborant.
Oculus, nūc prodūce capitur. Adag. in occipitio oculos gerit. Dī de prudentib. qui et in silentio audiunt, & nō videntes vident. Nunc pro hoste. Adag. oculis magis habenda fides, quam auribus. Hoc est, testi oculari, quā aurito. Itē multæ rēpū funditantes, & oculi. Hoc est, exploratores. Nunc prælagii loco ponitur. Oculus dexter mihi salit, vbi prælagū est visuros nos lætum quippiā, & vehemēter exoptatū. Quale est, quod refertur Plinius, vulgō quandoq; creditū fuisse, vt qui laudarentur absentes, eis dextra niniret auris, qui vituperarentur sinistra. Nunc denique præ ipso aspectu oculus sumitur. Adag. pudor in oculis. Horum nos pudet, quæ in aspectu sunt. Vnde fit, vt pueri cū pudescunt, oculos tegant. Et apud Platonē Socrates dictatus, de amore ob pudorem oculos tegit; hic & poetæ cupidinem, q̄ sit improbissimus, cæcum fingunt. Quare, vt ait Cic. videmus eos, qui oculis capti sunt, a verecundia plurimum abesse.
Oedipus diuinatoris habet interpretationem Dauus sum, non Oedipus.
Oestrū pro cupiditate. Oestro petitus ingenti cupiditate commotus. Oestrū n. est insecti genus horrendo strepitu, quo audito Iuno Vaccā Io in furorē egit. Quare & poetæ diuino correpti furore œstro cōciti dicuntur.
Oleū modo pro adulterino, & exitiali capitur remedio. Ada. oleo incendiū restinguere. ineum dr, qui ea adhibet remedia, quæ malū magis, ac magis exacerbent. Modo vsurpatur pro hoc minimē iracundo. Adag. oleo trāquillior. Hyperbole, quod eo liquore nihil, sit neq; lene magis, neq; tacitum magis. Est n, vsq; eo olei natura trāquilla, vt mare quoq; rem oīum sæuissimam tranquillet. Atq; ob id naugātes, aiūt oleū ore spargere, q̄ mitiget elemēti naturā asperā, lucēq; apportet. Modo deniq; sumit pro tēperata arte tegendi. Adag. oleum & falem oportet emere. Refert, Adag. hoc Arist. Rhet. libr. 2. quo admonemur īterdū opus esse cōtrariis remediis, nunc acrimonia, nunc lenitate, sal n. mordet, & siccat. oleū lenit, ac humectat.
Olla pro re sordida. Adag. Ollas oblentare, est rem per se ridiculam, ac sordidam petinde vt maximam efferre,
Opera, pro artificio nouo. Adag. Dedali opera. De iis quæ nouo artificio fabricata sunt, & admirando. Hinc natum, quod Dedalus formas animalium fingeret ceu sibi participes, & ita scitè, vt spectantibus viuere, atq; ingredi viderentur.
Opes, pro re caduca. Adag. Figuli opes. Id est, fictiles diuitiæ de rebus incertis, fragilibus ac neutiquam duraturis.
Orbus siue Orus vecordem hominem cōmuni prouerbio significat. Orum, Asionem Latini nominant.
Ouis, pro seruo. Ouium nullus vsus, nisi pastor adsit. Admonet adagium à seruis nihil recte fieri, si abest herus. Inutiles discipulos quoties abest præceptor.
Ouum vsurpatur pro simili. Adag. Non tam ouum ouo simile. De rebus dicitur indifferæ similitudinis. Ité non tam lac lacti simile, non tam aqua similis aquæ pro abstemio capitur. Adag. Nocturnum ouum. De iis qui à vino abhorrent. Nam si infantes vt sentit Philostratus, prius quam vinum gustarint, ouū huiusmodi hauserint, haurient simul vini odium, & adeo. vt in omnem vitam, quam maximè sobrii sint futuri.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Oculus symbolum amoris effingitur. Inde fere aliquem in oculis, est vehementer amare. Sedes n. oculus est amoris, queque cernitur in eo imago, cē fetur esse cupido. Atq. amorem notat. Tauri effictus potissimum oculus, quod amor gaudeat torositate aspectus, vt est in Tauris. iustitiæ item simulachrum effingitur patens oculus.
Olea Typus est viri misericordis. Quare sunt nonnulli qui misericordiæ causſa Deorum simulachra fabricari olī ex olea consueuisse contendant. Oleo quippè constat contra furorem tantam inesse vim, vt effusum in perturbatos vesanientis maris fluctus, tempestatem efficacissimè tranquillet. est item olea pacis Hieroglyphicum usurpatū in sacris literas à cōlumba cum olivæ surculo in aream Noe reuersa, quo sensit Diluuij vim tranquillam, & placatam esse. Symbolum item spei olea constituitur. Cū propter continuam viriditatem, & temperantiæ, & prudentiæ passim habet significationem.
Oleum symbolum est studij, & laboris. Hoc est, vniuersi Gymnasij. Nec enim solū solet oleum ad corporis vires referri, sed etiam ad mētis labores, & vigilias. Vnde dictitari solet de sapientibus eos olei plus, quam vini sumpsisse: & ea lucernam olere, quæ magno studio sint factitata. Est item oleum condonationis, & venæ signum, & imago. Idque cum auctoritate Hebræorum tum naturæ. Interimit n. oleum omnia insecta, omniūque vlcerum ex eo confectum vnguentum est etiam remedium.
Olor sapientissimi viri typus est & imago. Sacer n. est Apollini, quem Deum Poetæ fecerunt sapientiæ. Nec sine causſa. Nam vt testatur M. Tullius in Tusculanis quæstionibus, quasi præuidens quid in morte boni non sit, cum cantu, & voluptate olor, qui cygnus à canendo est Græcè appellatus, mostrat. Quæ res in perillustri Filodonorum familia magnā hēt cōmendationem cœlestis, & diuinæ sapiētiæ, atque eius virtutis, cuius adminiculis bene beataq; gubernacula administrātur reip. Nam quorsum in ea gēte Cygnus? testatur Socrates, qui per quietem aliquē eū existimaret nouellū se Cygni pullum tutet genua tenere, qui plumis repente sumptis in sublime euolarit, aetemque omnē suauissimo clangore cōpulerit: postridie Platonem ab Aristone patre ei commendatū, vt vidit, statim Socrates exclamasse fertur Platonem eum esse Cygnum, cuius imago nocte proxima sibi per somnum fuerat oblata. Magna vero ex ea alitis imagine apud Filodonos commendatio virtutis, & gloriæ, quorum multi, vt Plato in Philosophia, ita in administratione ciuili cæteros mortales superarunt æquitate, & iustitia. Quos vt omittā, vnus pro centum oīb. viget virtute, magnus ac Regius in Mediolanensi prouincia Cācellarius Daneſius Filodonus, qui quēadmodū Cygnus naugantibus cursum felicem præsagit, ita ipse in publici muneris, & officij sui administratione, tam fausta, tam secunda, & optata semper omnia præstiterit, vt facile princeps sit sui ordinis. Nam cū et summus ab omnibus honor habetur, tum tanti fit à Rege Regum Philippo, vt nihil vniuersi Magistratus in feudis alienandis simul possint, quod vnus ille, solusque pro animi sui voluntate non possit exequi. Atque eius fide, integritate, incredibili que doctrina perspecta, & cognita, homini tantum tribuit, vt in eius ore, & iudicio planè consueuerit acquiescere.
Opulentiæ symbolum tam apud Aegyptios, quam aruspices est formica, Indicē. n. formicæ aurum cumulant. Mydæ igitur Phrygi cum puer esset, dormienti formicæ in os grana tritici vbi congererent, diuissimum illum futurum prædictum est, vt euenit.
Ostrū humani generis Hieroglyphicū fecit Plato, vt intelligeremus, puto, animi vim, in corporis carcerem, & tenebras intercludi.
Ouis symbolum est stulti hominis. Animal enim hoc, q uod scit, nescire videtur. Animantes enim cæteras cursus velocitate superat, quod tamen dissimulat.
Ouum Noctuæ, Abstemij hominis est Typus. Quod datum ebriosis etiam vini tædium, affert, eosque abstemios reddit.
Orix sobrietatis est symbolum. Est. n. animal perpetuo sitiens, & tamen plurimum aduersus sitim affert præsidij. In corpore enim eius inueniuntur vesicæ liquore salubemmaplenæ, e quib. etiam si latrones Getuli contra sitim vtuntur, quando per deserta aut via diuagantur. Per hoc animal item pictum, aut sculptum Mathematicum hominem Hieroglyphicē intelligebant Aegyptij. Cuius in facultate ita præcellit in hoc Treuerensi Gymnasio vir summæ doctrinæ, & virtutis F. Philippus Ferratus, eximius & singularis Theologus, vt Betolo Astronomo, nunquam ab Athenienſibus tantus honor sit habitus, a quibus ei in Gymnasio statua ænea est posita, quanto honore his nostris temporibus videretur ille dignus.

DIALECTVM XIIII.

Explanabitur iudicij vis, si illud demonstrabitur esse eiusmodi, quo nihil sit, cum in omni genere scientiarum, tum in oratoriæ facultate laudabilius. Quod in eo argumēta sint delibata, melius tuentia, amplificatio constans sit, & eminens. Iudicij quadripartita est ratio. Vna ex fontibus proficiscitur, quæ est Brutorum: altera huic proxima ex opinione manans, quę imperitæ est multitudinis. tertia nititur ratione, & est Philosophorum. vltima auctoritate corroborata, quæ Iurisconsultorum est propria. Habet iudicium apud Cic. orationis argumentū. Pro P. Quinto. Pro A. Cluentio, pro C. Rabirio Flacco, pro P. Sylla. Post expositionem ponderantur per Etymologiam.

VERBA NATIVA.

Pagina, a pangendo, quod in ea pangantur scripta.
Pagus, à πηγὴ, fonte.
Palæstra, ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι τὸ σῶμα, id est, corporis agitatione.
Palinodia, à verbo παλινῳδεῖν, retracto. Inde canere palinodiam.
Palinurus, quasi iterum meiens, πάλιν, iterū οὖρος, vrina.
Palma, à pando.
Palpebra, à palpitando.
Pandectæ, à πᾶν, id est, omne, δέχομαι, capio, quod omne ius capiant.
Panis, à pascendo.
Panthera, à πᾶν, & θὴρ, fera, quasi tota fera.
Papę, βάβαι.
Parco, quasi parum tango.
Paralogismus, παραλογισμός, παραλογίζομαι, id est, falso vtor argumento.
Paradisus, παράδεισος.
Parasitus, à παρὰ τοῦ σιτεῖν, à cibo tot⁹ pēdis.
Parenthesis, a παρεντίθημι, interpono.
Parabola, ἀπὸ τοῦ παραβάλλειν, i. comparare.
Paracletus, παράκλητος, consolator.
Paralyticus, à παρὰ, id est, sine λύειν, id est, labore: quasi infirmis.
Parochus, παροχὸς à παρέχειν, præbendo.
Pars, quasi à tota parta.
Parthenope, παρθένος, virgo ὄψις, facies, quasi virginalis facies.
Pascha, πάσχα, pati Hebraicè transitiua.
Pasiphae omnibus apparens, πᾶσι, id est, omnibus, & φαίνομαι apparco.

Paro-

Paroxysmus,à παροξύνω incito.
Patrimonium.πατρωνύμιον.
Pax,à pactione.
Peccare,quasi pellicare.
Pecto,πέκω.
Pecunia,à pecude dicta.
Pelagus,quasi πόλε τῆι γῆι, i.procul a terra.
Pellex,παλλακὴ.
Penetrare,quasi penitus intrare.
Penelope,πηνέλοψ.
Pēnę ex Græco:Nā πέλωρα vocant volucria.
Pentecosse,πεντηκοστὴ.
Pes,πούς.
Pentu,πένης,Græcè nutritio.
Perennis,quasi perpetuus annus.
Pertidus,quasi perdens fidem.
Periurus,qui perperam iurat.
Peripateticus,à περιπατέω,ambulo.
Petra,πέτρα. (mera.
Peristromata,περιστρώματα,fornimento di ca
Pica,κίττα.
Piger,quasi pedum æger.
Pilus,a pelle dictus.
Pinus,πίναξ iudex.
Piper,πίπερι.
Pirata,πειρασὴς,πειρᾶν,transire.
Piscis,a pascendo.
Phaeton,φάεθον φαοῦς,lux, & αἴθω, uro.
Phalanx,φάλαγξ.
Phantasia,φαντασία.
Phaselus,gondula,φάσηλος.
Phœnix,φοίνιξ,i.singulare, lingua Hebraica.
Phiala φιαλὴ.
Phlegma,φλέγμα.
Philippus,φίλιππος.
Philomela,à φίλος,amicus, & μέλος, cantus.
Phonascus,φωνάσκος,magistro di musica.
Phyca,φύσις,natura.
Plagiator,ἀπὸ τοῦ πλαγίου, idest, obliquus quod non certa via gradiatur.
Planeta,ἀπὸ τοῦ πλάνης,aberrare.
Platanus,ἀπὸ τοῦ πλατοῦ,idest, latitudine.
Platea,πλατεῖα.
Plato,πλατύς,formo.
Pleuritis,πλευρίτης, inflammatio.
Plicatus,πλίκτος.
Plus,πλείων.
Plutarchus,πλουτάρχης,i.diuitiarum princeps
Pluma,quasi pilus auium.
Poculum,ποτήριον.
Podagra,ποδάγρα.
Pœna,ποινὴ.
Poeta,ποιητὴς.
Politia,πολίτεια.
Polus,πῶλος.
Polypus,πολύπους.
Polluo,per antiphrasim,quasi porro lauo.
Polyphemus, idest, multi nominis, & famæ πολὺς,multus,φημὴ.
Pompa,πομπὴ.
Popinę,à popa pinguedo.
Porcus,quasi porcus.
Porphyrius,πορφύριος.
Porta,à portando dicta.
Priamus emptor. πρίαμαι, emere.
Præsides a præ & capio.
Prodigia, quasi prędicia, ꝙ prędicant futura.
Pruina,à perurendo dicta.
Pulmo,πνεύμων,à πνεῦμα, à spiritu, qui in eo agitatur.
Pugil,πυκτὴς.
Pupillus, quasi pusillus.
Pupilla,quasi pusilla,quod in ea omnes pusilli videantur.
Plus,πολύς.
Pygmeus,πυγμαῖος.
Pyrrha,πύῤῥα.
Pyrrhus,πυῤῥός.Rufus.

MODIFICATA TRANSLATE.

Pactum,pro perfidia.Locrense pactum De fœdifragis dictum, eiusmodi quondam Locrenses sunt habiti, qui fœdere prodito; quod cum Peloponnesijs inierant,ad Heraclidarum partes defecerint. Huc pertinet, Phœniceum pacta.

Palea laboris habet significationem.Adag.ex multis paleis,paulum fructus collegi. Hoc est,ex multo labore, non multum consecutus sum emolumenti, translatio sumpta ab excussoribus tritici.

Palinodia pro inficiente sententia.Adag.Palinodiam canere. Est diuersum ab his, quæ prius dixeris,dicere,atque in contrariā vertere sentētiam. Translatum à Theocori Lyrici poetæ facto.Is cum Helenam Carmine vituperasset, oculis orbatus est, intelligens autem id factum esse Helenæ iōssu, protinus Polinodiam cecinit.

Palma, pro victoria.Adagium:palmam ferre aut palmam tribuere.

Panis capitur loco amicitiæ. Adag.panem ne frāgito Idest,ne,amicitiā dirimas.Alitur.n. eōs vitę societas tamquam pane, amicitia.

Pānus pro homine sordido,& abiecto. Pānus lacer. Adag.sumptū à veste longo vsu detrita,atque ob id reiecta,cū nona fuerat in precio.Sunt.n.qui functo munere,amicos non amplius curant, quam vestes, quarum nullus amplius vsus est, eosque relinquant.

Pardus,pro astuto, & versipelle.Adag. Pardi exuuium induere. Est enim variis maculis distincta pardi pellis.

Parnus significationē veteri prouerbio habet infesti hois.Parni scaphula conuenit in eos qui ob res minutulas multū litium, & querelarum mouent. Sumptum adagium est à ramo quopiam,qui ob nauiculam ereptam, populo molestissimus fuisse legitur.

Paterfamilias pro homine honesto.Qui semel scurra,numquam paterfamilias. Significat adagium eum,quem semel depnduerit,vix vmquam ad bonam frugem redire. Scurra gaudet alieno cibo:paterfamilias parat vnde domi viuat.

Pectus,pro mente.Adag.corpus sine pectore, hoc est,sine mente.Nam sapientiam, & ingenium o lim in pectore,atque in corde cōstituebant, vnde & cordatos appellamus prudentes,excordes,stolidos.

Pecunia pro paupere arrogante.Adag. Theagenis pecuniæ.Quadrat in eos,qui pauperes cum sint,tamen diuites haberi volunt.Quo morbo notatus est Theagenes.

Pedes vim habent excogitatę rationis.Pedib. in sententiam discedere. Translatum Ada.à veteri consuetudine, quę seruabatur quoties ingens erat turba suffragia ferentium.

Peluis,pro Nausea Adag. porrigite mihi peluim.Vbi quid vehemēter molestū esset,peluim sibi porrigi iubebāt veteres, quasi præbite nauseaq; & fastidio rerum vomituri.

Pegasus,pro veloci.Pegaso velocius.Hyperbole puerbialis. Nota ē fabula de equo alato.

Pensum officij loco capitur.Adag.pensum soluere,translatum à lanificio muliebri.

Perca pro bono.Adag. pro perca scorpiū. Vbi quis optima quęrens, pessima capit. Nam perca piscis est, vel maximē laudatus, scorpius lethalis.Quadrat i ingratos,quale hoc item Ada.pro beneficentia Agamemnonē vlti sunt Achiui.Hoc.n.tot exhaustis laboribus in expugnanda Troia,domum reuersus veste inexplicabili inuolutus,à Clytēestra interfectus est, auxiliāte Aegisto adultero.

Pes nunc capitur pro hoīe.Adag. pedē vbi ponat non habet. Idest,ne tantillum agri possideat in quo possit consistere.Nunc pro conditione vsurpatur.Ada.tuo te pede metire. Monet ne quis se dilaret vltra conditionem suam.Translatū ab ijs,qui corporis humani modum pedum numero ęstimant.Porro iusta cuiusque hoīs mensura septem ipsius pedibus constat,si quid statuarijs,& pictoribus credimus. Modo pro ipso accessu vendicatur.Adag.dij lancos habēt pedes,hoc est,ad scelerū vltionem clandestinus,& inopinatus sit Deiacessus: Modo pro eo,qui senio est confectus.Ada.Alterum pedem in cymba Charōtis habere. Nota est de Charonte fabula.Modo denique pro viribus vsu patur.Ne supra pedem calceus.Hoc est,ne maiora viribus suscipias,aut ne magnificentius te geras,quam pro tua conditione.

Pica,pro hoc nomine ihepto,& garrulo.Ada.pica Sirenem imitans.Quid.n.consoni habet obstrepera pica,cum arguta Sirenum voce.

Phalaris,pro tyranno.Phalaridis imperiū.Ortū adagiū à phalaride Agrigētinorū tyrāno quem sua crudelitas nobilitauit, vt taurator æneus ille taurus Perilli:quo subiecto igne mortales uiui sic exurebātur,vt pro eiulatu humano mugitum ederent morientes.

Phœnix,pro re rara.Ada.Phœnicerarior.Phœnicis raritas proverbio fecit locum. Quale est illud, Cornuo quoq; rarior albo.Negant enim Phœnicem esse nisi vnam,si qua fides est scriptoribus.

Pilus cū prouerbio periculi habet interpretationem.Ada. de pilo pendet. De re vehemēter periculosa. Videtur natum adagium ab Historia illa Dionysii Tyranni propter gladium de pilo in caput impendentem.

Pinus pro re omnino perdita,quęque resarciri non potest. Pinus in morem. Negant enim pinum succisam subpullulascere.

Piscis nūc capitur pro iniuria.Pythagoras à piscibus abstinēto.Hoc est,ab iniuria.Solus.n. piscis inter brutas aiantes sæuit in suam speciem.Caret piscis corde, & voce,ab ijs desistendum est,qui neque intelligentia,neque virtute nitūtur.Nūc pro muto sumitur Magis mutus, quam piscis. Cum,n.non spiret, nec vocem habere potest.Nūc pro homine sumitur stolido,Prouerbiale Anigma, Nullus malus magnus piscis.Dicitur i homines prægrandi quidem corpore,cæterum ingenio nullo.Qui enim multū non potest prodesse, minimum potest obesse. Nunc demique vendicatur pro eo, cuius consuetudo non potest esse diuturna. Piscis nequam est nisi recens.Dicitur in eum,qui primo aduētu non ingratus est, ceterum ante triduum exactum pedorem, & nauseam parit.

Pisander, pro timido. Adag.Timidior Pisandro.Aūt Pisandum fuisse tam prodigiosæ timiditatis, vt animus esset, ne suā ipsius animā videret alicubi,quæ se vitiū reliquisset.

Pithon Adulationis capit interpretationem. Adag.Pithon formosus. Conuenit vbi quis per adulationem falso laudatur.Videtur.n. Pithon esse diminutiuum huius dictionis πίθηκος,quasi micat simiolus.

Plutus pro diuite. Adag. Timidus Plutus Quadrat in diuites.Nā opibus oēs tendunt insidias. Latrones,sycophātæ,nec solum inimici,sed etiam sępe familiares,& intimi.Metuit tempestates,propter frumenta,quæ hēt in agris propter merces, quas habet in mari: Inde natum Adag. quod Aristophanes introducit Plutum omnia formidantem, nullique fidentem.

Polypus,pro eo,qui nisi ex pena redditur emēdatior.Bis septem plagis Polypus contusus. Inde natum adagium,ꝙ polypus ante nimiē sit elui accommodatus, quam pluribus verberibus sit cæsus,& contusus.Habet itē prudentis significationē. Adag.polypi mentem obtine.Quo iubemur pro tempore cōsilium mutare, quod in Vlysse videtur Homerus laudare,qui eum πολύτροπον,appellat.Hoc est,moribus versatilib. Qualem vulgo hominem appellant omnium horarum. Nam ea natura est Polypi, vt earum rerum colores omnes induat,quibus afflictit.

Pollex fauoris,& studij loco vendicatur Ada. premere pollicem: cōuertere pollicem. Nā qui fauebat, pollicem premebat,qui minus fauebat,pollicem conuertebat. Qui gestus in prouerbium abierunt.

MODIFICATA TRANLATE.

Ianua, pro ingenio Apertis Musarum ianuis, hoc adagio commendatur is, qui facili prō ptuque est ingenio, atque in percipiēdo optimis disciplinis celeri & expedito, è diuerso, qui tardiores sunt, claudis Musarum ianuis dici possunt.

Ignis, pro homine irato. Ada. ignē ne gladio confodito, hoc est, ne ira incēsum lacessas. Irritando enim magis inflammatur.

Imber, pro utilitate. Ada. terra amat imbrem, hoc est quisq. suum amat commodum, ut infirmus medicum. Mulier virum.

Incus nunc pro correctione sumit' Ada. incudi reddere. Horat. est refingere. Ac mutare. Hor. male tornatos incudi reddere uersus. Nunc ꝓ opera solerti accipitur. Adag. eandem tundere incudem, est operā acriter nauare. Metaphora dicta a fabris, crebris ictibus incudem ferientibus. Nunc deniq. pro excelso animo vendicatur. Adag. Incus maxima non metuit strepitus. Hoc est excelsus animus non commouetur minis, & fortunę sæuientis procellis. Fabrorum enim incus etsi tunditur crebris malleorum ictibus, tamen haud quaquam loco mouetur.

Inguen pro re turpi. Adag. Nescit capitis & inguinis discrimen. In eū dī, qui eo impudentiæ deuenit, ut nullum prorsus faciat discrimen inter honestum, & turpe. Nam inter honesta corporis membra, caput primū obtinet locum ac proinde rectè nudatur, quæ uero sub ventre sunt, ut inhonesta tegūtur.

Iniquum, pro re magna. Adag. Iniquum petēdum, ut equum feras. Hoc est, magna sunt petenda, ut mediocria obtineas, a negotiatoribus ductum adagium. Qui callide longe minoris licentur, & multo plurис iudicant, quam pro dignitate, quo pretium saltem mediocre, & tolerabile accipiant.

Ipse pro viro summæ auctoritatis. Adag. Ipse dixit. a Pythagora natum, quoties tantam esse cuiuspiam auctoritatem significamus, ut ea, vel citra rationem, ad quiduis probādum sufficiat.

Iupiter pro quouis uiro. Ada. Ne Iupiter quidem omnibus placet. Hodie vulgo dicunt, neminem inueniri qui satisfaciat omnibus.

Ius pro iniuria. Adag. summum ius, summa iniuria, cum de verbis iuris contenditur, neque spectatur, quid senserit is, qui scripserit. M. Tul. in actione pro Muræna. Ter. verum illuc Chreme dicunt, ius summum sępe summa iniuria.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Iaspis, symbolū est gratiæ, sumptum ab eius vi, quod olim mortalib. persuasum est, gemma ea hominum gratiam conciliari eam gestantib. Atq. quemadmodū, ut refert Alb. Mag. Iaspis sistit fluxum sanguinis, & menstrua, negat conceptum, & iuuat partū, atque se gestātem a luxuria prohibet, ita tria hæc sunt gratiarum monimenta, vnum in corpore, ne aut amittat, quod est salutare, aut contrahat id quod acerbum est, & letale. Alterum in bouis fortunę, i. ut quę parta sunt aliorum studio, & opera, possideat tāquam propria. Summū deniq. est in animo quo quis cauet ne contaminetur dedecore, & vitio: Neque. n. iaspis est vnius coloris, sed multorum, neq. gratia vnius beneficij, sed plurium. Quarquā tū inter decem iaspidis differentias melior est viridis, trāslucens, sub rubras habens venulas *ieeris*, quippe Latinè viridis gemma interpretatur.

Ibis symbolum ingrati animi effingitur cū basiliſco ex eius ouo nato. Siquidē cum apud Aegyptios sit capitale. Ibī occidere, accidit vt occidat eos, a quib. per leges seruata est, interimatq. suscepto ex se basiliſco Simulacrum item incolumitatis constituunt per Ibim tostri aduncitate ea parte se proluentem, qua reddi solent ciborum onera. Nam Clysteris vſus primūm ab ea alite, ad Aegyptios, deinde ab Aegyptijs ad alios peruenit.

Ieiuni hominis symbolum effingebant Aegyptij per Cephalum. Is. n. non nisi mucore vescitur suo. Quāmobrem, ipse semper piscis est ieiunus. κεφαλος Graecè dictus est a capitis magnitudine, quasi validi multique consilij quod nulla cibi angi possit penuria & ieiunio vtatur procibo. Admonēre videtur hieroglyphicum, cibum temperantiæ, & virtutis esse ieiunium. Vt. n. salua ieiuni hominis serpentē interimit, ita ieiunio parum intermoritur vitiorum libido, vt vetus fert Adagium. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Partim vis exacuitur ingenij, inflammaturq. virtutis amor.

Ignari hominis Hieroglyphicum cōstituitur ab Aegyptijs, per hominem asinicaput habentem læua in cælum porrecta, atq. astra indice notantem. Quorsum? non capit mēs rudis, & ignari hominis res humanas, nec eius sensus res diuinas. Abutiturque ratione ad intelligendum, atque ipso corpore ad agendum.

Imperatoris imaginē sacerdotes Aegyptij cōstituebant per Anguem in spiram collectū. Admonet Hieroglyphicum Romanorum Imperatorem orbis terræ esse dominū. Anguis. n. partim in terris, partim in aquis agit, atq. vt videre est apud Aristide hist. anim. Cica Aethiopiam volare narratur. Hoc est mundum elementarem cæteris animantib. formidolosus anguis occupat, quid est? Romanorum Imperator mundi dominus cum licet non possideat. Neq. n. ses est possidentis, sed possidere debentis. Quæ res ad Moyriorum familiā nō minimum apportat glorię. Nam gentis eius insigne anguibus geminis nexu implicatis decorat' impice, quo videntur admonere quēadmodum duplex est mundus, elementaris, & cęlestis, ita duobus se principibus semper operam dedisse: quorum vnus est, rerum omnium Imperator Deus: alter in hoc terrarum orbe Dei alumnus, quod singulari vitæ integritate, & sūma ingenij acie sic Ticini Adolescēs Alphonsus Moyrus nuper comprobauit, vt nihil sit incultū obsequio iuris aut diuini, aut humani, q. & ab eo non sit sperandum.

Impudētiæ simulachrū pīgitur hō audus, cetuice canina: qui sinistrā pudēdis hēt admotam: dextra florē velut porrigens. Impudētiæ triplex est ratio, vna non vereri: beneficia aperte palamq. maleficio cōpensare, flos radicem, a qua ortum accepit, omni spoliat vultate, & gloria, sitq. idcirco, vt quæ radices sunt ad medicinam vtiles, si planta efflorruerit, respuantur a medicis tanquā noxiæ, & inutiles. Altera est neq. gulæ neq. libidini vitio erubescere, ex quibus quæ summa est manat vitæ turpitudo. Gulæ nomen habet canis caput, natura redeuntis ad vomitum. Docet Hieroglyphicū, vix quicquam esse aut in terris, aut in aquis, aut in cæteris elementis tā obscænum, q. ab hominis gula sit satis tutum. Nā sinistra pene admota iccirco effingitur, q. solus hō dextram, rectāque viam deserat Veneris, atq. eius flagitio iura omnia poluat honestatis. vltima deniq. impudentię ratio est in vitiorum turpitudine inani gestire gloria. Hoc nudū hominis corpus. Neq. a. vllum est morbi genus, q. alijs mō accidat animantib. cui nō sit obnoxiū, neq. tū in tota rei calamitate ulla magis, q. hominis figura ad gloriam accommodata. Hæc est igitur impudentiæ simulachrū Cynocephali imago. Sunt. n. Cynocephali nō homines, sed ferę i Aethiopia, canina habētes capita, reliquum corporis ad speciē humanā. Quasi impudens nihil habeat cū homine, præter nomen & corpus commune: vitam vero agat monstruosæ belluę.

Italiæ, Bouē veteres fecerunt simulachrū. Atque, vt est ex Sex Pompei Festi de verborū significatione sūia, eo Italia dicta est, quod magnos Italos, hoc est Boues haberet, atq. item Timæus, & Varro a bob. Italiā vocatā dixerūt, qm boues Graeca veteri lingua, Itali vocati sint a quorum vtilitatis magnitudine, & pulchritudine Italiam nominarūt quo notarent, vt opinor quemadmodū nulli animantium Bos concedit virium robore oēs ēt vincit, & superat, quasi quadam corporis dignitate, & vtilitatis magnitudine, ita Italia præstet cęteris vniuersis regionib. omni rerum vtilitate, & præclarissimarum virtutum copia. Italia. n. viris, fœminis, ducib. militib. artium subtilitate, ingeniorum summa acritate, situ, salubritate cœli, facili accessu cunctarum gentium, litorib. portuosis, benigno vētorum afflatu, aquarum copia, ne morū salubritat, soli fertilitate: pabuli vbertate, ita cæteras omnes superat regiones, vt videatur terrarum omnium alma, atq. artium omnium parens: quæ sparsa congreget. imperia, quę molliat efferatarū gentium ritus, easq. linguarū varietate dissociatas, latino sermone quasi reconciliet. Hæc & maiora quidem Bos *hieroglyphice* loquitur de Italia. Quare cum Bos insigne adhuc remaneat Patriciorum Mediolanēsium, quia Boue Bossi i sunt nominati, existimo ab ea familia patrię non minus accedere gloriæ, quam ad eam familiam ab vniuersa Italia manat nominis, & famę. Res est gloriosa gentis eius imago: virtus tā admirabilis, vt vix quisquam mortalium ab vlla virtute possit laudari, cuius gloria Bossiæ genti non videatur singularis, & ꝓpria, inter cæteros: SIMONEM Bossium Senatorē Mediol. non possum ēt nihil dicendo præterire, qui vnus tot effloruit in hoc ampliss. Senatu virtutib. quot quasi commendabantur apud Romanos reipub. principes vniuersi; neq. n. a fide, vt M. Atilius Regulus: neq. a constantia, vt Appius Claudius, nec ab integritate aū vt Scipio, nec deniq. a liberalitate, vt Fabius Maximus erit laudādus solū: sed quasi vnus instar omnium ab his omnibus simul virtutibus coli debet, & obseruari, quas omnes tanta auxit religione, & sapientia, vt hominis nomen vincat quasi quadam diuinitate.

Ingenij Hieroglyphicum per Aquilam cōstituit Pindarus, quod prædā etiā valde procul distantem mira velocitate assequatur; tantumq. sensu polleat oculorum, vt Solis splendorem intuendo suo superet lumine. Magna vero humani ingenij laus, quo nihil est tam ingens, & immensum in rebus humanis, nihil tam admirabile, quod non videatur superari, non oppetit aquila senio, vel ęgritudine, sed fame. Crescit ēt ingenium cum disciplina, & ætate: perit que solum si studio tanquam optimo alimento destituatur. Atq. vt aquila regina omnium alitum, ita scientiarum omnium imperatrix est ingenij acies.

Ingrati animi symbolū, Aegyptij sacerdotes p columbi pullū fecerunt. Hæc. n. nota est columbarum generi, qd in pullis mas tā validior factus, patrē rostro impetit, & a matris consortio abigit; quo mater sibi subigatur.

Iugum Hieroglyphicum legis esse statuunt. Nam qui legib. paret, similitudine quadam collum subdere vī, atq. potentiorum arbitrio subijci. Inde opinor effectum, quod q animantes collo sunt interceptæ, omnes statim videantur vagandi libertatem amittere, atq. ēt exiguo vinculo patere effingebantur iter iugum ab Admeto, cōstans ex apro & leone pro simulacro humanæ vitę, quod constet ex sensibus, & ratione. Nam in apro sensuum obscænitas, in leone rationis vehui quædam cernitur imago.

CON-

CONSOLATIO X.

Consolationis expositio multum sæpè habet adiumenti: Nam cum simulatq; in hanc lucem sumus editi, omnibus fortunæ telis proposita est vita nostra, nec vllum propriè tempus pòt reperiri angoribus et molestijs vacuũ nihil bono viro appetendum est magis, quã vt si minus suo præsidio, at consolatione afflictos, & iacentes excitet. Hęc.n. est consolationis vis, & virtus, quæ pòt mœrorẽ, ac sordes ex hominũ animis abstergere. Quęque homines aduerso casu quoq; casu affectos atq; afflictos erigere atq; cõformare potest. Consolandi rõ quattuor cõtinetur sedibus, Vna est commiserationis, qua ad consolandum impellimur. Hic primum licet dolorẽ nostrum scindere. qui.n. iacet in mœrore, excitatur dolore amici: eiusq; morte illius angor intermoritur. Doloris nostri faces inde accendimus, q̃ non sit amicus, qui amici nõ doleat incommodo: q̃ uos non lateat, quanta cum acerbitate rei eius iacturam fecerit, quam nemo possedendi sine incredibili quadam iucunditate, q̃ in tanta re non angi & cruciari stultitiæ sit, non hominis. Præsertim qñ ea lege homines in lucem sint editi, vt eorum sensus necessario, & doloris, & voluptatis comitatu circumsepti teneantur. Deinde docebimus nullos esse acriores dolorũ aculeos, quam qui in aduersis amicorũ casibus sentiuntur, q̃ virtutis sit iniuriæ suæ vulnera ferre: æquo animo, crudelitatis verò amici. incommoda posse pati. Nos iccirco ita angi, ita premi dolore, vt ab alijs magis debeamus consolatione leuari, quã alios cõsolati. Verũ quia difficile est tacere simul, & dolere, pollicebimur nos quid dolor, q̃d rõ nobis minuitur breuiter dicturos. altera consolandi sedes est, mœror eius, quem dolore si minus liberare possumus, leuare studemus, in hac sede duæ ratiocinationis quadã trutina perpenduntur. Primũ personæ eius cõditio, quę iacet in angore, & molestia: deinde molestiæ, & angoris causa. Nam alia persona, alia consolatione est confirmanda: cuiq; tñ hoc conuenit, vt eius mitigemus affectus, quæ affligitur, & pfligatur, q̃ faciemus si ei persuadebimus infortunio impro bis materiam afferre calamitatis: probis hominibus, virtutiseo nihil esse infelicius, cui nihil accidit aduersi, q̃ fortuna secũda mortales fallat, erudiat aduersa. Proinde dicemus sapiẽtis esse aduersa oĩa lucro habere. Causa vero angoris, & tristitia cum sit aut in morte, aut in detrimento, aut in aliquo iniuriæ vulnere posita, hęc omnia quãtum in nobis erit attenuabimus: Quemadmodũ si dicamus non quærendum esse de iniuria si illa sit facientis non patientis, non mortẽ esse perhorrescẽdam, quod hęc anteactę vitę contineat præmium, non exilium metuẽdum, quod Socratis, Themistoclis, & sapiẽtissimorum sæpè fuerit domicilium. Nihil demũ in eo esse dolendũ, cuius ex patiẽtia virtutẽ augemus, & gloriã. Tertia consolãdi sedes in attributis & rerum, & personarũ est posita, ex quibus conuincemus nihil minus esse viri, dixi, quasi virtutis, quam mœrorem non aspernari, nedum mœrore frangi. Dicemus igitur nos non iccirco velle illum consolari, quia eius virtus indigeat consolatione, sed quoniam cupimus ei studium nostrum nauare, fatebimur iterea miserũ esse dolorem eũ, qui inops sit consilij, animum contra consilio firmum dolore non capi, q̃ tale vnumquodq; sit, quale cuiq; vĩ. Homini igitur forti nihil posse videri aduersi, qa glorioſum putat esse, quæ aduersa sunt fortiter pati, nihil sapienti, quia nullum præter id quod turpe est, malũ esse iudicat. Neminem deniq; iure præter stultum queri proferemus, qñ ijs fortunæ calibus est proposita vita nostra, vt non tam miserum sit pati, quã nescire pati, nullaq; sit tãta calamitatis moles, quæ leuis non fiat ferendo. Vltima deniq; consolandi sedes est, qua spem ostẽdimus status melioris, cũ dicimus ex laborioso, & calamitoso principio præclarissima quæque ortum habuisse ostendimusque sicuti ex voluptate calamitates, ita ex calamitatibus nasci voluptatem. Ignauos solum iacere in mœrore, fortes alacriter exurgere non succumbere dolori, sed in dolore reuiriscere. Quare quid commodi cõsequatur mœrorem deponẽdo aperiemus, pollicebimurque eius rei recordationem aliquando iucũdam fore, vbi sentiet dolorem prosterni virtute, non virtutem dolore. Quam nostram sententiam, ab exemplis, a similibus, & huius generis locis augebimus. Reipsa docet hoc Cic. in epist. fam. li. 4. epi. 5. vehemẽter se esse sollicitum, epist. 5. posteaquam mihi, epist. 13. Quærenti mihi lib. 5. epist. 14. si vales bene est. l. 6. epist. 1. Et si ea perturbatio. Est expositio consolationis vniuersę orationis. Interpretatione per etymologiam explicãtur.

VERBA NATIVA.

Lac ἀπὸ τοῦ λάκκος, Græcè album dicitur.
Labyrinthus, λαβύρινθος, locus multis viarum ambagibus inflexus.
Lachryma δάκρυον.
Lachrymor, δακρύω.
Lactuca a lacte dicta.
Lacus, quasi aquarum locus.
Læua manus, λαιὸς.
Lagena, ἀπὸ λάγυνος.
Lambo, λάπτω.
Lampas λαμπάς, λάμπω, splendeo.
Lana a lauando. Hinc lanij.
Lancea λόγχη.
Languor, a luo, & lugeo, quòd vitam luat, id est, soluat.
Latex, à lateo q̃ aqua in venis terræ lateat.
Lateo λανθάνω, i. colo olim in bonam partẽ accipiebatur, vel a latere viarum obsidendo.
Latus, πλάτος.
Laus, λάος. i. populus, quod sit in ore populi.
Lautia, λαύτια, i. legatorum munera.
Lebes, λέβης.
Lectus a legendo more auium, quę pennis nidum sternunt, vel à Græco λέκτρον.
Lecythus, λήκυθος, vrna olei.
Legatus, quod legatur publicè, i. mittitur.
Lenio, λαίνω.
Leno, quòd delinendo ad stuprum imprudentes seducat.
Leo, λέων.
Lepra, λέπρα.
Lepus, quasi leuipes, quod nulla alia sit animans plantas pedis habens pilis obsitas.
Lethargus, λήθαργος, inexpugnabilis pene sõni necessitas.
Letum, λήθη, obliuio.
Leuis. λεῖος.
Leuitas, λειότης.
Lex, quod legatur. Est enim ius scriptum, æquitas ius non scriptum.
Libanus. λίβανος.
Libya, Λιβύη.
Lichen, λειχὴν. i. hepar.
Ligna a legendo, quòd legantur.
Ligo, onis, quod a radicibus, quæ sub terra sũt ligetur.
Ligurio λίγυρον. i. suaue.
Ligur, λίγυς.
Lingua, a ligando, quòd cibum liget.
Lis, à λύω solvo, quod quæstiones soluat & dirimat.
Lito, as λίτης, deprecatio.
Litania, λιτανεία.
Litus λίθος, i. lapis.
Lixatum a lixa. i. aqua.
Lucerna, λύχνος.
Lucius, a licio, quod pisces ore alliciat.
Lumbus a libidine. In eo voluptas est viris: In vmbilico fœminis.
Lupa meretrix a rapacitate vocata.
Luscinia, quòd lugendo canat.
Luscus, quod lucem ex parte cernat.
Lux, quod tenebras luat, vel Græco λύχνος.
Lycaon, λύκος, lupus,
Lychnuchus, λυχνοῦχος, portalanterna.
Lycurgus, λυκοῦργος.
Lyra, λύρα.
Lytrum λύτρον, vulgo ranzone.

MODIFICATA TRANSLATE.

Labor, pro opera inani Adag. laborem serere πόνον σπείρειν, Hoc est veteri prouerbio operam perdere. Inde forte natum, quod laboriosus est brachio inanem iactasse manũ quam semine referam. Qui sic? qua inani iactura brachium quasi acriùs conuellitur, cuip ei nihil renitatur, & tanquam arcus sine telo excussus rumpitur.
Labrax pro stolido, & auido Adagium labrax Milesius. Est enim labrax piscis genus, lato oris rictu, vnde escam totam vnà cũ ære corripit. Apud Plautũ inde lenoni labracis est nomen apud Milesium prægrandes nascuntur. Quidam hunc piscem esse putant, qui latinè lupus dicitur.
Labiũ pro ipso homine Adag. Similes habent labra lactucas. Vbi similia similibus delectãtur. Vt discipulus rudis, indocto præceptore. Cliens contumelioſus, patrono petulanti, & maledico. Natum adagium ab Asino cardnos pascente.
Laconicè, pro parcè, breuiter. Adag. laconicè cœnat.
Lac pro re inuentu rara Adag. lac gallinaceũ. In eos conuenit, qui nihil appetunt frustra. Nulla enim animans cui para lac habet.
Lamia pro vmbra. Adag. vti nutrices lamias quasdam imagines mimas, ad terrendum solum comparatas, ignoscere volumus, perterrere quidem solent nutrices pueros lamiæ aduentum narrantes.
Lana, pro quæstione futili. Ada. de lana caprina, a disceptatione quorum natum, vtrum lanas habet caper an setas.
Lapis pro experientia. Ada. oẽm mouere lapidem. Hoc est omnia experiri, & nihil intentatum relinquere. metaphora ab ijs sumpta qui cancros venantur in litore, Nã hi vt plurimum sub saxis latitant. modo itẽ pro acri iudicio vsurpatur. Adag. Lydius lapis, siue Heraclius lapis. Hic.n. suo attritu aurum & argentum arguit cuiusmodi sit. modo vẽdicatur pro homine indocili. Ada. verberare lapidẽ. Plautus noli, inquit verberare lapidẽ ne manum lædas. Aperte dicitur vbi quis animaduerit in eos qui non possunt spirare sine scelere. Nũc accipitur pro periculo imminenti. Tãtali lapis. Ada. sumptũ a fabula Tantali, quẽ quidã fingũt apud inferos hoc genus supplicij pati, vt ingens saxum sic immineat eius capiti vt iam casurum videatur. Pro homine deniq; conuitiatore, & maloſo, tetigit lapidem a cane morsum. Plinius tanta vis est veneni i cane rabido, vt vrina quoque calcata noceat maximè hulcus habentibus. minus hoc miretur, qui contigerit lapidem a cane rabioso morsum, reddi iracundiorem, & ad diffidia in primis propẽrum.
Lar auaritiæ vulgato prouerbio habet notam Lari sacrificant. In tenaces dicitur. qui de suis nemini quicquam impertiunt. Nam olim religioſum erat ex ijs, quæ laribus immolabantur, aliquid foras efferre.
Larus pro deſunctis. Ada. cum Laruis luctari ijs accommodatur, qui vita defunctos incesto ore, & maledictis lacerant, quique mordentur, vt aiunt, ingulare, mortuos.
Larus, pro auido, & rapaci Adag. larus hians, dicebatur vbi quis auidus in hiaret prædæ, est enim larus auis auida & vorax.
Laqueus, pro fallacia. Adag. omnes laqueos effugere, a venatu sumptum in eo quę sic undique

dique ſepiuntur exitus, vt neceſſe ſit ferā in aliquas inſidias incurrere, pro fallacia item accipitur Adag. in quempiam, vt iam nullum ſit effugium, qui nos fuit Socrati Platonico ſuis illis argumentationculis.

Laurus, defenſionis, & præſidij induit ſignificationem. Adag. laureum baculum geſto. Nam laurus, vt creditum eſt, dicebatur aduerſus venena plurimum virium habere, nec minimum aduerſus fulmina, atq; iccirco Cæſar Tiberius nunquam nō geſtauit capite coronam lauream.

Leberides, p paupere. Ada. Nudior Leberide de homine vehemēter inope. Leberis enim ſerpentis exuuium ſignificat, quo nihil poteſt eſſe inanius. Item pro inhumano. Adagium per Hyperbolen. Aſperior Liberide.

Leo, viri fortis vſurpat interpretationē. Ada. Leonem larua terres. Cōuenit de minis inanibus, & periculis irridēdis. Leōnem enim rotarum orbes circūacti curruſque inanes territant: gallinaceorum criſta cantuſq; etiā magis terrent, ſed maximè ignis pro potentiore item capitur Adag. Leonis catulum nē alas, admonet ænigma non eſſe vſque eo alteri fauendum, vt poſſit nos deinceps de iure noſtro detrudere, atque pro ſua voluntate opprimere ſignificationem deniq; induit hominis eruditi. Adag. ſenecta leonis, præſtantior hinnulorum inuenta. Hoc eſt ingenium & eruditio ſenis præſtat iuuenili robore, quod ſua ſæpè infringuntur temeritate.

Lepus nunc hominis habet ſignificationē, qui ſit auerſus & aduerſus, impudicus. Adag. tu te lepus es, & pulpamētum quæris. Nota eſt magis, q̄ pudica animantis natura, nūc pro ſimulatore, & diſſimulatore ſumit. Ada. lepus dormiens. Quadrat in eū, qui quod non facit id facere ſe ſimulat, aut id quod facit id ſeſe facere diſſimulat. Nā lepus parentib. oculis, & dormit, & vigilat pro eo item accipitur, quem alij vtilitatis ſuæ cauſſa inuidia proſequuntur. Ada. lepus pro carnibus. Subandi periclitatur. In eos dicitur, qui ꝓpter aliquam vtilitatē ab alijs in diſcrimen vocātur. Nam leporē non inſectamur, ꝙ noceat, ſed quod pulpamentum habeat. Pro nūc ꝓ commodo vendicatur. Ada. Duos loquēs lepores, neutrum capit, hoc eſt, qui ſimul duplex capta commodum vtroq; fruſtratur.

Lerna pro omni malorū genere. Adag. lerna malorum. Natum ab Hydra lernæa ab Hercule interempta, quòd vicinæ omni regioni nunquam non eſſet infeſta.

Limen, Rudē hominē vulgatio adagij exprimit, a limine ſalutare, a limine Rhetoricā ſalutaſſe dr, is, q̄ vix rudimēta eius deguſtarit. Translatū a vulgarib. amicis, qui non admittuntur in penetralia, ſed ꝓcul atq; a limine ſalutāt, huic affine eſt primoris labijs deguſtare, aut extremis digitis attingere.

Linea exordij habet explanationem. Adag. a linea incipere. In eos dicitur, qui ab ipſo rei exordio ſumunt initium a repagulis, ſiue a cardinibus eandem habet ſententiam.

Lignum ingenij ſumit interpretationem. Ada. Non è quouis ligno fit Mercurius, hoc eſt non omnium ingenia ſunt accommodata ſcientijs, ſumpta eſt allegoria a fabris, qui opus, materia refragante, reſpuunt.

Lingua pro oratione. Adag. quod in corde ſobrij, id eſt in lingua ebrij.

Lippus, pro populo. Adag. Notum lippis, & tonſoribus, de eo dicitur, quod in ora vulgi abijt omniumque ſermone pererebuit. Olim. n. in tonſtrinarum confeſſionibus omnes rumores narrari conſueuerunt.

Litigare pro eo, quod eſt ineptè agere, ſurdaſter cum ſurdaſtro litigabo: Iudex erat vtroque ſurdior.

Litigium pro matrimonio. Adag. Qui nō litigat cælebs eſt. Indicat Adagium rixoſum eſſe omne coniugium. Nec eſſe tranquillam vitam niſi in cælibatu.

Locuſta pro re minimè expectanda. Vetus Adagium priùs locuſta bouem pariet.

Lolium peccati vſurpat ſignificationē. Adag. Iolio victitant, In obcæcatos improbitate dictitari ſolitum.

Lotum ſceleris habitum cōi ſermonis prouerbio ſignificat, Lotum guſtauit. In eos non incōcinnè quadrat, qui ſimul atq; ſemel voluptatem inhoneſtam deguſtarint, ad priſtina ſtudia reuocari non queunt. Inde ductū Adagium, ꝙ Vlyſſis ſocij guſtata apud Lotophagos populos herba Loto, redire ad nauem noluerint, niſi verberibus adacti. Lotus. n. aiunt, eſt arbor, cuius fructus comeſtus aduenis patriæ obliuionem inducit.

Lucerna nunc rē meditatam ſignificat. Adag. olet lucernā, de re meditata multoq; ſtudio elucubrata. Inde ductum, ꝙ ſtudioſi ad lucernam vigilātes ſoleant elaborare, ſi quid accuratius velint excutere. Nunc rem alieniſſimo tempore factam arguit. Ada. lucernam adhibes in meridie. Ortum a ridiculo Diogenis facto, qui adhibita interdiu lucerna, rogatus quidnam ſibi vellet reſpondit, ἄνθρωπον ζητῶ. Hoc eſt, hominem quæro. Nunc deniq; vſurpatur pro luce. Adag. ſublata lucerna nihil intereſt inter mulieres, ſēt Adagium, nullam mulierem non eſſe impudicā, ſi detur facultas peccādi ſine teſte.

Luſcinia pro ſolerti homine, & diligenti veteri prouerbio vſurpatur. Nec quātum luſcinia dormit. In eum qui parciſſimi eſt ſomni. Itē pro vehementer erudito viro ſumitur, Luſcinia Muſarum.

Ludus improbitatis capit expoſitionē. Ada. in eodem ludo docti, de ijs dr, qui ſimilibus laborant vitijs, pariq. gaudent improbitate.

Luna modo accipitur pro viro forti & prudente. Ada. quarta luna nati, hac. n. luna fertur natus fuiſſe Hercules, qui res omnes humanas ſuperauit ingenio, & virtute. Modo aſciſcitur pro opera inutili: Adag. Lunę radijs non matureſcit botrus. Cōuenit in eos, qui conantur, quod ob defectum viriū non perficere poſſunt.

Lupus interdum vēdicatur pro neceſſario malo. Adag. auribus lupum teneo. Nec. n. facile teneri pōt, quod eas habeat, ꝓ corpore breuiores: nec item demitti ſine periculo. Interdum pro eo dicitur, de quo clāculū agitur. Adag. lupus eſt in fabula. Interdum pro ſui conſcio. Adagium, lupus ante clamorem. Vbi quis admiſſi conſcius vitro timet priuſquam acculetur. Sumitur deniq; pro periculo ineuitabili. Lupus aquilam fugit. aquilam enim alata cum ſit fruſtra fugit lupus.

Lutū pro ignobili trito prouerbio. Lutea progenies. Quaſi è luto prognati quales ſūt terræ filij. Item pro labore capitur. Ada. lutum niſi tundatur, non fit vtili. Hoc eſt citra laborem, nullus euadit in virum abſolutum.

Lynceus hominis prudentis communi prouerbio habet ſignificationem Lynceo perſpicacior. Inde natum: quod cum Lynceus primus, aiūt, reperit fodinas metallorum æris, argenti, & auri, creditus ſit, quæ ſub terra eſſent, videre.

Modificata Hieroglyphice.

Latrocinij Hieroglyphicū effingūt Aegyptij ſacerdotes per Crocodillū. Negotiatoribus. n. aſſiduè inſidiatur: eſtq; eius tam immēſa rapacitas, & vorago, vt expleri, & ſatiari minimè poſſit. impune tamē inter eos enatat, ꝙ ſe ex animātis eius adipe perunxerit. Nocētu piſcibus in aquis, interdiu terreſtrib. animātibus, bobus maximè & hoībus inſidiatur. Nec hominem tamē ante interimit quā eū deploratū, ꝙ dentibus lacerat, nūquā ſanatur. Hoc animal, vt ait Plin. amiſſo corde aliquādiu viuit, Lingua & auribus caret. Ex ouo non maius anſerino fœtus excuſſus ad quindecim cubita creſcit. Quorsū? viuit latro ſine corde hoc eſt, ſine mente, & rōne, non auribus caret, ſed diſciplina, non lingua, ſed veritate orationis. Nec quicquā ad maiores opes citius exereſcit, quam auiditas, & rapina. Omnia, & in aquis & in terris depopulatur crocodilus: nec ei vnquam ſatis eſt, quo intelligamus nihil eſſe, neque egentius, neque rapacius eo hominum genere, qui latrocinio ſunt dediti, & rapinę.

Latus, ſymbolum eſt ſobolis. Aegyptij ſacerdotes vbi maſculam prolem deſcribere vellēt, Taurum ab inceſſione in dextram partē ſe demittentem figurābant, ſi vero fœmineā ſobolem exprimere voluiſſent, eum in lęuā auertentem ſe pingebant. Compertum. n. eſt taurum a conceptu diſcedētem, ſi deflexerit in dextram matrem eſſe genitum, ſi ab lęua abſceſſerit fœmineum eſſe ferum.

Laurus eſt artis poeticæ Hieroglyphicū, atq; ex lauro, & Hedera corona cōtexta detorquebantur poetę. Nam laurus, quæ ſacra eſt Apollini ſignificationem hēt doctrinę. Hedera, quæ nō accolitur ſine rerum alianum admiculis, oſtentum præ ſe fert induſtriæ, quaſi poeta totus ſit concretus, ex ſcientiārū varietate, & artium omnium induſtria. Non eſt, aiūt, poeta ſine furore, hoc eſt, ſine cœleſti quodam afflatu. conſtat id per laurum. Nam magorum ſuperſtitio promittit lauri folia ſi noctu puluinari ſubijciātur, varietatem ſomniorum conciliare. Conducit ſcientijs omnibus ars poetices nullis non infirmitatibus corporis, quaſi nō occurrit laurus. Sola arborum, aiunt, fulmine nō icitur, ars poetices verborum fulminibus etiam re creatur. Viret ſemp laurus. Viget ſemper, & in tabulis veritas apud poetas. Aliud enim eſt mentiri, aliud figuratè loqui.

Leo Hieroglyphicum ex ſententia Baſilij, cōſtituitur Imperij, quod plurimum Roscio RVM imagini affert gloriæ. Atque ſola hæc animans imperiū exerceat in omni quadrupedum genere. Sunt autem impetrandi virtutes ſeptem quib. princeps cæteros mortales debeat anteire Religio, Prudētia, Patiētia, Iuſtitia, Fortitudo, Temperantia, Solertia. Quid ita? Quia boni eſt principis nō ſolum bonum ſe virū præſtare, ſed ēt alios viros bonos reddere. Vt autem Princeps vir ſit bonus, primum debet Deū colere, quod eſt religionis, deinde nō ſenſus, ſed rationē ſequi ducem, quod eſt prudentiæ. Atque deinceps omnibus impedimētis occurrere, quod eſt ſolertiæ. Nam Patientia, quæ ars eſſe definitur patiendi, & ſcientia, has virtutes omnes difficillimas, facillimas reddit, quos autem ad virtutem informat Princeps aut ſubditi ſunt, aut hoſtes. Illi arte inſtituūtur & exemplis. Sunt autem iura æquitatis & iuſtitiæ exempla temperantiæ. Hoſtium autem vna eſt magiſtra, & domina fortitudo, ſiue bellicæ virtutis diſciplina. Quarum virtutum monimenta omnia cum reſideāt in Leone, qui inſigne eſt Roſciæ Genus, nihil eſt in Principatu cōmunis ſalutis, & vitæ, tam glorioſum, tamque optabile, quod naturæ hoc teſtimonium non videatur vniuerſis mortalibus, per eam gentem permittere. Taceo cœleſtem diuinamque virtutē ILLVSTRISSIMI CARDINALIS HIPPOLYTI ROSCII: qui maiorem affinitatem habet cum Deo immortali, quam cum humano genere, quid loquatur per illuſtris familiæ eius inſigne non poſſum tacere. Nā qd vnus leo in cęruleo albo? eſt vnitas veluti Dei typus. Vnus Deus, vna fides, vna veritas, vna religio. Quid leo? vix miniſtrantur ſacra ſine igne, leonis oſſa præter naturam cæterarum animantium, adeo ſunt ſolida, vt colliſa ſi fuerint, ex ijs tanquam ex ferro, & ſilice decutiatur ignis qui res vniuerſas omni abſtergit contagione, nec polluī, & contaminari poteſt, quod proprium

eſt,ſi ad animum referas, verę religionis. Cur pedes illi duo anteriores in cælum elati? Symbolum eſt prudentię, quæ duo hęc corpus,& animum ſic debet tegere, vt homini nō graue ſit in cœlum proficiſci. Duo quippe ſunt conſules in ciuitate, duæ leges, vna diuina, altera humana, duo præcepta charitatis,amor Dei,& amor proximi, duo oculi,duę aures optimæ ſcientiarum miniſtræ,ad duo denique natus eſt homo,ad intelligendum,& agendum,in quibus vis omnis conſumitur prudentiæ, cuius interpretationem habet leo. Nam ſolus, vt ait Democritus, inter vngulis armatas quadrupedes, naſcitur leo oculis apertis, ijſque dormit minimè clauſis. Quorſum? vt intelligamus Roſciam gentem videre etiam in tenebris, atque ita paſſim præfortibus fanorum,quaſi ad tutelam Eccleſiæ effingun tur leones aut ex ære,aut ex marmore,vt videatur ipſa Eccleſia prudentia Roſciæ gentis ad ſui conſeruationem,& tutelam anhelare. Quorſum leonis ille candor? color eſt virtutis,quæ neſcit ociari,& quieſcere. Neque aliam ob rem Ægyptij ſacerdotes,cæteique ſapientes olim albis conſueuerunt vti veſtibus, quam vt ſolertiam in cælum, cuius candorem ſuſpicimus, docerent ſibi curæ eſſe, quę virtus Roſciæ gentis, vt loquitur imago, eſt propria. Quare leonis pes ſiniſter in orbe cęruleo preſſus? patientię eſt veluti quędam nota. Nam quod ſiniſter eſt veluti aduerſi quiddam ſignificat,quod vere vno pede vniuerſam molem ſuſtinet corporis,rem oſtēdit plenam difficultatis. Eſt enim patientia aduerſarum, & difficilium rerum tolerandarum ars,& ſcientia. Quid? leo mortem pati poteſt. Iniuriam pati non poteſt, mauult enim dum conflictatur in periculis mori pugnando, quam turpiter vitæ fuga conſulere. præclara certè quidem Roſciæ gentis in patientia commendatio, quæ in publicæ adminiſtrationis difficultate,& onere,nihil operoſum,& difficile eſſe cogitat, q cōiūctum modo ſit cū honeſtate. quid iuba illa leonis? vt ſcena caret iuba,eſtq; hæc maris propria: ita iuſtitia viri eſt virtus,nō fęminę. Quę idcirco in foro nec iis,nec cām pōt dicere. Magnū certè iuſtitiæ in leone exemplū. Nam cū in iuſtoē in commutatione, & diſtributione cōſiſtat,ſic vtrāque obſeruat, vt guttu videatur hīre iuſtitiæ. Nam cum in cōmutationę hoc ſit maximum par pari reddere, ad eam leo ſic eſt propenſus, vt quæ acceperit,commoda illa velit ēt maiori quadā mēſura reddere,vt patet hoc exemplo. Androcles quidā ſeruus fugitiuus p deſertiſſimas Africæ regiones peragrans,in leonem incidit, cuius pertrajectus erat ſagitta. Hic vbi conſpexit leonē: vulnusq; abdo ſibi oſtentari,blandē do cępit pedem eius enter tractare,atq; inde ſenſim ſpiculum auellere. Quid? paucis poſt diebus copulati leo. Seruus verò aliquibus poſt annis deprehenſus Romā mittitur: iudicij reus fit, quo feris obijciatur. Interea leo ille Lybicus capitur, in theatrū cum Pardo immittitur ad ferarum laceran-dum. Recognoſcit repēte Androclē leo, ei ſe proſternit,quem vt a Pardi laniatu delēderet,ſtatim Pardum impetū aduerſus hominem facientem lacerauit. Iuſtitiæ aūt diſtributiuæ, quæ in expiādis ſceleribus potiſſimum locū habet,gradatē in leone extat teſtimoniū. Fuit vt refert Eudemius certo cuidam iuueni ferarū curatori aliqn canis,vrſa,& leo: qui intēr ſe pacem primum oē in commutatione, & diſtributione cōſiſtat,ſic vtrāque obſeruat, vt guttu videatur hīre iuſtitiæ. Nam cum in cōmutationę hoc ſit maximum par pari reddere, ad eam leo ſic eſt propenſus, vt quæ acceperit,commoda illa velit ēt maiori quadā mēſura reddere,vt patet hoc exemplo. Androcles quidā ſeruus fugitiuus p deſertiſſimas Africæ regiones peragrans,in leonem incidit, cuius pertrajectus erat ſagitta. Hic vbi conſpexit leonē: vulnusq; abdo ſibi oſtentari,blandē do cępit pedem eius enter tractare,atq; inde ſenſim ſpiculum auellere. Quid? paucis poſt diebus copulati leo. Seruus verò aliquibus poſt annis deprehenſus Romā mittitur: iudicij reus fit, quo feris obijciatur. Interea leo ille Lybicus capitur, in theatrū cum Pardo immittitur ad ferarum laceran-dum. Recognoſcit repēte Androclē leo, ei ſe proſternit,quem vt a Pardi laniatu delēderet,ſtatim Pardum impetū aduerſus hominem facientem lacerauit. Iuſtitiæ aūt diſtributiuæ, quæ in expiādis ſceleribus potiſſimum locū habet,gradatē in leone extat teſtimoniū. Fuit vt refert Eudemius certo cuidam iuueni ferarū curatori aliqn canis,vrſa,& leo: qui intēr ſe pacem primum

iuſtitiæ patrocinio, quod non ſit vniuerſæ Eccleſiæ Romanæ expectandū ab Ampliſſimo Cardinali HIPPOLYTO Roſcio. Quorſum in albo ille color cęruleus. Specimē habet cæleſtis virtutis,id eſt,temperantiæ,qua humana deſpicimus,diuinaq; amoris,quaſi quorūdā incendio colimus. eſt aūt temperātia eo dicta,quod maximas temperet voluptates,quas ſuo lenocinio pariunt duæ improbiſſimę dominę,gula,& libido. Nec exigua eſt virtutis eius a natura per leonē cōmendatio, quippe qui ſic gulæ aduerſatur vitio, vt rarus ſit in potu, triduum ēt ferat inediā quiq; ſic a libidine abhorret,vt leænæ cum Pardo commiſſum adulterij mortis expiare conſueuerit ſupplicio. Quid? leo magis admonere videtur,quam ego dicere Temperātiam virtutem eſſe propriā,& ſingularem tanti Pontificis, cuius vita, omnīū eſt inſtructio,& diſciplina. Quāobrē denique os apertum leonis? facies, quaſi quædā eſt fortitudinis. Id cum norant Phyſiognomi, tum naturales item Philoſophi. Nā leo fugit cum tanta ferarum trepidatione,ſicuti referunt Ambroſius,& Baſilius, vt multa animalia,q ei⁹ impetū fuga aut dolo euaſerint audita eius voce,ita cadāt viribus interq; metu, vt nullo non ab hoībus capiantur negotio. Grāde vero in leone argumētum fortitudinis,cuius ne vocem quidem fetu belluæ poſſunt ſine horrore ſuſtinere. Quo, vt docuimus,monet natura inſigne Roſciorum verā eſſe,& ſalutarem imperij imaginē. Nam vt conſuevit ille è numero ſeptem ſapientum dicere Pittacus, Beatas tunc futura eſt reſpu. cum Princeps ita omnes afficiet, vt timeatur ab omnibus: ipſe autem timeat neminem.

Lęna ſymbolum eſt apud Aegyptios mulieris,quę vnius tantum filij mater ſit. Nam vt ijs placet, atque itē Herodoto ſemel tātum in vita lęna parit. Hoc ipſum Æſopicus cōfirmat apologus, in quo cum vulpes lęnæ fęcunditatem ſuam obijceret. Probro ei tribuens, quod ſemel in vita tantum pareret: lęna reſpōdiſſe fertur ſe quidem ſemel parere,ac leonem tamen. Hoc ob id accidere creditur,quod catuli in vtero matris,vngui bus matricem diſcindant, & lacerent.

Lepus ſacerdotib. Aegyptijs ſimulacrum cōſtituitur vigilantiæ. Cauſam ponit Herus, quod oculos inter dormiendum apertos oſtentet. Vnde & Adagiū Leporinus ſomnus quoties vigilantiā eius propohimus,qui nūquam niſi in ſenſib. rōni acquieſcit. Atque inde dictus eſt lepus ἀπὸ τοῦ λεύειν, hoc eſt aſpicere, multa quippe ēt in tenebris videt homo prudēs,& vigilans, quæ res cū multum gloriæ afferat ei familiæ, quæ a lepore Lenera eſt nominata,tū ita eſt R. Fabricij Lenerę ſolertiæ,& vigilijs conſentanea,vt nulla ſit laus virtutis & vigilantiæ,quam ei non putem tribui oportere. Eſt item lepus apud Aegyptios auditus Hieroglyphicum qui ſenſus vnus miniſter eſt virtutis,& doctrinæ. In qua animi pulcritudo eſt poſita. Hoc illi olim per leporem. Nam veteri ſuperſtitione creditū eſt eos formoſos fore, qui leporē eſitaſſent. Quid? nihil eſt rarius virtute. Adeo ſolitudine gaudet lepus, vt nunquam duos, pluresve lepores in eodem cubili reperias. Tot ſunt virtutum monimēta in lepore,vt veteres nihil ſint veriti,quēadmodū videre eſt in Hadriani Numis,lepore ſymbolum facere Hiſpaniæ. Quod etiam teſtatur Pierius Valerianus li. 13. Eſt aūt Hiſpania maxima Europę regio; nullis poſt habenda frugum copia, ſiue ſoli vbertatē, ſiue agriculturam ſpectes: omni materia affluit, quęcunque aut precio cara eſſe poſſint,& vſu neceſſaria,adeo,vt nō ſibi ſolum,ſed multis etiam exteris prouincijs ad abundantiam ſufficiat. argentum, gemmas & aurū parit. nihil otioſum in ea eſt, nihil ſterile, non coquunt ibi ſales, ſed effodiunt. Non violento ſole torretur, ut Africa, neq; aſſiduis ventis, vt Gallia fatigatur. Salubritas cęli per omnem regionem æqualis, atque ab equorum pernicitate olim maximè commendata, q ibi a uento equos concipi memoriæ proditum eſt. Magna eſt Hiſpaniæ gloria, non mediocris Leuretæ gētis, q illa imaginem,hæc nomen capiat a lepore, quod idcirco accidiſſe opinor, quia nihil eſt Hiſpania fertilius. Namlepus Hieroglyphicum eſt fęcunditatis. Animal quippe eſt rei venereæ deditiſſimum,& fœminę nullum gerendi in vtero facit interuallū. Mas verò præter id,quod more marium progenerat, fetum ipſe quoque concipit & excludit pariterque vt fœmina educat.

Lilium ſpei cōſtituitur. Hieroglyphicū. Inde in Nūmo Imp. Alexandri PII Aug. ab altera facie Dea dextra filium prætendit: cum inſcriptione ſpes publica. Flos quippe iuuenis dicitur, vt qui ex ei⁹ lacte ſit primogenitus cū ſubiecto eā Herculi vbera admouiſſet: guttas, aiunt, lactis aliquodan tetram decidiſſe, ex quib. mox lilia pullularit, meritoq. flos regius a Iunone regia appellatur. Admonet Hieroglyphicū nihil a ſummo Principe RAINVTIO Farneſio, quod ſit aut ī honoris vocabulo, aut in virtutis præmio, non eſſe ſperādum. Nam ab inuictiſſimo Duce eius parente Alexandro Farneſio plura vniuerſa Chriſtianorum reſpub. accepit, quam ab vllo vnquam mortalium ſperare potuit. Hic autem quantum ſui generis,& ſeminis imago ſaluti pub icæ promittit tantum nūquam ceſſant etiam cum ſummo diſcrimine vitæ, in tot, tantisq; bellorum incendijs nauare, & efficere. Promittit autem plurimum. Nam quorſum ſex illa lilia, ſiue ipſa lilij ſex folia? eorum honorum, qui maximi ſunt, typus eſt hic numerus, Sex hominis notantur generationes. Prima ab Adam ad Noe: hanc vocant inſtitutionem, & lapſum; ſecunda a Noe ab Abraham, hāc diluuium,& renouationem dicūt: tertia vſq; ad Dauidem, quæ circūciſionis & legis eſt: quarta vſque ad tranſmigrationem Babylonis legū & prophetarū nomine: quinta ad aduentum vſq; Chriſti captiuitas,& liberatio, ſexta abraduētu Chriſti in cōſummationem ſæculi ſpiritualis, redēptio. Sex in elementis qualitates, acuitas, raritas, motus, obtuſitas, denſitas, quies. Sex poſitionis differētiæ, ſurſum, deorſum, ante, retro, dextrorſum, ſiniſtrorſum. Sed denique mille annis mundi æternitatem plenq; ſic diſtributam habent in ternum (vt eſt gentis eius imago) ordinem, ut millenus binarius primus ſit ſine lege, ſecūdus cum lege, tertius cū gratia. Magna uerò imaginis gentis eius dignitas, quæ quantum humani gēnis adminiſtratio quantū mundus, quantū uniuerſus rerū cardo, ac denique ętas oīs virtutis pōt capere, tantum hęc illa generis imago videatur neſcio quomodo anhelare. Probarunt id cum multi Principes & Cardinales, tum diuus ſummusq; ille Pontifex Paulus III. qui morū ſanctitate, ſumma animi ſapientia, atq; mentis ſui diuinitate tot res, tam admirabiles geſſit, ut gloriæ ſuę magnitudinē, cęli, ac terræ regionibus videat terminaſſe. Nā cur gentis eius cærulea ſex illa lilia, quemadmodum ex lilijs, qui flores ſunt Iunonis, ita ex cæruleo eorum colore, quia a cælo nomen accepit, nemini obſcurum ſit ſummi Parmenſis Principis Raynutij genus, & ſemen de cęlo manaſſe, atque generis eius, & fęminis ſobolem (q res aperte palamq; loquitur) cęleſtis & humanæ virtutis eſſe hæredē. Quod ego a doctiſſimo uiro, & curiæ Leodienſis aduocato, Iacobo Farnetio patre meo, cum a puero intelligerem, ſtatim cępi

de

de Italia cogitare? cuius me item deſiderio inflãmauit ſæpe Illuſtriſs.Card. Gherardus Grousbech,eẽs quondam Leodienſis,gentis eius,quæ viget ĩ Italia,incredibilem gloriam ſummis laudibꝰ cælum tollẽdo. Nec vlla quidem ſunt gloriæ monimenta,quę liliorum naturæ.i.familię eius ſimulacro nõ videantur quaſi diuinitus reſpondere.Quæ enim boni principis quinq; ſunt attributa, illa oĩa, natura magiſtra, quæ minimè poteſt errare, elucefcũt in Liliorum imagine. Honor,obſequium,amor,integritas, & clemẽtia.Quid honor? quia cũ nemo debeat aliis imperare,qui non iis ſit melior,quibus imperat,Princeps vir optimus cum ſit ſummus ei honor debetur.Hoc natura pet lilĩũ. Nã vt virtus, ſic qui hoc ſummus eſt, in actione cõſiſtit.talij aũt tam incredibilis eſt virtus, tãta agendi vis, vt haſta eius effoſſa, tanquã vitis propagetur, quotq; ſint haſtæ nodi,tot inde ad paucos dies oriri germina cernantur,& bulbi.Si mõ nec haſtæ flos adhuc ſit apertus,nec a radicib.haſta ipſa auulſa. Magnũ verò ĩ principe monimentũ glorię,virtutem ſuam longè,latèq; propagare. Cui principi debetur obſequiũ,quia vim & numen Dei Opt.Max.princeps obtinet, appellaturq; vulgò eius Vicarius.Hoc monere videtur cęleſtis ille,vt diximꝰ lilij color,aſſerete, eius radix cõſtãs, vt aliũ ex plurimis bulbis,quaſi oĩum ſimul ſtudiũ nihil aliud eſſe debeat,quam qđ debetur Principi obſequiũ. Quare qui ſummus eſt amor debetur Principi, quia quantũ tribuimus Deo,quãtum parentibus,quantum patriæ,id nulla re euidentius,quã per amorẽ & obſeruãtiã in Principem poſſumus declarare.Id natura p lilium.Nam cum amoris obiectũ ſit bonũ. Hic flos ſuauis eſt odore : medicina vtilis : aſpectu honeſtus : quo admoneri per Lilij ſymbolũ videmur,nihil melius, nihil inter mortales amabilius eſſe Pricipe. Quare vir integer princeps? quia non minus ſui ipſius, quàm aliorũ dẽt eſſe dominus.Cõtra.n.ius eſt,eũ alijs imperare.qui improbiſſimæ dominę cupiditati cogitur ſeruire. Quod docet Lilij natura.Nam eius flos quamdiu eſt integer ſuauem ſpirat odorem : putridum fractus,& colliſus.Quamobrem deniq;clemens eſſe debet Princeps: quia ſatius eſt ex improbis bonos viros reddere, quam ipſos improbos perdere. Hoc loquitur,niſi planè hebeſcimus, per lilium natura. Illud enim vt eſt apud medicos, dolorũ acerbitates lenit:facilẽ nauis & ſordibus abſtergit:veneni vim tollit,ac deniq; vulnera ſanat, vt nihil ſit aut in expectatione boni, aut in euitatione mali,qđ ex ſummo Pricipe Ranutio, & ex iuſtiſſimo Duce Alexãdro Farneſio patre,ñ liceat mortalib.vniuerſis expectare.

Locuſta intẽperãtiæ ſymbolũ ab Aegyptijs ſacerdotib. cõſtituitur, cum locuſta nũquam pariat ſine interitu,inde deteſtatio colligat intemperãtiæ. Hęc.n.peros vermem parit qui matrem ex repẽtino interimit. Locuſta nec perfectũ hẽt gteſſum,nec perfectũ volatum,ſed primo dat ſaltũ & quo lõgius ꝓuehatur,addit motum alarum. Intemperãs neq; palati,neq; voluptatis verum ſenſum habet,ſq; quo magis anheiat,eo in grauiores morbos incurrit. Quid? vnum ſolum inteſtinũ hẽt locuſta, tãq; iatũ, vt quaſi tota ſit in ventre, & nunquam non eſuriat.In ventre habitat animus intemperantis,eiuſq; cõſilĩũ & rationes oẽs gula abſorbet, nec expleri, & ſatiari intemperans vnquã poteſt.

Luna imaginem hẽt pietatis,q̃ effingere cum vellẽt Aegyptij ſacerdotes,lunam cum elephanto in flumine ſe abſtergente pingebãt Nam noua apparente Luna limpido ſe flumine abluunt elephanti.Si morbis infeſtãtur ſiderum quaſi auxilium implorant.herbas coelum verſus tendentes. Sermonẽ patrium intelligunt, honores ambiunt atque mortem infamiæ præferunt.

Lupa Hieroglyphicum eſt meretriciæ improbitatis,ab animantis rapacitate deſumptũ. Natum enim eſt meretrices lupas appellari, & inde lupanaria dici. Tanta enim eſt animantis eius rapacitas,vt vbi cauſas intrauerit non ſolum interficiat, quod ſatis eſt ad ventrem ſed totum gregem paſſim ingulet.

Lupus ſymbolũ eſt furacis & auidi hoĩs,vt teſtantur Ægyptij,& Socrates in Phædone, q̃ rapacem & furacem hominẽ poſt vitã, vt autumat,tradit in lupũ abire, atq; vt refert Alb.Magnꝰ,Lupus eſt animal ferox,& doloſum:fur item & vi nititur,& inſidijs.Lupi hęc eſt,ait,natura,vt ſi quẽ prius viderit, is ei vocem auferat,ſin ante ipſe videtur ſtatim audaciã amittat,ſed ille vocem recuperat,ſi amictum ſoluerit.Quorſum? periculoſus eſt furis ſenſus : animo. n.denorat q̃cqd videt.ſi deprehenditur animũ ſtatim amittit.Chordę.ex viſcerib.ouiũ, cũ chordis ex lupi viſcerib.permiſtæ in teſtitudine aut lyra,non ſonãt.Nec lupi cauda ad boum præſepe ſuſpenſa permittit,aiunt,comedere boues. Quid? eſt etiam, docet ſymbolũ, auidi & rapacis hominis ſocietas ſemper inutilis, & nunquam non ſuſpecta & formidoloſa.

Luſcinia ſimulacrũ lucubrationis efficitur, q̃ vernis temporibus noctem omnẽ quaſi fallat modulãdo.Hãc alitem Græci Philomelam vocãt,quod cantus adeo ſit ſtudioſa, vt cum alijs in certamen veniat modulãdi.Victa morte ſępè finit vitam, ſpiritu priũs deficiente,quam cãtu.Durat hęc argutia quindecim diebus, quæ in tantillo corpore, tam varij eſt concentus, vt ne ars hominum tot exquiſitis tibiarum tormentis,eum poſſit vlla modulatione exequare.

Lynx imaginẽ habet hominis acerrimi viſus. Nam quadrupedum omnium clariſſimè videt.Beſtia eſt habens maculis diſtincta terga, vt pardus, ſed ſimilis lupo. Quare lynx quaſi λύκος,hoc eſt lupus vocatus.

Disputatio xi.

Quæſtio diſputando explanabitur, ſi diſputationis laqueis ingenij vis & doctrinę ratio oĩtẽdet teneri,cõſtricta,& ita teneri,vt ars omnis & doctrina ſine neruis diſputãdi,& robore imbecillis ſit & ĩfirma. Quid.n.eſt in omni gne & varietate ſcientiarum,q̃ nõ poſſit aut ſuſtineri, aut ĩfringi artis eius ꝓſidio? ſed illud omitto,nõ minus ſæpè habet ipſa quæſtio ſalis, quam ipſa diſputatio acuminis. Vt eſt apud Gellium. De reo ſeptem iudices cognoſcant : eaq; ſententia ſit rata q̃ plures ex eo numero dixerint.Cum ſeptem iudices cognouiſſent, duo cenſuerunt reũ exilio mulctãdũ: duo alit pecunia, reliqui tres capite puniendum.Quęritur capitis pęna necne ſit puniendus reus, quia vtrinque æque vrget ratio ἄπορον, vocatur. Certum quippe eſt non æque vtrinque valere ſentẽtiam,ſed æque in ambiguo iacere,atq;idcirco nullam ratam eſſe oportere, quia nullus aptus iudicum numerus in vnam ſententiã conueniat.Ex iis minimũ quatuor ſentiunt iudices.Sunt diſtractę eorum ſententiæ, nec ſatis approbãt reliqui tres, quia illis numero sũt inferiores.Specula & propugnaculũ iuris in differendi reſidet ratione, omneſq; in ea proſeminatę ſunt quæſtiones & cõtrouerſiæ. In diſputatione veluti ĩ aliquo vberrimo ingeniorũ prædio,ars facile ſuccreſcit dicẽdi,generis huius colores. Amplificatione omnes fere tractantur. Amplificationis quadripartita eſt rõ.Fit.n.aut incremento, aut congerie,aut ratiocinatione, aut cõparatione. Incrementum ſiue αὔξησις, eſt cũ ex minoribꝰ.exaggeratis relinquit cõiecturam de multo maioribꝰ.Quorum grauitas animo magis eſt moderanda,quã verbis expri mẽda,qñ quod maius eſt ſupra modum effertur,vt turpe eſt a rẽo accipere ſcelus, ab accuſatore,quid dicã ab vtroq;itẽ vbi ſemper aliquid inſequit pro re maius.Hic pecuniã honorẽ,regnũ,uitam,patriç deniq;charitatem cõtempſit.Hic ſingulç voces incrementi vim habent. Cuius vicem etiã obtinet in vna voce ſuperlatio,vt ſi improb.latro:taciturnus mutus,tardus,ſtipes,& truncus vocet,aut Philoſophia tĩctus,Plato,vel Ariſ. nominet. Cõparatio forma eſt ãplificandi,incremento fere contraria. Incremẽtum.n.tendit ad ſuperiora,cõparatio a maioribꝰ.dilabit ad inferiora.Ci. in Catilinam ſerui mehercule mei ſi me iſto pacto metuerent,vt te metuunt omnes tui:domum meã relinquendam mihi putarem. Dialectici hunc locum vocant a minori ad maius. In quo neceſſe eſt cum inferius augeatur, etiã ſuperius augeri. Rõcinatio eſt,cũ coniecturã ſumpta ab aliquo,eorum q̃ pęne fidẽ excedũt,amplificare ſtudemus vt Zeno ĩ mõtem Aethnam pro honore ſe præcipitẽ dedit.Ex hoc loco rõcinari licet,quanti honorem fecerit,qui maluerit inanẽ honoris auram ſine vita, q̃ vitã ſine *cultu eo, & honore* Cõgeries eſt, vt plurimũ,res diuerſas ſignificantium enumeratio.Ci.quid eſt in Antonio præter libidinem? crudelitatẽ? petulantiã? audaciã? nihil eſt in eo ingenuum,nihil moderatũ,nihil prudẽs,nihil pudicũ. Hęc apertius Epi.fam.apud Ci. vt lib.7. epi. 23.

Verba Nativa.

Macarius, beatus μακάριος.
Macedonus,μακεδνός,excelſus.
Machina,μηχανὴ a verbo μηχανεύω,i.machinor.
Mactra, μάκτρα, inſtrumentum in quo panis pinſitur.
Mœnia,quaſi munia.
Magia,a verbo μαγεύω.i.magicã artẽ exerceo
Magnum, μέγα.
Magis, μᾶλλον.
Magiſter,id eſt,maior in ſtatione.Nam ἀρχὴ, græce ſtatio dicitur.
Magnetes, μαγνῆτις.
Magus perſico vocabulo.i. ſapiens.
Malacia, μαλακία, id eſt,abſurda prægnantis appetentia.
Malitioſus,deterior eſt malo,quia frequenter eſt malus.
Malleus,a molliendo res duras.
Malua, μαλαχή.
Malus quaſi μέλας. nigrum.
Mamma, quaſi malum rotundum.
Mania μανία. furorem Græci appellant.
Mancipium, quaſi manu captum.
Mane,a manando qđ de ſole propriè dicitur.
Mancus,quaſi manus-ncus.i.caſſus.
Manifeſtum, quaſi in manu prompum.
Manna μάννα.
Manſuetus, quaſi manu aſſuetum.
Manus,quaſi munus.
Mare, a meo, as.
Mars,quaſi mas.
Martha, μάρθας. peccatum.
Mater μήτηρ. matertera, quaſi mater altera.
Martyr, μάρτυρ. teſtis.
Martyrium,μαρτύριον.i. teſtimonium.
Maſtigo,μαστίγω.
Mater quaſi malum patiens ter. in parturiente partum, & poſt.
Matthæus ματθαῖος μαθών.i. gnarus ſum.
Mathematicus. μάθημα. i. diſciplina.
Mauri.μαυρὸν.i.nigrum.
Medea,conſilio polleus,μήδος.i. conſilium.
Medeon,μηλέα.
Media,μηδία,regio Aſiæ.
Medius, μέσος.
Medulla,quod in oſſibus ſit media.
Medus,a verbo μήδω.curo, impero.
Megera inuidia,μισγέρα. inuideo.
Mel, μέλι.
Melancholia.i. nigrum fel.

Melanthon.i.flos niger,μέλαν.nigrum αὐθος. flos. pronici ſi hominis nomen.
Melodia μελῳδία.
Memoria,μνήμη.
Meninges ,μήνυγγες cerebri tela.
Menſa a mandendo dicta.
Menſis Græce luna.
Mentior a mente,mendaciũ a mẽda eſt dictũ.
Meretrix,quod pretium libidinis mereatur.
Merum antiqui dicebant ſolum.
Meſpilum,μέσπιλον.
Milium a multitudine granorum.
Miniſter,i.minor in ſtatione.Nam στήρ.Græce ſtatio dicitur.
Myrtus a mari,quod in litore naſcatur.
Miſericors , quaſi pro aliena calamitate miſerum cor habens.
Mitis quaſi munitus ad iniuriã ſuſtinendam.
Mœchia,μοῖχον,adulterium.
Moleſtia,a mole dicta.
Momus,inquiſitor a μωμῶ.inquiro.
Monachus,μόναχος,a μοναζω,i.ſolus dego.
Monarcha,μονάρχης.
Monaſterium,μοναστήριον.i.ſolitudo.
Monimentum,μονῆμα.
Mora μαῦρον.i.nigrum.
Morbus,quaſi mors.
Morio,a morte,eo,quod nõ vigeat intellectu.
Mors a morbo μῶρος.
Mos a modo .
Mulceo, quaſi molliceo.
Mulier ,quaſi mollior.
Mulio,a mulis:in quibus agendis vitam agit.
Municipia,a capiendo munere.
Murus a muniendo.
Mus μῦς.
Muſę,μῶσαι,ſtudio inquirere.
Mutus a mugiendo .
Myropola μυροπώλης,vulgo profumiero.
Myſtagogus,μυσταγωγὸς chi moſtra le reliquie.
Myſterium, μυστήριον.

MODIFICATA TRANSLATE.

Machinamẽtum Doli loco veteri Ada ſumit. Megaricum machinamentum Olim.n.Megarenſes vulgo malè audiebant tanq; ſubdoli & veteratores,quod aliud in pectore clauſum, aliud in ore promptum haberent.
Machina pro auxilio,quod alieniſſimo ſit tempore.Machinas poſt bellum afferre.
Magiſtratus prouerbialiter , p quouis officio vendicatur.Magiſtratus virũ indicat . Vita .n.hoĩs,vix ſatis perſpici põt, niſi ab euẽtis, qui apertè declarant ex officio, & munere.
Mala munerũ habẽt interpretationem. Ada. Malis ferire. In eos dr , qui munuſculis ad id aſpirant,quod non poſſunt aſſequi virtute.Ductum Adag.à Fabula Atalantæ, quam Hippomenes curſu non ſuperauit,ſed arte. Proiectis .n. inter currendum malis aureis, in quibus ſublegendis , puella ſubinde moraretur,ſic præceſſit , ac vicit iuuenis.
Malleus & incus vicẽ habent angoris, & acerbitatis . Adag. inter malleum & incudem. Quadrat in eos,qui ingentibus malis conficiuntur, à fabris ducta allegoria , qui ferri duritiem crebris vincunt ictibus.
Malum nunc vxoris habet ſignificationem. Ada.Neq; cũ malis,neque ſine malis.Notum eſt illud Catonis , quod cum vxoribus incõmodè viuitur, at ſine illis omninò non viuitur.Nunc boni interpretationem . Exiguum malum ingens bonum . Admonet adagium ex puſillo labore,maxima cõmoda colligi. Si quid enim feceris honeſtum, cum labore,laborabit , honeſtum remanet.
Mandrabulus,pro hoĩe in dies ſe deterius gerente.Mandrabuli more.Inde natũm Ada. q Mandrabulus quidam cum theſaurũ reperiſſet,primũ auream ouem poſuit Iunoni Samiæ,proximo anno argẽteã, tertio eream.
Mãdragora negligentiæ occupat locum.Ada. Bibere mandragoram. In eos dictitari ſolitum,qui obdormiunt tempori . Nam tanta vis ſomnifera ineſt mãdragoræ,vt detur ſecandis aduerſus intolerabilem cruciatum.
Mantica vitij loco ſumitur.Adag.Non videmus manticæ,quod in tergo eſt. Finxit Aeſopus ſingulos mortales binas habere manticas,hoc eſt,peras,alteram ante pectus, alteram in ſcapulis,tergoque propendentem: ſed in priorem,inquit,aliena vitia immittimus,in poſteriorem noſtra.
Manus modo ſumitur pro auxilio.Ada.multę manus onus leuius,reddunt.Significat prouerbium,q difficile eſt vni, id plurium auxilio facilè reddi.Modo vendicatur pro cupiditate Atticus porrigit manum.Huic adagio locũ fecit Athenienſis,qui in munerib. captandis,& aucupandis lucris ẽt expirans erat intentus . Nunc capitur pro modo. Adag.Manu ferendũ non Thylaco.Nã manu ferentem vti oportet , nõ autẽ tota corbe .i. modus in oĩ re eſt ſeruandus, & pedetẽtim ab alijs ad alia tranſcundum. Nunc vſurpatur pro hoĩe Manus manum fricat. Monet Adag.hoiem hoĩ eſſe natum . Nunc pro liberalitate accerſitur,plena manu dare. Natum Adag.ab ijs,qui non minutim , ſed cumulatè largiuntur. Cic.quam plena manu, quam ornatè noſtras laudes in aſtra ſuſtulit. Nunc deniq; pro ſtudio, & opera captatur. Adag.Manũ admouenti fortuna eſt imploranda, admonet adagiũ ſtrenuè,& viriliter agendo, ita fidẽdum eſſe diuino auxilio,vt à nobis abſit deſidiæ culpa. Reſpuuntur.n. à ſuperis inertium , & deſidioſorum vota.
Mare negocij habet interpretationem. Adag. Mare cœlo miſcere.Hoc eſt,omnia perturbare,nihil non facere .
Mars pro ingenio.Adag.Nro marte.Vbi nullis auxilijs adiuti,nro ingenio quiddã peragere dicimur.Translatum ab imperatorib. qui ſuis auſpicijs bellum ſuſtinent,vel quod ingenium in armis maximè requiritur.
Maxilla,cibum communi prouerbio ſignificat.Viro ſeni maxillæ baculus.De ijs dici ſolitum,qui ob defectas ætate vires,lautiore, & copioſiore victu cogũtur vti , vt quod ſenecta deſerit farciant cibo.
Medicus,pro maledico,aliorum medicus ipſe vlceribus ſcatens.Torquetur in petulantem hominem,& procacem , qui errata inceſſit aliena,innumerabilibus vitijs ipſe madens.
Mel cõmodi loco ponitur.Neque mel, neque apes.In eos dici ſolitũ ,qui recuſant icõmodum ferre,q fit cum commodo,& vtilitate.
Mendicus, auari & cupidi hominis ſumit interpretationem.Adag.Mendicorum loculi ſemper inanes.
Menſa,pro victu.Adag.Sybaritica menſa. De conuiuio dicebatur nimium apparato. Natum à gentis eius morib. Sybaritarum.n.luxus eo proceſſerat , vt quicquid effœminatum , quicquid molle , quicquid accurata, atque ambitioſa luxuria paratum eſſet , id vulgo Sybariticum diceretur . Huc item pertinet Syracuſana mẽſa Syracuſani enim vt erant olim opibus florentiſſimi, ita & voluptatibus,ac delicijs addictiſſimi.
Menta,pro timore.Adag.Mentã belli ipe neque ferito,neq; edito. Inde natũ adagium, q menta corpori frigus adducat , cuius rei argumentũ eſt,quia ſemẽ genitale minuit: frigus autem aduerſatur fortitudini , atque audaciæ. Nã ; qui natura ſunt frigidi,nulla quaſi re,metu trepidant,qui contra ſunt calidi,omnes feruent,ferunturque audacia.
Mercurius,hominis indiſerti ſignificationem obtinet.Adag.Mercurius infans Ironia prouerbialis,vbi quis fingit ſe rudem artis eius, cuius eſt callentiſſimus.
Metra, pro incõſtante. Adag. Mutabilior metra Erifichthonis.In eum cõgruit , qui ſecũ nõ conſtat.Erifichthon ad extremam deuenerat inopiam. Metram filiam vbi proſtituiſſet,adoleſcentes, qui conuocabantur ad illã,ſic amorem eius mercari ſtudebant ,vt ei alius equũ, bouem alius,atq; alij alia munera afferrent.Quare Theſſali per iocũ dicebant Metram i omnia munera conuerti.
Midas,pro diuite.Ada.Mida locupletior.huic proximum eſt,Tantali talenta.
Momus procacis hominis vicem hẽt.Hyperbole adagium . Momo ſatisfacere μώμος, Græcè reprehenſionem ſignificat.Nota nõ minus,quam prolixa eſt Momi fabula.
Mons,pro re grãdi ſumitur . Hyperbole.Ada. Aureos montes polliceri.De ijs,qui immenſa promittunt , ſpeſque ampliſſimas oſtentant , à Perſarum arrogantia ducta metaphora , qui propter auri venas,montes aureos tactitabant.
Mopſus pro homine indigno. Adag. Mopſo Niſa datur.Cum præter omnium ſpem, res præclara contingit cuipiam prorſus indigno . Erat enim Niſa puella inſigni forma, Mopſus abiectiſſimus paſtor.
Morſus pro obtrectatione . Non ineſt remedium aduerſus Sycophantæ morſum. Nam eius calumnia non ſolùm pernicioſiſſima, ſed etiam ineuitabilis.
Mugil hominis eius ſignificationem habet communi prouerbio, cui etiam deſit,quod edat.Mugilis vitam degere.
Mulier pro ſummo malo.Adag.Mulierũ exitia de his,qui miſerabiliter perierũt. Mulieres.n.olim ferè calamitatum procreatrices vitis fuerũt.teſtis Pandora,Heſiodi, Bellũ Troianum,Hercules a Deianira , Danaidũ fabula.Lamiarũ mulierũ Hiſtoria:Cleopatra:ſumitur item prouerbialiter mulier pro homine inepto.Adag. Ne gladiũ tollas mulier.i.ne ſuſcipias.negocij molẽ , quam nequeas ſuſtinere,aut ne laceſſas inimicũ , cũ laceſſitum nõ queat profligare. Pro formidoloſo homine deniq; veteri adagio vſurpatur mulier : Mulier imperator , & mulier miles.Quoties totum negociũ ignauis commiſſum eſt , cunique & ij , qui præſunt, & ij,qui parent,pariter ſunt formidoloſi.
Mus interpretationem habet inanis promiſſi. Ada. Murem oſtendit pro leone. In eos dictitari conſuetum,qui cum grandia ſint polliciti,ad res minimas ineptiſſimè dilabuntur.Huic adagio affine eſt culicem pro elephãto. Vſurpatur itẽ mus pro eo , qui quod facit ſuo didicit periculo.Adag. Mus piperis guſtans. Conuenit adagiũ in eos,qui ex audacib.periculo guſtato fiunt timidiores.In eos quadrat,quib. experientia patũ ceſſit, ſi quidem mus imperitus ſi qñ in piperis incideriit,aut perit , aut vix eluctatur, atque inde periculi memor eam inetur attingere.
Mus albus impuri,& flagitioſi hoĩs hẽt ſignificationẽ : Nã mures domeſtici falaciſſimi ſunt,præſertim albi.Mus item pro circũſpecto,& prudẽte accipitur.Ada. mus non vni fidit antro.Nihil hodie eſt decãtatius apud vulgus , quàm eum murem eſſe miſerũ cui non eſt niſi unus cauus . Locus erit Adagio ſi quem monebimus,ut non tantum tribuat fortunæ , quin ad Muſas poſſit recurrere. Mus denique pro minimè longæuo vſurpatur. Adag. Muris interitus. Aelianus tradit murem minimè uiuacem eſſe.Conuenit adagium hominib. imbecillę valetudinis . Aut iis, qui paulatim extabeſcunt . Verſimile eſt mures ſic emori , quemadmodum naſcuntur in Aegypto, ut aliqua pars ſit uiuus mus:altera nihil niſi limus.
Muſca modo pro ſcurra aſciſcitur alienum cibum captante.Aduolat.n. hoc inſectum ad cibum alienum,& ęgrè poteſt abigi.Modo pro ſolitudine hominũ capitur . Hyperbole.Adag.Ne muſca quidem.Vibius Criſpus rogatus ecquis eſſet cum Cæſare in cõclaui, reſpondit ne muſcam quidem intus eſſe.
Muſſis pro diligentia exquiſita ueteri adagio. Ad amuſſim. Hoc eſt,exactiſſima cura.Ad

C un-

ungueem,eũdem habet ſenſum.Hoc à marmorarijs ſumptum eſt, qui ſuperinducto ungui marmor explorant,illud autem adagium à fabris lignarijs,qui funiculo illo regulati operis æqualitatem explorant.

Muſtella pro re inauſpicata.Adag.Muſtellam habes.In eum quadrat cui omnia ſunt inauſpicata. Cui hoc adagium eſt ſimillimum, equum habes Seianum. Quia & uulgata, & prolixa eſt utriuſque animantis hiſtoria, unde nata ſint hæc adagia, malo eam hoc loco fortè deſiderari, quàm terminos, & fines tranſire breuitatis.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Malum punicũ Næui eſt ſymbolum.Vt.n.nullũ in eo fructuum gñe reperitur, in quo nõ ſit aliqd granũ putre: ita homo nullus ſine Næuo inuenitur,uel aĩ,uel corporis.Exprimitur itẽ per malũ punicũ populi Hieroglyphicum. Ea de cauſſa,ꝙ grana illa folliculis alia alijs ſegregentur prouinciarumque limites quoſdam prę ſe ferre uideantur.

Malus hieroglyphicũ eſt amoris.Arbor.n.hęc fructus fert aureos,& rubicũdos,q itẽ palloris quaſi erubeſcentię habẽt ſigna.Quare germana uĩ ĩ ea arbore amoris facies. Atq; olim hæc in Numiſmate effingebatur,cum pomum Veneri dicatum oſtenderetur.

Metus hieroglyphicè per leporem oſtẽditur, Eſt.n. lepus omnium quadrupedum timidiſſimus. Inde Cornificius milites degeneres ſolet galeatos lepores uocitare.

Mercurius ſymbolũ eſt eloquẽtiæ.Effingiturque hoc mõ. Iuuenis caput hũs armatũ galea, utrinq; alis munita,talos alatos, cęterũ corpore ex anteriori parte nudº,poſt tergũ penula exiguè reflexa, dextra caprũ tenens cornib. apprehenſũ, unà cũ marſupio auro referto; læua caduceũ geſtans geminis anguib inuolutũ,quorsũ nihil eſt in facultate dicendi, cuius non ceruantur in Mercurij imagine uelati quaſi quidam igniculi. Nãque attributa ſex de eloquentia traduntur ab Ariſtot.Definitio,origo, partes,officiũ, utilitas,ac denique probatio. Illa omnia ſole clarius in hac una elucęſcunt imagine. Quorſum igitur Mercurius? latet in nois eius inuolucris definitio Rhetoricæ artis. Mercuriº.n.Græce Hermes dr̃ à uerbo Græco ἑρμω.hoc eſt,dico.Nemo aũt dicit, ſi uerbũ ad mutum relegare uelimus,niſi qui aptè ornatęq; dicit,cũ dicere ſit ex arte, loqui à natura.Quare Mercurij nomen ueram germanamq, artis oratoriæ habet defenſionẽ. Quid caput armatũ galea geminis alis,mutum? originẽ monet eloquẽtię,quæ partim manat ex doctrina, partim ex animi integritate.Atq; idcirco orator definitur à Ci. uir bonus,dicendi peritus.Nã rerũ peritia,& eruditio,ſi bene attẽdimus,verè eſt capitis,aut rationis potius armatura. Quid alę,ſiue pẽnæ? penna æquitatis,ut uidere eſt in ſacris Aegyptiorũ litteris eſt Hieroglyphicũ,atq; integritatis ẽt.Nã ita amat integritatẽ penna,ut auulſa poſſit renaſci,inſecta non poſſit recreſcere.Quare ſi Mercurij galeã,hoc eſt, ſi eloquentiæ originem ſpectemus,nihil eſt eloquentia,niſi quaſi loquẽs ſapientia. Cur Mercurius nudus ex anteriori parte, à tergo tectus penula? Duę ſunt partes artis oratoriæ potiſſimũ,Ars,& Natura.Illa ut tegatur docet penula:hæc ut lõgè latèq, enudetur monet reliquũ corporis.Quãobrẽ iuuenis,ut cũ iuuenis dicatur à iuuando, intelligamus nullo publicę adminiſtrationis officio magis iuuari rẽpub. quã eloquẽtiæ ꝓſidio. Neque.n.ipe belli magnopere accidit oppus eſſe legib.Neque ipe pacis,& otij,armis, utroq; uero tẽpore reſp.q̃ ſumma ſunt ſalutis,& cõis uitæ auxilia mutuatur ab eloquẽtia.Quid dextra prę ſe gaper cornibus? Quid læuã caduceũ geſtans anguib. inuolutũ ſtatim notatur utilitas artis oratoriæ. Cuius duplex eſt ratio:Voa in ſęnandis,mortalibus ipe ocij à luxuria, & cupiditate, qđ per caprũ oſtẽditur, qui cõtinenter diffluit libidine.Altera belli ipe in hoſtibus arcendis,& ſuperandis,ut per geminos ſerpentes monſtrat caduceus à cadendo dictus,ꝙ eloquentiæ aduẽtu,aduerſa oĩa cadant? Quãobrẽ tali alati? probationis oratoriæ è Græcis uocantur ἄτεχνοι, & ἔντεχνοι. Hoc eſt, artis expertes: & artis participes, Sunt autem illę,ut leges, teſtes, pacta, quæſtiones, & iuſiurandum.Quæ omnes per talum notantur,cuius ſine arte imprimitur ueſtigiũ, hę uero ſunt,ut ἦθικαί, παθητικαί, λόγικαί, quę per alas docte notantur.

Miluus ſimulachrũ eõſtituitur locupletis hominis.Volans quippè is ſpacioſa aeris inter ualla aberrãs prędã inueſtigat. Diues, aiũt, aut improbus,aut ĩprobi hęres.Mas in miluorũ genere,ut Aelianus putat,non reperitur,fœmina ex auſtro concipit. Effœminatè multis etiã morborũ generib. obnoxius uiuit diues.Molliter uolat miluus;latet hiber nis menſibus,& podagra ſolſtitijs afficitur.

Minotaurus hieroglyphicum eſt ſilentij apud Ro.inter inſignia militaria.Minotauri effigies tũc extollebatur,cũ in ſecreto,& tacitè rẽ gerẽdã admonebatur. Oñdebat.n.hiero glyphicũ cõſilia nõ minº occulta eſſe dẽre, quam fuit Minotauri ſedes,quippè labyrinthus; Quare Imper. Q. Cecilius Metellus Macedonicus,percõtantib.tribunis quonã exercitum huc illuc agitaret; ſi putatẽ rñdit, tunicã meam meorum eſſe cõſiliorum conſciam,repente diſcinſſam igni darem.

Motus Prudentię eſt ſymbolũ. Quod ultima arborũ metu primæ floreat & prima omniũ, ne æſtus lædat feruore,fructus pariat.

Mulus ſimulachrum eſt laſciuientis hominis, non prolis cã,ſed uoluptatis, ubi aut mulus cum equa,aut mula cum equo effingitur.

Mula Hieroglyphicũ eſt hois,q alieniſſimus eſt ab amore.Mula quippè cõtra amorẽ tãtæ eſt efficacię, ut puluerem,in quo ſe uolutauerit corpori,in ſperſum,mitigare amoris ardorem tradant Magi. Symbolum itẽ eſt ſterilitatis.Nam eius partus eſt præt.nat.

Muſca ſymbolũ eſt rei cominus,geſtæ. Muſca aliqñ in Iaconum Clypeis inſigne fuit,cauſam quærenti, ſignũ eſt,rñdit,me tã proximè ad hoſtes accedere,ut muſca ab eis iternoſci poſſit. Muſca itẽ imago effingitur in docilitatis.Nullum enim otium animalium minus docile exiſtimatur, neq; minoris intellectus: Sola quippè humano gaudẽs conuictu,ut ait Plutarchus, nunquã mãſueſcit. Eſt deniq; Muſca pertinaciæ typus, ꝙ licet ab omnibus ſolita ſit abigi, pertinax tamen perſeuerat redire, & infeſtare abigentem.

Mus imbecillitatis eſt pigmentũ,ſi exanimatus effingatur. Nullo quaſi negocio interit, Nam quaſi uiuum ſit cadauer ſpiretq; hæc animans tanquã mortua, eo laborat natura uitio,ut etiam uiuens contabeſcat. Atque idcirco dicitur ſorix,quaſi σόος,hoc eſt,putridum,ꝙ morti eſt proximum. Mus uinus ſymbolũ eſt detrimenti. Is enim dies nocte ſq; ſemper aliquid rodit,ac omnia, quæ rodit inquinat,& inutilia reddit.

Muſtella,ut ait,Horus Aegyptiacus pro ſimulachro effingitur uirginis, ꝙ oſſeo genitali ſit prædita. Inſeruntur item muſtellæ apud ueteres etat imago,quod animal hoc inauſpicatum, infauſtumque perhibetur. Inſidiatur enim domeſticis animalibus.

SVASIO XII.

Suaſionis expoſitio ea eſſe dẽt,ut in eius artificio,oſo efflorescat ſententijs,atq; appoſitarũ rerũ redundet exẽplis.Prudenti.n.facilè fidẽ hẽmus,neq; benęuolo niſi coacti reſiſtimus.Quare ſuadẽtis eſt nõ ſolũ illa, quæ in uerborum tegumentis latent, quæque in artis, & ingenij quaſi quibuſdam latebulis deliteſcunt in apertũ deducere, atq; uerbis honeſtare:ſed ẽt eorũ mẽtẽ,quibuſcũ agit, ſuæ uirtutis benęuolẽtia imbuere.Hẽt ſuaſio nõ ſolũ ſegetẽ,& materiã, ſed ẽt anſam ſæpe orationis,& epiſtolæ.Laudatur in hoc orationis filo,humile genus dicendi,modo tñ nihil, quod iacens pundumq, ſit oleat. Nã orationis tenuitas niſi arte corrigatur, facilè fatidida puerilisque redditur. Quæ dẽt hoc orationis genus eſſe ſubtile,non languidũ,& exile:attenuatum,non exãgue,& aridum,i.dẽt eſſe plenum acuminis,nec ornamenti uacuum.Quantum autem hęc ars habeat ad oẽs res facilitatis,unus euidentiſſimo Carneades docet exemplo,qui nullam unquã tẽ in diſceptationibus, neq; defendit, quam non probarit,neque oppugnarit, quam nõ euerterit,Cic.in Epiſt. Fam.lib.5. epiſt.18. officium meum. li.4. epiſt.1. Cnæus Trebatius,lib.5.epiſt.21.gratiæ mihi,lib.6. Epiſt.8.Cum eſſet mecum epiſt.12.

VERBA NATIVA.

Nanus,νᾶνος Latinè pumilio.

Narciſſus,flos,νάρκισσος,à νάρκη, ſtupor, tum eius odore ſtupeſcunt ſenſus.

Naſus,à νάω, fluo, quod per nares purgetur cerebrum.

Naufragium,ναυάγιον.

Naus,ναῦς.

Nauo,id eſt,ſtrenuè ago.

Nauſea,ναυτία,à uerbo ναυτιάω,i.nauſeo.

Nauta,ναύτης.

Nauticus,ναυτικός.

Nauus,à nauiũ celeritate,i,celer, & ſtrenuus.

Ne,μή.

Nebula,νέφος.

Nebulo,à nube, ꝙ qualis ſit *vix intelligi* poſſit. Propter frontis nubeculas,i. ſimulationum,& diſſimulationum tegumenta.

Necem,νέκρος,mortuum dicunt Græci.

Nectar,νέκταρ.

Negligo,à ne & lego,quaſi non lego.

Nego,à non & ago.

Negocium,quaſi negans ocium.

Nemo,quaſi non homo.

Nemus,νέμος,à νέμω,id eſt,paſcendo.

Neo,νέω.

Nepos,quaſi natus poſt noſcitur.n.poſt filium

Neptunus,à nando.

Nequam quaſi ne quicquam.i. nullius precij.

Nero,νέρος,id eſt,aqua.

Neruus,νεῦρα. (piens.

Neſtor à νη,ſanè ἴστωρ,ſapiens, quaſi ualde ſa-

Neuter,quaſi non uterque.

Nicomachus,νικόμαχος.

Niger,quaſi nubiger,quia non ſatis,ſed ſco coopertus eſt.

Nihil a non & hilum componitur, quodgano fabæ adhæret.

Nimbus è nube dictus.

Ningo,νίζω.

Nitrum νίτρον.

Nix à νίπτω, nouum.

Nodus,à neo.

Noceo,νόσος,morbus,à nocendo.

Noe,ceſſatio,uel requies.

Nomen,ὄνομα.

Nopæ,ναπαί.

Non,οὐ.

Noſco,γνόω.

Notus ventus,νότος.

Nothus,νόθος, ſpurius.

Nouerca,quaſi noua uxor dicta.

Nouo,νέω.

Nox,νύξ. eſt autem nox umbra terræ,& nocendo dicitur,quia nocet oculis.

Noxa culpa.

Noxia,à nocendo.

Nubes,à νέφος,priuatione lucis.

Nugæ,à non & ago.

Nullus,quaſi non ullus.

Numẽ à nuo, quod ueteres pro uolo dicebãt.

Numus,νόμισμα.

Nunc,

Nunc.νῦν,in u commutato, & in fine addita littera c.
Nuper,quasi nouiper.
Nuptiæ a nubendo,id est, tegendo, quod capite velato virgines viro traderentur.
Nurus,γυνὴ.
Nux,a nocendo.
Nycticorax,νυκτικόραξ.
Nympha,νύμφη,sponsa.

MODIFICATA TRANSLATE.

Nasus pro ira. Fumantem nasum vrsi ne tentaueris. Prouerbij vim habet apud Martialem,Admonet non esse tentandos,qui possint nocere. Hac parte corporis icta potissimum vrsos irritari docent bestiarij.
Nasturtiũ socordiæ notã veteri adagio inuitit. Ede Nasturtiũ. in socordẽ dr & ignauum. Nam huic efficaciam inesse olim credebant eruçe contrariam, quæ vim vigoremque aĩ fulciraret,vnde & nomen apud Græcos habere videtur καρδαμον, quasi cor domans.
Nauis pro vitiorũ officina. Adag.ĩ nauib.educatus.In eum conuenit,qui rudis sit, & alienus à moribus liberalib. Pro sene item vsurpatur. Nauis annosa haud quaquam nauigabit per mare. Congruit in eum,qui ob ætatis imbecillitatem,ad res arduas obeundas,sustinendaque pericula parum est idoneus.
Neruus laboris, & studij habet interpretationem. Omnibus neruis,id est, summa vi, summoque studio. Nam robur iuxta philosophos in neruis situm est.
Nihil,pro doctrina inani. Adag.cape nihil,& serua bene. Congruet in doctrinam inutilem & falsam; eorum presertim, qui cum doceant friuola, tamen iubẽt auditores meminisse.
Niobe, calamitosi habet significationẽ. Ada. Niobes mala. De misero,& infelice dicebatur. Erat Niobe filia Tãtali,vxor Amphionis,quæ filios hẽbat sex, totidẽ puellas,eius successu insolens contempsit Latonam,quæ non nisi duorum mater esset, Apollinis, & Dianæ. Hæc,vt est in fabulis,post occisos liberos,in saxum præ nimio dolore diriguit.
Nodus amicitiæ loco ponitur. Ada. Herculeus nodus,quo arctissimam, atq; indissolubilẽ amicitiã significamus. In caduceo Mercurij duo sunt serpentes masculus,& fœmina, qui medio corporũ cõplexu nodũ efficiunt Herculanũ. Seneca syllogismũ indissolubilem Herculanum nodum vocat. Vẽdicatur item pro vitio Ada. Malo nodo malus quærẽdus cuneus. Id est,malũ vitiũ malo pellitur supplicio. Sumitur denique pro quæstione. Nodũ in scirpo quæris. In eos conuenit. Adag. qui difficillimas qõnes de rebus iis mouent, de quib.nihil est dubitandum.
Nomen,pro memoria, tamquã meum nomẽ, tamquam meos digitos teneo. Prouerbiales hyperbolę sunt, si quando promptam certamque memoriam significare volumus.
Nouaculam,pro inimico. Nouacula in cotem. Quadrat Adag. in eum qui cũ studet alium lædere, ab eodem læditur, siquidem nouacula,si in molle quippiam inciderit, illud desecat,sin in cotem,retunditur.
Nox deliberationis significationem habet. In nocte consilium. Admonet Adagium non esse precipitandum cõsilium,neque statim ad primos animi impetus quiddam agendum,sed dudum de eo esse deliberandum, quod semel est statuendum.
Nucleus interpretatur,pro commodo. Qui è nuce nucleum esse vult,frangat nucẽ. Hoc est,nemo ante commodi fit particeps,quam patiens esse cœperit incommodi. Adag. ex sententia Plauti natum.
Nudus pro paupere Nudus tamquam ex matre. Hyperbole de eo,qui omni laborat rerũ egestate. Nudissimi enim nascimur, quod non item cæteris animantibus accidit.
Numerus pro hoste minimè frugi. Hora. Nos numerus sumus, & fruges consumere nati. Adag. à calculis sumptum, quiad rem aliã nullam sunt vsui,quam ad numerum.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Nidus patrimonij est symbolum. Aegyptij sacerdotes simulachrũ patrimonij exprimere volẽtes,Nidum hirundineum cõficiebant, Hieroglyphico inde desumpto, quod ab auium nulla,nidus tanto labore, tanto studio,tam diuturnus,& posteris quoque vsui futurus ędificetur, Nam si parentes intereant,eam adeunt hæreditatem filij.
Nigror symbolũ est terræ:terra publicæ vtilitatis. Hic autẽ color in perillustri Abduensium imagine tantam habet commẽdationem gloriæ, quanta sunt erga mortales munera terrę: quę elementorum oĩum est vtilissima, quęq; in medio mari sita, quas & maris, & cœli mutuatur vtilitates, eas oẽs ministrat hoĩbus. Quorsũ? perillustris Abduensiũ familia numquã fuit nõ mortalib. vtilissima. Mitto amplissimi Comitis Constantini merita. Nemo.n. non intelligit,qui cũ virũ vidit,verũ se exẽplar vidisse pristinæ virtutis,eximiumque præsidium vtilitatis publicæ,& salutis. Atque eo fuit beatior, quo plurib. Illustriss. suæ coniugis Blanchæ Abduensis virtutib. sui nois,& fame gloriã locupletauit. Nam quid dicam de illius matronæ in oĩ negocio constãtia, de summa vitæ integritate, de liberalitate, moderatione in rebus priuatis, splendore in publicis? Nullũ est,aut bonũ animi,aut formæ decus,aut fortunæ commodum, quo nõ frui visus est talis tantusque viri in clarissima coniuge. Vt merito etiam iam non tam de patre,quã de patris integerrima coniuge, gloriari possit perillustris Comes Franciscus Abduensis,a qua omnia a puero ornamenta virtutum vĩ esse mutuatus. Nam cum hic iuuenis domesticæ virtutis ex emplo ad gloriam,atque dignitatem sit educatus, tũ ita est instructus, vt nemo hoc adolescente, nobilitate,nemo præceptorũ peritia, nemo plurium artium studio,nemo vitę innocẽtia illo sit pstãtior.
Nilus Hieroglyphicũ tẽperantię constituitur ab Ægyptijs sacerdotibus. Est Nilus Ægypti fluuius,qui vt contrahit plurimũ limi, quo arua fœcũdat; ita temperãtia etsi apud mortales vĩ fordescere, parit tñ plurimum vtilitatis. Temperantiæ partes sunt tres, abstinentia in cibis, sobrietas in potu, castitas in Venere. Cibi & potus esse habendam rationem monet suo nomine: nam qui Nilus dicitur, Geon alio nomine vocatur à γῆ terra, quod incremento suæ inundationis terram Ægypti irrigare ad victum non vitium consueuerit. Alit Crocodilum,hominis hostem capitalem. Admonet Hieroglyphicum neminem ante castitatem satis posse seruarè, quam dissentiat à sui amore.
Noctua hieroglyphice uim habet odij. Ægyptij igit sacerdotes mutui odij simulachrũ fingere volentes,Noctuam, & Cornicẽ pingebant. Cornix.n. interdiu ouа noctuę rapit,absumitque: noctua nocte ouа cornicis inuadit:altera altero tpe potentior. Est item noctua symbolum mortis, q, noctis sit ales hæc domina,lucemq; qua viuimus,fugiat. Fit deniq; noctua simulachrum sapientiæ. In Anticho numo sculptus cernebatur leo, humi quasi procumbens, cuius in humeris inhærebat noctua. Quo symbolo mõstrabatur vires cedere sapientię. Leo enim roboris, Noctua Minerue habet significationẽ, & sapientię,quippe quæ videt in tenebris.
Nox cędis est symbolum,quam effingere veteres cum uellent, Nucem persicam omni carne denudatam pingebant quod in testa, & osseo tegumento signa telorum omniũ, quę punctim,cæsimque feriant,conspiciuntur expressa.
Nycticorax Hieroglyphicum pingitur tyranni. In aliena vitia coniectos habet tyrannus oculos,quos non potest bonis spoliare,emudat,detrahendo famæ,& noĩ. Nec denique mortui sunt tuti ab eius scelere. Hoc hieroglyphicè nycticorax: hoc est,noctis coruus. Nã quæ scelera in obscuro latent nõ solum deuorat,sed etiã lucro habet. Dicitur; alio noie noctua,quasi noctu intuens. quæ vt lucẽ ferre non potest, sic nec tyrannus lumen patitur alienæ virtutis quid? condemnat aliorum vitia Tyrannus: virtutem cõprobat: Illam vt extorqueat pecuniam: hanc, vt caueat sui sceleris pericula. Omnib. maledicit,officitque bonis vniuersis. Id aperiè hieroglyphicum. Nam Nycticoracis vox grauis est auibus vniuersis,& horribilis. Colũbis aduersatur & cornicibus,eorumq; ouа frangit. Idest,& pietatis,& doctrinæ hostis est Tyrannus. Cur denique nec mortui tuti à Tyranno? Nycticorax ruinis delectatur in iisque nidificat,atque in sepulchris mortuorum nidum ponit.

DISSVASIO. XIII.

Dissuasionis explicatio ea corã effingi debet, quę non tam verbis & argumentis, quam ore,& vultu repræsentetur. Vt.n. res oratione, ita oratio vera ne, an ficta sit, fronte,& supercilijs,tãquã euidentissimis signis ostenditur. Quare si coram agitur, in pronunciatione maximè vis eius inuoluta tenetur, sin per litteras exprimitur, in uẽtione,& elocutione exhibitata, plus in his habet,quàm in vultu vitiũ. Cic. in epist. Fam. lib. 5. epist. 4. li. 6. epist. 19. Maculam afficio. epist. 23. non ea res. lib. 8. epi. 5. quanta tu cura. li. 10. epist. 6. quæ locutus est. Dicitur dissuadeo per interpretationẽ à voluntate abduco, per Etymologiam, quasi diuersum suadeo. Ponderantur autem per Etymologiam.

VERBA NATIVA.

Obolus,ὀβολός.
Obscœnũ,a κοίνω,inquino,hinc cœnum lutũ.
Obnoxius,qui alicui ob noxam est datus, qua si nexus culpæ datus.
Obscuum a cura,quod tenebrę curam nobis injiciant.
Obsecro,quasi ob sacra peto.
Obsonium,ὀψώνιον.
Obtestatio est cũ Deus testis in meliorem partem vocatur,detestatio,cum in deteriorem.
Obtrector,quasi contra sententiam tractor.
Occasio, opportunitas tpis, casu proueniens.
Occisus,a cædendo,necatus sine ictu.
Oceanus, celeritet fluens.ὠκεανὸς, celerem vocant,ἀεὶ ῥέω,fluo.
Ocrea ab ob & crus.
Octo,ὀκτώ.
Octobet,ὀκτώβριος.
Officium,ab officiẽdo per antiphrasim,quod nemini efficiat,prosit pluribus.
Oleat,ἔλαια,καὶ ἔλαα. [oleat.
Oletũ stercus humanum ab olendo,q, pessimè
Oleum,ἔλαι,Græcè bonum.
Olor,quasi totus albus,ὅλος,i.totus,εἴρειος,pulcher siue albus.
Olympia,ὀλύμπια.
Olympus totum fulgens,ὀλόλαμπρος.
Omen quasi oremen.
Onager,ὄναγρος,Ital.asino saluatico.
Opilio custos ouium,quasi ouilio.
Oppidum,ab oppositione murorum.
Opportunitas ab ob & portus.
Optimum,quasi optatissimum.
Optio,quasi optatio.
Oraculum ab orando, locus in quo oratur.
Orare,antiqui dixerunt pro agere. Hinc Oratores,qui peragunt mandata reip.
Orbus,ὄρφνος.
Orcus ab vrgendo dictus c, enim pro g, sæpe ponebant antiqui.
Oryctes,ὀρύκτης.
Organum,ὄργανον.
Orion,ὠρίων.

Oro, quasi ore ago.
Orphanus, ὀρφανός.
Orpheus, ὀρφεύς.
Orthodoxus, ὀρθόδοξος, i. recta gloria, ὀρθὸς, rectè, δόξα, gloria.
Orthographia, ὀρθογραφία.
Os, quasi ostium corporis.
Ouum, ᾠόν.
Oxyporum, ὀξύπορον, falsa.

MODIFICATA TRANSLATE.

Obolus, p pecunia. ne obolũ hẽt vnde restim emat. In eos, q maxima rei inopia laborant.
Oculus, nũc prodire capitur. Adag. in occipitio oculos gerit. Dr de prudentib. qui et in silentio audiunt, & non videntes vident. Nunc pro hole. Adag. oculis magis habenda fides, quam auribus. Hoc est, testi oculari, quã aurito. Itẽ multæ regũ fortunæ, & oculi. Hoc est, exploratores. Nunc præfigii loco ponitur. Oculus dexter mihi salit, vbi præsagũ est visuros nos tarum quippiã, & vehemẽter exoptatũ. Qualis est, quod testatur Plinius, vulgò quandoq; creditũ fuisse, vt qui laudarentur absentes, eis dextra tinniret auris, qui vituperarentur sinistra. Nunc denique prorsus ipso aspectu oculus sumitur. Adag. pudor in oculis. Horum n. nos pudet, quæ in aspectu sunt. Vnde fit, vt pueri cũ pudet sunt, oculos tegant. Et apud Platonẽ Socrates Lysidamum, de amore ob pudorem oculos tegentem hic & poetæ cupidinem, q sit improbissimus, cæcum fingunt. Quare, vt ait Cic. velemus eos, qui oculis capti sunt, a verecundia plurimum abesse.
Oedipus diuinatoris habet interpretationem. Dauus sum, non Oedipus.
Oestrũ pro cupiditate. Oestro percitus, impotenti cupiditate commotus. Oestrũ n. est insecti genus horrendo strepitu, quo audito Iuno Vaccã Io in furorẽ egit. Quare & poetæ diuino correpti furore æstro cõciti dicuntur.
Oleũ modo pro adulterino, & exitiali capitur remedio. Ado. oleo incendiũ restinguere. in eum dr, qui ea adhibet remedia, quæ malũ magis, ac magis exacerbent. Modo vsurpatur pro hoie minimè iracundo. Adag. oleo trãquillior. Hyperbole, quod eo liquore nihil, sit neq; lene magis, neq; tacitum magis. Est. n. vsq; eo olei natura trãquilla, vt mare quoq; rem oĩum sæuissimam tranquillet. Atq; ob id naugãtes, aiũt oleũ ore spargere, q mitiget elemẽti naturã asperã, lucẽq; apportet. Modo deniq; sumit pro tẽperata arte tegendi. Adag. oleum & falem oportet emere. Refert, Adag. hoc Arist. Rhet. libr. 2. quo admonemur interdũ opus esse cõtrariis remediis, nunc acrimonia, nunc lenitate, sal. n. mordet, & siccat. oleũ lenit, ac humectat.
Olla pro re sordida. Adag. Ollas ostentare, est rem per se ridiculam, ac sordidam petinde vt maximam efferre.
Opera, pro artificio nouo. Adag. Dedali opera. De iis quæ nouo artificio fabricata sunt, & admirando. Hinc natum, quod Dedalus formas animalium fingeret sensũ participes, & ita scitè, vt spectantibus viuere, atq; ingredi viderentur.
Opes, pro re caduca. Adag. Figuli opes. Idest, fictiles diuitiæ de rebus incertis, fragilibus ac neutiquam duraturis.
Othus siue Otus vecordem hominem cõmuni prouerbio significat. Otum, Asionem Latini nominant.
Ouis, pro seruo. Ouium nullus vsus, nisi pastor adsit. Admonet adagium à seruis nihil recte fieri, si abest herus. Inutiles discipulos quoties abest præceptor.
Ouum vsurpatur pro simili. Adag. Non tam ouum ouo simile. De rebus dictum indifferæ similitudinis. Itẽ non tam lac lacti simile, non tam aqua similis aquæ pro abitemio capitur. Adag. Nocturnorum ouum. De iis qui à vino abhorrent. Nam si infantes vt sentit Philostratus, prius quam vinum gustarint, ouũ huiusmodi hauserint, haurient simul vini odium, & adeo, vt in omnem vitam, quam maximè sobrii sint futuri.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Oculus symbolum amoris effingitur. Inde fere aliquem in oculis, est vehementer amare. Sedes. n. oculus est amoris, queque cernitur in eo imago, cẽ fetur esse cupido. Atq. amorem notat. Tauri effictus potissimum oculus, quod amor gaudeat torua tate aspectus, vt est in Tauris. iustitiæ item simulachrum effingitur patens oculus.
Olea Typus est viti misericordis. Quare sunt nonnulli qui misericordiæ caussa Deorum simulachra fabricari oli ex olea consueuisse contendant. Oleo quippè constat contra furorem tantam inesse vim, vt effusum in pertarbatos vesanientis maris fluctus, tempestatem efficacissimè tranquillet. est item olea pacis Hieroglyphicum. Sus impũ in sacris litteris à cõlumba cum oliuæ surculo in arcam Noe reuersa, quo sensit Diluuij vim tranquillam, & pacatam esse. Symbolum item spei olea constituitur. Cũ propter continuum viriditatem, & temperantiæ, & prudentiæ passim habet significationem.
Oleum symbolum est studij, & laboris. Hoc est, vniuersi Gymnasij. Nec enim solũ solet oleum ad corporis vires referri, sed etiam ad mẽtis labores, & vigilias. Vnde dicebatur solet de sapientibus eos olere plus, quam vini sumpsisse: & ea lucernam olere, quæ magno studio sint facilitata. Est item oleum condonationis, & veniæ signum. & imago. Idque cum auctoritate Hebræorum tum naturæ. Interimit. n. oleum omnia insecta, omniũque vlcerum ex eo confectum vnguentum est etiam remedium.
Olor sapientissimi viri typus est & imago. Sacer. n. est Apollini, quem Deum Poetæ fecerunt sapientiæ. Nec sine caussa. Nam vt testatur M. Tullius in Tusculanis quæstionibus, quasi præuidens quid in morte boni non sit, cum cantu, & voluptate olor, qui cygnus à canendo est Græcè appellatus, moritur. Quæ res in perillustri Filodonorum familia magnã hẽt cõmendationem cœlestis, & diuinæ sapiẽtiæ, atque eius virtutis, cuius adminiculis bene beataq; gubernacula administrãtur reip. Nam quorsum in ea gẽte Cygnus? testatur Socrates, qui per quietem aliquã eũ existimaret nouellũ se Cygni pullum inter genua tenere, qui plumis repente sumptis in sublime euolarit, aeremque omnẽ suauissimo clangore cõpulerit: postridie Platonem ab Aristone patre ei commendatũ, vt vidit, statim Socrates exclamasse fertur Platonem eum esse Cygnum, cuius imago nocte proxima sibi per somnium fuerat obiata. Magna vero ex ea alitis imagine apud Filodonos commendatio virtutis, & gloriæ, quorum multi, vt Plato in Philosophia, ita in administratione ciuili cæteros mortales superarunt æquitate, & iustitia. Quos vt omittã, vnus pro centum oĩb. viget virtute, magnus ac Regius in Mediolanensi prouincia Cãcellarius Dantiscus Filodonus, qui quẽ admodũ Cygnus naugantibus cursum felicem præsignat, ita ipse in publici muneris, & officij sui administratione, tam fausta, tam secunda, & optata semper omnia præstiterit, vt facile princeps sit sui ordinis. Nam cũ ei summus ab omnibus honor haberetur, tum tanti fit à Rege Regum Philippo, vt nihil vniuersi Magistratus in feudis alienandis simul possint, quod vnus ille, solusque pro animi sui voluntate non possit exequi. Atque eius fide, integritate, incredibili quæ doctrina perspecta, & cognita, hominem tantum tribuit, vt in eius ore, & iudicio planè consueuerit acquiescere.
Opulentiæ symbolum tam apud Aegyptios, quam aruspices est formica, Indicẽ. n. formicæ aurum cumulant. Mydæ igitur Phrygi cum puer esset, dormienti formicæ in os grana tritici vbi congererent, ditissimum illum futurum prædictum est, vt euenit.
Ostrũ humani generis Hieroglyphicũ fecit Plato, vt intelligeremus, puto, animi vim, in corporis carcerem, & tenebras intercludi.
Ouis symbolum est stulti hominis. Animal enim hoc, q uod scit, nescire videtur. Animantes enim cæteras cursus velocitate superat, quod tamen dissimulat.
Ouum Noctuæ, Abstemij hominis est Typus. Quod dirum ebriosis etiam vini tædium, affert, eosque abstemios reddit.
Ouis sobrietatis est symbolum. Est. n. animal perpetuo sitiens, & tamen plurimum aduersus sitim affert præsidij. In corpore enim eius inueniuntur vesicæ liquore salubertimo plenæ, e quib. etiam q si latrones Getuli contra sitim vtuntur, quãdo per deserta alia diuagantur. Per hoc animal item pictum, aut sculptum Mathematicum hominem Hieroglyphicè intelligebant Aegyptij. Cuius in facultate ita excelluit in hoc Tridentini Gymnasio vir summæ doctrinæ, & virtutis F. Philippus Feretius, eximus & singularis Theologus, vt Betolo Astronomo, nunquam ab Atheniensibus tantus honor sit habitus, a quibus ei in Gymnasio statua ænea est posita, quanto honore his nostris temporibus videtur ille dignus.

INDICIVM XIIII.

Explanabitur iudicij vis, si illud demonstrabitur esse eiusmodi, quo nihil sit, cum in omni genere scientiarum, tum in oratoria facultate laudabilius. Quod in eo argumẽta sint dilectãta, inclusa auctoritas, amplificatio continens sit, & eminens. Iudicij quadripartita est ratio. Vna ex sensibus profecta, quæ est Brutorum: altera huic proxima ex opinione manans, quę imperitæ est multitudinis. tertia nititur ratione, & est Philosophorum. vltima auctoritate corroborata, quæ Iurisconsultorum est propria. Habet iudicium apud Cic. orationis argumentũ. Pro P. Quincio. Pro A. Cluentio, pro C. Rabirio Flacco, pro P. Sylla. Post expositionem ponderantur per Etymologiam.

VERBA NATIVA.

Pagina, a pangendo, quod in ea pangantur scripta.
Pagus, à πηγὴ, fonte.
Palæstra, ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι τὸ σῶμα, idest, corporis agitatione.
Palinodia, à verbo παλινῳδέω, retrahere. Inde canere palinodiam.
Palinurus, quasi iterum meiens, πάλιν, iterũ οὖρει, vrina.
Palma, à pando.
Palpebra, à palpitando.
Pandectæ, à πᾶν, idest, omne, δεξόμενα, pro, quod omnes ea capiant.
Panis, à pascendo.
Panthera, à πᾶν, & θὴρ, fera, quasi tota fera.
Papæ, βάβαι.
Parco, quasi parum tango.
Paralogismus, παραλογισμὸς, παραλογίζω, id est, falso vtor argumento.
Paradisus, παράδεισος.
Parasitus, à παρὰ τοῦ σιτίου, à cibo tot⁹ pẽdes.
Parenthetis, a παρεντίθημι, interpono.
Parabola, ἀπὸ τοῦ παραβάλλειν, i. comparare.
Paracletus, παράκλητος, consolator.
Paralyticus, à παρὰ, idest, sine λύειν, idest, honor: quasi infirmus.
Parochus, παροίκος, a παρέχω, præbendo.
Pars, quasi à toto parta.
Parthenope, παρθένος, virgo ὤψ, facies, quasi virginalis facies.
Pascha, πάσχα, pari Hebraicè transitus.
Pasiphae omnibus apparens, πᾶσι, idest, omnibus, & φαίνομαι apparẽo.

Paro-

Parœmiacus, à παροιμία incito.
Patrimonium. πατρογόμιον.
Pax, à pactione.
Peccare, quasi pellicare.
Pecto, πέκω.
Pecunia, à pecude dicta.
Pelagus, quasi πόλαι τῆς γῆς, i. procul a terra.
Pellex, παλλακὴ.
Penetrare, quasi penitus intrare.
Penelope, πηνελόπη.
Pēnę ex Græcis Nā πτῆνα vocant volucria.
Pentecosse, πεντηκοστὴ.
Pes, πούς.
Penu, πῆνος, Græcè nutritio.
Perennis, quasi perpetuus annus.
Pertidus, quasi perdens fidem.
Periurus, qui perperam iurat.
Peripateticus, à περιπατέω, ambulo.
Petra, πέτρα. (mera.
Peristromata, περιστρώματα, sornimento di ca
Pica, κίττα.
Piger, quasi pedum æger.
Pilus, a pelle dictus.
Pinus, πίναξ iudex.
Piper, πίπερι.
Pirata, πειρατὴς, πειρᾶν, transire.
Piscis, a pascendo.
Phaeton, φάεθον φαεῦς, lux, & αἴθω, uro.
Phalanx, φάλαγξ.
Phantasia, φαντασία.
Phaselus, gondula, φάσηλος.
Phœnix, φοῖνιξ, i. singulare, lingua Hebraica.
Phiala φιαλὴ.
Phlegma, φλέγμα.
Philippus, φίλιππος.
Philomela, à φίλος, amicus, & μέλος, cantus.
Phonascus, φωνάσκος, magister di musica.
Phyca, φύσις, natura.
Plagiator, ἀπὸ τοῦ πλαγίου, ideſt, obliquus quod non certa via gradiatur.
Planeta, ἀπὸ τοῦ πλάνης, aberrare.
Platanus, ἀπὸ τοῦ πλατοῦ, ideſt, latitudine.
Platea, πλατεῖα.
Plato, πλατὼν, formo.
Pleuritis, πλευρίτης, inflammatio.
Plicatus, πλίκος.
Plus, πλεῖον.
Plutarchus, πλουτάρχος, i. diuitiarum princeps
Pluma, quasi pilus anium.
Poculum, ποτήριον.
Podagra, ποδάγρα.
Pœna, ποινὴ.
Poeta, ποιητὴς.
Politia, πολίτεια.
Polus, πῶλος.
Polypus, πολυπούς.
Polluo, per antiphrasim, quasi porro lauo.
Polyphemus, ideſt, multi nominis, & famæ πολὺς, multus, φημὴ.
Pompa, πομπὴ.
Popinę, à popa pinguedo.
Porcus, quasi porcus.
Porphyrius, πορφύριος.
Porta, à portando dicta.
Priamus emptor. πρίαμαι, emere.
Præsedes a præ & capio.
Prodigia, quasi prędicia, q. prędicant futura.
Pruina, à perurendo dicta.
Pulmo, πνεύμων, à πνεῦμα, à spiritu, qui in eo agitatur.
Pugil, πυγμάτης.
Pupillus, quasi pusillus.
Pupilla, quasi pusilla, quod in ea omnes pusilli videantur.
Plus, πολύς.
Pygmeus, πυγμαῖος.
Pyrrha, πύῤῥα.
Pyrrhus, πύῤῥος. Rufus.

MODIFICATA TRANSLATE.

Pactum, pro perfidia. Locrense pactum De fœdifragis dictum, cuiusmodi quondam Locrenses sint habiti, qui fœdere prodito; quod cum Peloponnesijs inierant, ad Here-clidarum partes defecerint. Huc pertinet, Phœnicum pacta.

Palea laboris haber significationem. Adag. ex multis paleis, paulum fructus collegi. Hoc est, ex multo labore, non multum consecutus sum emolumenti, translatio sumpta ab excussoribus tritici.

Palinodia pro inficiente sententia. Adag. Palinodiam canere. Est diuersum ab his, quæ prius dixeris, dicere, atque in contrariā vertere sentētiam. Translatum à Thencori Lyrici poetæ facto. Is cum Helenam Carmine vituperasset, oculis orbatus est, intelligens autem id factum esse Helenæ iussu, protinus Polinodiam cecinit.

Palma, pro victoria. Adagium: palmam ferre aut palmam tribuere.

Panis capitur loco amicitiæ. Adag. panem ne frāgito Ideſt, ne, amicitiā dirimas. Alitur. n. ois vitę societas tamquam pane, amicitia.

Pānus pro homine sordido, & abiecto. Pānus lacer. Adag. sumptū à veste longo vsu detrita, atque ob id reiecta, cū nota fuerat in precio. Sunt. n. qui functo munere, amicos non amplius curant, quam vestes, quarum nullus amplius vsus est, eosque relinquant.

Pardus, pro astuto, & versipelle. Adag. Pardi exuuium induere. Est enim variis maculis distincta pardi pellis.

Parnus significationē veteri prouerbio habet infesti hois. Parni scaphula conuenit in eos qui ob res minutulas multū litium, & querelarum mouent. Sumptum adagium est à rarno quopiam, qui ob nauiculam ereptam, populo molestissimus fuisse legitur.

Paterfamilias pro homine honesto. Qui semel scurra, numquam paterfamilias. Significat adagium eum, quem semel depnduerit, vix vnquam ad bonam frugem redire. Scurra gaudet alieno cibo: paterfamilias parat vnde domi viuat.

Pectus, pro mente. Adag. corpus sine pectore, hoc est, sine mente. Nam sapientiam, & ingenium olim in pectore, atque in corde cōstituebant, vnde & cordatos appellamus prudentes, excordes, stolidos.

Pecunia pro paupere arrogante. Adag. Theagenis pecuniæ. Quadrat in eos, qui pauperes cum sint, tamen diuites haberi volunt. Quo morbo notatus est Theagenes.

Pedes vim habent excogitatę rationis. Pedib. in sententiam discedere. Translatum Ada. à veteri consuetudine, quę seruabatur quoties ingens erat turba suffragia ferentium.

Peluis, pro Nausea Adag. porrigite mihi peluim. Vbi quid vehemēter molestū esset, peluim sibi porrigi iubebāt veteres, quasi præbile nauseaq; & fastidio rerum vomituri.

Pegasus, pro veloci. Pegaso velocius. Hyperbole puerbialis. Nota ē fabula de equo alato.

Pensum officij loco capitur. Adag. pensum soluere, translatum à lanificio muliebri.

Perca pro bono. Adag. pro perca scorpiū. Vbi quis optima quęrens, pessima capit. Nam perca piscis est, vel maximè laudatus, scorpius lethalis. Quadrat i ingratos, quale hoc item Ada. pro beneficentia Agamemnonē vlti sunt Achiui. Hoc. n. tot exhaustis laboribus in expugnanda Troia, domum reuersus veste inexplicabili inuolutus, à Clytēnestra interfectus est, auxiliāte Aegisto adultero.

Pes nunc capitur pro hoīe. Adag. pedē vbi ponat non habet. Ideſt, ne tantillum agri possideat in quo possit consistere. Nunc pro conditione vsurpatur. Ada. tuo te pede metire. Monet ne quis se dilaret vltra conditionem suam. Translatū ab ijs, qui corporis humani modum pedum numero ęstimant. Porro iusta cuiusque hois mensura septem ipsius pedibus constat, si quid statuarijs, & pictoribus credimus. Modo pro ipso accessu vendicatur. Adag. dij laneos habēt pedes, hoc est, ad scelerū vltionem clandestinus, & inopinatus sit Deiaccessus: Modo pro eo, qui senio est confectus. Ada. Alterum pedem in cymba Charōtis habere. Nota est de Charonte fabula. Modo denique pro viribus vsui patur. Ne supra pedem calceus. Hoc est, ne maiora viribus suscipias, aut ne magnificentius te geras, quam pro tua conditione.

Pica, pro hoarine liepto, & garrulo. Ada. pica Sirenem imitans. Quid. n. consoni habet obstrepera pica, cum arguta Sirenum voce.

Phalaris, pro tyranno. Phalaridis imperiū. Ortū adagiū à Phalaride Agrigētinorū tyrāno quem sua crudelitas nobilitauit, vt taurator æneus ille taurus Perilli: quo subiecto igne mortales uiui sic exurebātur, vt pro emulatu humano mugitum ederent morientes.

Phœnix, pro re rara. Ada. Phœnicerarior. Phœnicis raritas prouerbio fecit locum. Quale est illud, Cotuo quoq; rarior albo. Negant enim Phœnicem esse nisi vnam, si qua fides est scriptoribus.

Pilus cōi prouerbio periculi habet interpretationem. Ada. de pilo pendet. De re vehemēter periculosa. Videtur natum adagium ab Historia illa Dionysij Tyranni propter gladium de pilo in caput impendentem.

Pinus pro re omnino perdita, quęque refarciri non potest. Pinus in morem. Negant enim pinum succisam subpullulascere.

Piscis nūc capitur pro iniuria. Pythagoras à piscibus abstinēto. Hoc est, ab iniuria. Solus. n. piscis inter brutas aīantes sæuit in suam speciem. Caret piscis corde, & voce, ab ijs desistendum est, qui neque intelligentia, neque virtute nitūtur. Nūc pro muto sumitur Magis mutus, quam piscis. Cum, n. non spiret, nec vocem habere potest. Nūc pro homine sumitur stolido, Prouerbiale ænigma, Nullus malus magnus piscis. Dicitur ī homines prægrandi quidem corpore, cæterum ingenio nullo. Qui enim multū non potest prodesse, minimum potest obesse. Nunc demique vendicatur pro eo, cuius consuetudo non potest esse diuturna. Piscis nequam est nisi recens. Dicitur in eum, qui primo aduētu non ingratus est, ceterum ante triduum exactum pedorem, & nauseam parit.

Pisander, pro timido. Adag. Timidior Pisandro. Aiūt Pisandum fuisse tam prodigiosæ timiditatis, vt anxius esset, ne suā ipsius animā videret alicubi, quæ se vnū reliquisset.

Pithon Adulationis capit interpretationem. Adag. Pithon formosius. Conuenit vbi quis per adulationem falso laudatur. Videtur. n. Pithon esse diminutiuum huius dictionis πίθηκος, quasi nicat simiolus.

Plutus pro diuite. Adag. Timidus Plutus Quadrat in diuites. Nā opibus oēs tendunt insidias. Latrones, sycophātæ, nec solum inimici, sed etiam sępe familiares, & intimi. Metuit tempestates, propter frumenta, quæ hēt in agris propter merces, quas habet in mari: Inde natum Adag. quod Aristophanes in ducit Plutum omnia formidantem, nullique fidentem.

Polypus, pro eo, qui nisi ex pœna redditur emēdatior. Bis septem plagis Polypus contusus. Inde natum adagium, q. polypus ante natū nē sit eius accommodatus, quam pluribus verberibus sit cæsus, & contusus. Habet nē prudentis significationē. Adag. polypi mentem obtine. Quo iubemur pro tempore cōsilium mutare, quod in Vlysse videtur Homerus laudare, qui eum πολύτροπον, appellat. Hoc est, morib. versatilib. Qualem vulgo hominem appellant omnium horarum. Nam ea natura est Polypi, vt earum rerum colores omnes induat, quibus assistit.

Pollex fauoris, & studij loco vendicatur Ada. premere pollicem: cōuertere pollicem. Nā qui fauebat, pollicem premebat, qui minus fauebat, pollicem conuertebat. Quæ gesta in prouerbium abierunt.

Porcus, pro stulto. Ada. porcum immola. Plautus in Menæchmis, porcum sincerum, & sacrum immolare iubet eum, quem mente captum significat.

Portus pro rei ingressu. Adag. in portu impingere. Pro eo, quod est statim in ipso operis ingressu peccare. Huic proximum est in limine deficere, aut offendere. Translatum ab iis, qui domum egressuri statim in limine pedem offendunt.

Præmansum pro nimia facilitate disciplinæ. Ada. præmãsum in os inferere. Pro eo, quod est rem in docendo nimis enucleate, nimisque frustatim tradere. Quod adagium sumptum est à nutricibus.

Præda pro dignitate Adag. contigit, & ignauis à venatu præda. Dī, vbi quid fœliciter obtigit immerenti, quodq; fortunæ magis, quã virtutis industriæ sit acceptum referendum.

Prandiũ abstemij habet interpretationem. Prãdium caninum. In quo nihil vini potatur. Quoniam canis vino caret.

Principium pro dimidio. Adag. Principium dimidium totius. Nam maxima difficultatis pars in aggrediendo negocio est sita. Recte quippe incipere, non minoris sæpe est negocij, quam quod in opere sit reliqui.

Prora & puppis. Cõsilij locũ hãt. Ci. mihi prora & puppis, vt Græcorum prouerbium est fuit à me tui dimittendi, vt rõnes meas explicares. Prora itaq; & puppi summam consilij nri significamus. Nam à prora & puppi tamquã à capite, & calce pendet tota nauis.

Proteus pro vafro, & veteratore. Adag. Proteo mutabilior. Nam Proteus, vt est in fabulis, in omnigenam speciem se versat, atque variat.

Prouincia pro negocio onetis pleno. Adag. capere prouinciam. Tradere prouinciam. Capiunt n. prouinciam, qui rei curandæ onus in se recipiunt; tradunt, qui negocium aliquod curandum committunt. Metaphora sumpta à consuetudine Romanorum, apud quos, qui magistratum gerebant, prouincias alias alij sortiebantur.

Psapho pro ostentatore, & superbo homine. Adag. Psaphonis aues. In eum quadrat, qui malis artibus inanem auram aucupatur gloriæ. Psapho enim quam plurimas aues cæpit vocales, & humani sermonis dociles, quę hanc vocem redderent, μεγαν θεον ψαφων, atque ita doctas emisit in montes ratus fore vt tandem pro Deo coleretur.

Puella naturę habet interpretationem. Parit puella etiam si male adiit viro. Admonet adagium naturam valere plus sine arte, quã artem sine natura. Puella enim propter ætatis fœlicitatem facile gerit vterum etiam si cum viro, non admodum viro rem habuerit. Nõ item anus, immo bis virum acquirit ætas affecta muliebris.

Pullus Martis, pro bellicoso homine. Ada. sumptum à gallo gallinaceo, qui omnium animũ est pugnacissimus. Quare & cristis, & calcaribus armatus est, Marti sacer.

Pulmo pro homine stolido, & rationis mentisque parum compote. Pulmonis vitam vivere. Est autem pulmo marinum Zoophyton, quasi plantamen dicas, mixtæ inter frutices, & animãtia naturæ, suapte spõte proueniens. Nunc pro tardo capitur. Adag. pulmo prius venisset. Pulmonis enim est cum perpetuò se moueat, numquam tamen loco se mouere. Nunc denique vendicatur pro animo arroganti. De pulmone reuellere. Pro eo, quod est stultã, & arrogantem opinionem animo eximere. Tumorẽ enim fastumque animi in pulmone collocant.

Pumex auaro habet expositionem. Ada. aquã è pumice postulas. Nihil quippe est auidius pumice, nihil spoliatius auaro. In eum igitur quadrat, qui ab auaro pecunias petunt. Cui finitimum est ex arena funiculum nectere, mortuo verba facere, Surdo fabulam narrare, in cœlum inculari, Delphinum caudã ligare. quod ob caudę eius tum & robur omnino fieri posse negant.

Punctus pro comprobatione. Adag. omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci. Horatius pro eo, quod est omnium comprobationem accepit. Trãslatum à consuetudine comitiorum, vbi tabella circumferri consueuit, in qua puncto apposito significabãt cui candidatorum suffragarentur.

Purpura pro re ancipiti, & dubia. Adag. purpura noxa purpuram diiudicanda. Nam certissimum iudicium ex collatione eorum, quæ sunt eiusdem generis nascitur. Pro voracE item capitur. Voracior purpura, natũ inde Ada. Quod quicquid nacta fuerit purpura, retinet & deuorat.

Pyrausta eius habet interpretationem, qui mortis suæ causa fuit. Adag. Pyraustæ interitus. ait enim Herodotus Pyraustam insectum esse, quod lucernis aduolet, atque ita exustis alis concidat, & pereat.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Palma simulachrum est iustitiæ. Nã incorrupta est palmæ materies, ac propemodum senij nescia, fructumque reddit pari cum foliis æquilibrio.

Palumbus symbolum est medicinæ, vbi effingitur ore tenens lauri ramusculum. Ales enim hęc, quoties ægrotare cœperit, lauri folio decerpto sibi medetur.

Pan. Hieroglyphicum est vniuersæ mundi machinæ erat Panis figura capripes, humana reliquum corporis effigie. Huic libido nunquam satiata tribuitur. Mundus siquidem assiduè rerũ species generat, Pãque dicitur, quasi vniuersi natura. Cornua portendunt duo cœli lumina, solem & lunam. Nã pars inferior est hirsuta, ac pilosa, hircinaque, q̃ terræ asperitati conuenit superior vero pars hois est, quod in æthere sit, ἀγνωστικὸν, mundi. Cur Pan dictus? quia extra mundum si nihil est, vniuersa mundus complectatur oportet. Quare Pan in desertis effingitur dominari, & solitarijs locis? quia vnicus cũ sit tũ mundus, solus sit oportet. Cur Pastoralis? quia omne pascit. Quæres ad perillustrẽ Faunorũ familiam plurimum apportat gloriæ. Nam Pan, vt Seruius, inquit, Faunus quoque suo more appellatur μὴν, hoc est, oẽ dF, quod nihil non sit mundus complexus: Faunus vero, quod etiam rebus faueat vniuersis. Quot sunt, quantum Poetæ olim Fauno tribuerunt, tantum Illustriss ac Reuer. Episcopus Aquensis Petrus Paulus summa cælestique virtute, numquam cessauit cum in omni grauissimaque publici muneris, & officij administratione, tum in his amplissimi Senatus gubernaculis tractandis communis salutis, & vitæ onera sustinere, & ita, vt quæ bona sunt in summo pastore generis humani, ea tandem aliquando videantur ab eo, qui etiamnum Faunus, hoc est, pastor mundi vocatur, esse expectanda.

Panthera Hieroglyphicũ est ebriositatis, sunt enim Panthere adeo vini auidæ, vt à venatoribus plerumque capiantur fonub. quo potatum eunt suauissimo perueteri, potentiq vino medicatis. Eius item sit symbolum hominis, qui sit insatiabilis, & rerum omniũ appetens. Nec aliud Græcè Panthera significat, nisi omniferam feritatem.

Papauer typus habetur humani capitis. Nullus enim est olerum fœtus insigniore capitis honore conspicuus, quam papaueris fructus, regis corona redimitus, maiestatem quamdam præ se ferens.

Passer symbolum effingitur salacitatis. Passer enim vel septies in vna hora fœminam salit, numquam egens genitura. Quare ad languescentem venerem excitandam passeres in cibo, vel eorum oua medici propinant.

Pauo Iunonis est Hieroglyphicum. Est enim auis gloriosa: eauda eius quotannis fluxa, & labilis, quod Junonis bonis non tam liceat gloriari, quam metui.

Pellicanus. Symbolum patriæ pietatis effingitur per Pellicanum, qui ne flammas quidẽ perhorrescit pro salute pullorum, atque vbi pullos suos necatos videt à serpentibus latus sibi fodit rostro, eductoque sanguine vitam restituit mortuis, quid? ex pectore debet deducere non sanguinem, sed virtutem, & disciplinam, qua detracta liberis vitijs tãquam venenatis serpentum morsibus intereunt. Nam prolis susceptio, & educatio homini communis est cum ferus animantibus.

Pellis, Hieroglyphice veteres conatum cum dolo significare cum vellent, vulpinam pellem assuebant leoninæ, quarum altera vires, altera fraudes indicaret. Inde Lysander consuetum dicere leonis spolio vulpeculæ pellẽ adiuendam, quod enim vi & armis effici nõ potest, perficit sæpe dolus.

Penna. Symbolum perseuerantiæ per Gruis pennas solent Ægyptij indicare. Reliquarum enim auium pennæ per ætatem fere omnes mutantur, solę autem gruum eodem semper colore perseuerant.

Perdix Incestus symbolum Ægyptij significare cum vellent, perdices duas pingere sunt soliti. ipsæ enim coniuge viduatæ inuicem pugnant inter se de coitu: nec aliud pugnæ est præmium, nisi victum a victore poliri victoriisque venerem sequi. Præcox item est proiectus symbolum ouum, ex cuius dimidio perdicis pullus emergit. More enim imparies ita caput deducit, reliquo adhuc adhærente cortice.

Peregrini simulachrum per hirundinẽ constituitur. Solers debet esse peregrinus, prudẽs in periculis vitandis, memorq; patriæ. Tãta est in hirundine solertia, vt ne palearum quidem vnquam nisi inter volandũm. Tã prudens, vt nequę sit obnoxia cæteranum volucrium rapinis, & tẽpestates præuideat, quarũ præsagũ sit, si iuxta aquã volitet, ipsamque penna sæpe percutiat. Nã de memoria quid attinet dicere cum nec cicuran possit patriæ desiderio, & longinquissima ad proximas sedes transuolans conficiat itinera?

Persicus fructus symbolum ab Ægyptijs sacerdotibus constituitur. Fructum is habet hæc arbos cordi, folium linguę simile. Quæ significare oratio sedem in corde habet, quam in lingua soleat habere. Hoc n. inter stultũ & sapientem interest, quod veteri adagio stultus cor in lingua, sapiens linguam habeat in corde.

Plea gaudiatis est Hieroglyphicum Bacchio dicatur. Dicacitate enim plerumque ebrij vellem, Hor. fœcundi calices quem non fecere disertum: nullum tormentum ad eruendam veritatem est vino efficacius.

Pileus nobilitatis est symbolum. Vt nihil est pileo honorificentius, nihil est pileo honorificentius, fuitque is apud Græcos nobilitatis indicium. Eaque de causa Vlyssis caput pileatum, ac Mercurijs fieri solitum animaduert.

Pinna immaturæ veneris est symbolũ. In concha. n. conclusæ gratiæ antequam excludantur inter se quam primum coire dicuntur. Quare concha veneri est dicata, eamque ex concha veteres genitam fabulantur.

Pinnus Hieroglyphicum est morus, quod excisa minime solet suppullulascere. Hæc arbor nõ floret, folia habet capillata. Crescit etiam mortuis capillis firmissima est arbor fusca carnem & cruentam. Omnia corredantur, mors corrodi ea non potest. Excisa nanque semel radice non remittit soboles, sed prorsus emoritur, Nec mortuus vnquam renascitur.

Pisces Hieroglyphicũ est odij. Sæuit. n. in suã speciẽ. Collocant pisces: moritur in aere, gignitur deniq; aliis & pedib. Quotsunt, tot sunt odij genera. Difficilius cũ rõne possit regi potest odium. Difficilius cũ rõne pot habuare: omnium vero difficillimũ est odio

uiã virtutis,aut humanæ,aut diuinæ tenere.

Porcus ſymbolum eſt obſcenæ orationis. Hic vt demonſtrarẽt Aegyptij a bonis viris vitandam,elephantum porci aſpectum fugiẽtẽ affigebant. Elephas.n.porci audito grunnitu repente in fugam ſe conijcit,quod Megarenſes cum intelligerent,porcos pice oblitos,& igne inflammatos in Antipatri elephantos immiſerunt,eoſque fugarunt.

Pomum pingitur per ficum adhærente folio tantum pro veritatis ſymbolo: quippe quod ea ſpecies linguam cordi cõiunctam oſtẽdit,ac perinde cordis penetralia ipſius aperiat.

Prodigus pauonis imagine notatur. Cauda.n. ampla aliter conſpicitur,vitæ pulchritudinis,verum ea nec ad volandum,nec ad motum eſt vtilis.

Productoris Hieroglyphicũ effingebat homo fiſtula paſturalis canẽs cerno. Tãta enim ex eius fontu pfunditur ſuauitate,vt ſui oblitus nullo negocio capiatur:nec vlla fraus ẽ tã pernicioſa,quã quę maximè delectat.

Pſittacus Typus eſt oratoris. Vocem humanã articulatim nouit exprimere. Pſaphon Libyeus enutriuit,& inſtituit magnũ numerum eorum alitum canere μεγας θεὸς ἔφυς, quo improbitatis commento,templa ſacraque illi fuerunt inſtituta.

DOLOR XV.

Doloris explanatio ſit,cũ res grauis,& aduerſa cũ indignatione proponitur:in eius mortẽ,& acerbitate oſo lenis,& remiſſa ad cõmiſerationem debet eſſe, ſæpe tamen offenſionis commemoratione ad indignationẽ acris,intenta,& vehemens. In amicis cõdolendo doloris rõ vſu venit vt voluptas congratulando. Vtraque eſt ingenij,neq; indiſerti: germanæ aũt beneuolentiæ,cũ & in reb.aduerſis dolendi,& in ſecundis gratulãdi opifex optimus ſit magiſter amor. Quare in hoc officij genere cum multi ſint,tum vnus non minus frequens,quam sẽper grauis,& elegans eſt Alphonſus Dianus,vir cũ omni diſciplina inſtructus,tum iure ciuili tantaque dicendi facultate ornatus,vt nemo ſit,qui non perfundatur ex eius oratione ſingulari quadã ſuauitate. Doloris exempla ſunt apud Ci.li.14.fam.ep.1.2.& 3. dicitur pro etymologiam dolor a dolando.

MODIFICATA VERBA.

Quadratum pro ordine. In quadratũ redigere dixit M.Tullius,pro eo quod eſt in ordinem aptamque ſtructuram concinnare.

Quercus pro eo,qui continẽtur rogatur. Ada. aliam quercum excute. In eos conuenit,qui capto beneficio iterũ ab eodẽ petũt. metaphora a quercu,quę ante Cererem glandes ad paſtum hominum producebat. item pro difficultate vẽteri Adagio vſurpatur. Multis ictib. deijcitur quercus,hoc eſt,plurimo labore rerum ſuperatus difficultas. Vnus ictus enim nihil afferre momenti videtur ad deijciendam molem querni roboris,verum ea crebris ictibus facilè proſternitur.

Querimonię & luctus ſymbolũ effingitur per hirundinẽ,nulla.n.ales, ut teſtatur Proclus nouit dolore affecta canere una Hirũdine excepta præterea nõ canete,ſed ingemiſcere,& vociferare videtur.

QVERIMONIA. XVI.

In querimonię ratione explicanda & ratio & ars quędam reſidet. Nam qui volunt de alijs conqueri ita debent affici,vt neq.lãguore,& eiulatu effeminati,neq. ira & furore agitati videantur,ſed iure optimo in eos inuehi,in quos uolunt dicere. Mollis namque & remiſſa oratio ſignificationẽ hẽt fracti & abiecti animi: procax & maledica offenſionis,& iniuriæ. Quare aculeatis verbis licet in querimonia vti,& in ipſorũ vſu multa,cur mites & benigni videamur,afferre. Locus expoſtulandi per litteras erit non inu

donetis,ſi oſtendemus nos recordatione noſtrorum erga amicos ſtudiorũ admoneri,illius,q̃ cũ expoſtulamus,deſerti aut potius violati officij. In hoc genere duæ ſũt perſonæ: vna expoſtulamus altera eius q̃ expoſtulatione vapulat. Illa primum quia offenſione læſa eſt,queritur,& ne amicitiam fũditus dirimat,offenſionem deinceps leuitate orationis permulcet. Primus igitur locꝰ eſt ab offenſione quæ cauſam habet doloris,cuius æuo grauior eſt culpa,eo grauius dicemus nos cõpungi doloris eius aculeis. Alter locus eſt a perſona quæ læſit,cuius læſionẽ cum admiratione ijs ſententijs augebimus, quæ plurimum habent acrimoniæ. In leuioribus noxis falſe expoſtulationem temperabimus diſſimulatione,ioco,dicacitate,facetijs,laudatione earum rerum,quas in eo,q̃ cum expoſtulamus dicimus nos deſiderare Cic.in ep.fam.li.8.ep.12.pudet me confiteri.li.1.ep 6.7 8.li.2.ep. 1.15.17.l.3.ep.1.2.9.7.8.9.& 10.11.12.13.li.3.ep.1.2.3.5.7 8.ponderantur per Etymologiam.

VERBA NATIVA.

Rabies a rapio.

Rabula,quaſi raula,hoc eſt,rabioſus,aut veluti ad radẽdum,rapiendumq.imminens.

Radix a radijs,q̃ in modum radiorũ fũdãtur.

Raua vox eſt rauca,parum liquida,proximè canum latratum ſonans.

Raphael.i.medicina Dei.

Raphanus,ῥαφανος.

Raſtrum a raritate dentium.

Ratio quod rara ſit omnibus.

Raucus,quaſi rauus.

Reciprocare pro vitro,citroque poſcere,nam procare eſt poſcere.

Recordari.i.ad cor rurſus dari.

Rhea,ῥέα.

Rhenes,a ῥέω,fluo.

Rhetor,ῥήτωρ,qui artem oratoriam docet.

Reliquiæ,quicquid relictum eſt.

Religioſus a relegẽdo,vt diligendo a diligẽs.

Repo,ἕρπω.

Repetundo a repetendo.

Reſipiſcens, quod mentem quaſi poſt Infamiam recipiant.

Reus a re de qua obnoxius eſt.

Rictus,ῥίγχος,roſtrum.

Rigeo,ῥιγόω.

Rigor ῥῖγος.

Ringo,a ῥὶν,i.naris,quaſi ringi ſit varie angi.

Rhinoceros,ῥὶν,i.naris,κέρας,cornu.

Ripa,quod aquarum inundatio in ea rumpatur,vel a ῥυπάω,i.lordeo.

Riuus,ῥύαξ.

Rixoſus a rictu canum dictus.

Rhodus,ῥόδος.

Rogus a rogando,quod manus in eo rogant.

Roſtrum a rodo.

Rupes a rumpendo.

Rus,quod in eo quotannis rurſus eadẽ fiant.

MODIFICATA TRANSLATE.

Radere pro illudere. Leonem radere dicũtur qui feroces,& prepotentes arte tractant,& illudunt magno ſuo periculo. Agni enim citra periculum tondentur, vellunturq. leo nullo modo tractari vult.

Rhadamanthus ꝓ iudice incorruptibili. Ad. Rhadamanthi iudicium. Quadrat in iudicem incorruptum. Rhadamanthus.n. manium iudex neque muneribus, neque gratia flectitur,quo minus ſeuere iudicet.

Rana nũc pro muro homine. Ada. Rana. Seriphia. Nam Seriphię Ranæ in Scyrũ deportatæ non edebant vocem. Nunc ꝓ incruditato homine. Ranus vinum pministrat. Quadrat quoties quis apud indoctos multa de philoſophia differit. Ranis.n.nihil opus eſt vino,aqua paluſtri magis gaudentib Nunc denique capitur pro obtrectatore. Adag. minus de iſtis laboro, quam de ranis paluſtribus. Rectè dicitur in obtrectatores, quo

rum obloquutiones docemus nos fortiter contemnere.

Remigium pro homine noquam,& voluptati addicto. Ada. Vlyſſis remigium. Hac prouerbiali figura vſus eſt Horatius in epiſtolis ꝓ ſceleratis, vt qui nec a Circes poculis temperarint,nec a Lotophagis auelli potuerint,nec a ſolis bobus abſtinuerint. Non diſſimili figura dixeris, ſponſus Penelopes.

Rima ꝓ exitu,& effugio. Ada. reperire rimam Nautus,aliquam reperietis rimam in tergiuerſatores, qui nulla in cauſſa tot fidei vinculis adſtringi poſſunt,quin aliquid inueniant quo elabantur.

Riſus pro exitiali gaudio, Ada. Aiacis riſus. quadrat in eos,qui in ijs reb.geſtiunt, quarũ mox pœnas ſunt daturi. Natum adagiũ ex hiſtoria Aiacis, qui ſuibus duobus lanatis pro Agamemnone & Vlyſſe,quorum alteri vt iudici, alteri vt victori erat iratus a ſummo riſu, quem vna cum maledictis fundebat,ſtatim se reſipuiſſe cępit,ſibi mortẽ cõſciuit. Pro indignatione item riſus ſumitur. Adag. Riſus Sardonius. De riſu amarulento aut inſano.

Romanus, ꝓ prudente. Ada. Romanus ſedendo vincit. In eos,qui non viribus,ſed arte tẽgerũt. Ex hiſtoria Fabij cunctatoris natum adagium qui Hannibalẽ iuuenliter exultantem prudentia, non ferro fregit.

Roſa, ꝓ optimo viro. Roſam cum Anemona confers, vbi quis probum virum cum minus probo confert. Roſa priſcis temporib. in pretio fuit. Anemona eſt papaueris genus, cuius flos ſpecie quidem roſam imitatur, cæterum nulla odoris gratia.

Rubus ꝓ homine inexorabili. Ada. Rubo are facto pfractior. Refert a Suida ſimul & a Zenodoro a rubo ductũ,qui ſimul ac exaruit, rumpi poteſt, flecti nequaquam.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Rana ſymbolum eſt imperfecti hominis. Videre eſt enim plerunq. generis huius animalia in limo,vbi procreantur,altera parte ranam, altera vero terram ipſam indiſtinctam,viuentique particulę iunctam.

Rapum ſolis effigiem Hieroglyphicum. Cępe Lunæ, quę ut multiplicitate tunicarũ varietates lunæ oſtendit, ita corpus ſolidũ rapi imitationem ſolis refert effigiem.

Reſipiſcentiæ ſymbolũ conſtituitur p Hirundinẽ habens oculos acu trãsfixos. ea.n. vulneratis oculis ſi obcęcata fuerit, oculos tñ, & lucem recuperare fertur quod accidit, quia natura pullis non omnem vim ſimul videndi ijs cõicat,ſed aliquid, ſi quid fortuito accidat, reſeruat reliquis. Atque iccirco in adultis non ſit a priuatione regreſſus.

Rhinoceros Hieroglyphicũ eſt iræ efferatæ Nã in eo cõueniũt auctores magna Rhinocerotẽ indigere irritatione,ſed vbi iraſci cęperit ferociſſimam. Latinè vnicornis dr Beſtia eſt validiſſima,nec ingenio vllo põt capi: at puella virgo in deſertis locis venienti unicorni ꝓponitur,cuius ſinu,& gremio,feritate omni depoſita, ſtatim acquieſcit,atque hoc modo facile a uenatoribus opprimitur.

Roſa ſymbolum eſt gratię. Roſę.n.purpureũ colorem Veneris eſſe ſanguinem Poetę dixerunt: qui ex icto eius pede fluxit,& roſã quæ ante alba erat, aſperſet.

Roſtrum lupi remedij ſymbolũ eſt aduerſus. Veneficium. Nã Aegyptiis perſuaſum erat id ſi portis prefixum fuiſſet,veneficia ei nõ ob eſſe familię, quæ ædes illas inhabitaret.

Rubus odij habet monimentum. Aſperum quippe adeo ei ineſt uirgultum,ut ne manibus quidem attrectari poſſit.

IRA. XVIII.

Iræ & ſtomachi ſit commonſtratio cum aliquid a nobis,quod contra ius faſque aduerſus nos, vel alios patratũ eſt,ponitur, & ita proponitur, vt in vniuerſa oratione, noſtra

in alios merita, aliorū in nos emineant mor
ſus omni imbuti petulantia: Facimuſq. artificioſa quadam indignatione, ut illi, apud quos ſtomachamur, fiant noſtri doloris ac iniuriæ participes, atq. eum in quem inuehimur, grauate ferant, nō quia male audit, ſed qm̄ hæc ex intimis ſenſibus iudicāt, hominem eum tanquam fœdiſſimum monſtrum in ſumma ſe flagitia, ac omnes turpitudinum notas ingurgitaſſe. Hoc dicendi genus contumelioſa, flagrantiq. fertur oratione. Vtumque in quem aduerſarius inuehitur, non exſtrictis flagitiorum terminis, ſed ex ſordidiſſimis ſcelerum omnium ſpatijs in odium, & dedecus infamiæ rapit. Eſt huius generis non ſolum ſceleratorum vitia inceſto ore & maledictis lacerare, ſed ēt aduerſus illorum maledicta, & procacitatē acerrimæ defenſionis mucronem diſtringere: & ita diſtringere, vt illos ſuo, vt aiunt, iugulemus gladio. Conſtat autem hæc dicendi ratio, ex duobus potiſſimum cauſſarum generibus. Nam turpitudinis nota, & ſcelerum macula generis eſt demonſtratiui. Accuſatuo, qua actor propter rei turpitudinē tumultuari & inſanire videtur, vt rationis finibus tergiuerſantem intercludat, iudicialis eſt generis. In quibus poſtquam aduerſarius ſuis moribus fuerit nudatus, locus erit reticentiæ. Cum dicetur, multa, quæ de eo honeſte dici non poſſunt, conſulto prætermitti, duæ ſunt reticentiæ huius cauſę, vna cum dicitur aduerſarij facta eſſe tam obſcęna atque vetanda, vt ab homine verecundo ne cogitari quidem debeant. Altera, cū dicimus nos non ſolum fugere vitium procacitatis, ſed etiam eius ſuſpicionem, ideo nos ex innumeris eius flagitijs, vnum atque alterum duntaxat voluiſſe commemorare quæ in fallaciarum tegumentis deliteſcūt, neque ſatis honeſtatis cauſſa poſſe aperiri, ita vt par eſt, tacere. Huius generis ſunt Aeſchinis, & Demoſthenis contrariæ orationes, Salluſtij in Cicer. & Ciceronis in Salluſtium. Cicer. in epiſt. fam. lib. 5. epiſt. 1. ſi vales bene eſt li. 12. epiſt. 3. auget furorem, epiſtol. 23. Nos hic cum homine. Ira interpretatio eſt indignatio, ſtomachus, dolor etymologia ab eundo quod a ſe homines ire, id eſt, a ratione faciat. Per etymologiam ponderantur.

VERBA NATIVA.

Sabbatum requies ſiue ceſſatio.
Sabbatum a cultu religionis, ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι.
Sacrilegium a lego, & ſacrum.
Saxa a ſagire. i. ſentire.
Sagum, σάγος genus veſtis, quo tempore belli vtebantur Romani.
Sal, ἅλς.
Salomon, pacificus, ſiue perfectus.
Salerium, quaſi ſal neceſſarium.
Salamandra, σαλαμάνδρα.
Salix a ſaliendo, quod etiam caſu terræ compacta ſtatim ſalit.
Samuel poſtulatus Deo.
Saltus a ſaliendo dictus.
Salus a ſale nouem accepiſſe putatur.
Sapientia quaſi ſapida ſcientia.
Sarra, domina, vel princeps, vxor Abrahæ.
Sarcophagus, σαρκοφάγος, ſaxū, quod ſupponitur ſepulturæ.
Scamnum, σκαμνίτης.
Scandalum, σκάνδαλον.
Scapha, σκαφὴ ἀπὸ τοῦ σκάπτειν, excauare.
Scæuola, σκαιός, ſiniſtra.
Scheda, σχέδη.
Schema σχῆμα, figura.
Scintilla, quod ex igne ſcindatur.
Schiſma, σχίσμα, a σχίζω. i. Scindo, diuido.
Schola a σχολάζω, vaco.
Scopulus, σκοπιὰ, ſpeculor.
Scorpius, σκορπίος.
Scurra, quaſi iocando ſcrutans turpia.
Scutū, ἀπὸ τοῦ σκυτοῦ. i. a corio quo obtegitur
Scyphus, σκύφος.
Seculum a ſenectute, quod ſenectutis ſit tempus longiſſimum.
Secretus, ἀκέστος.
Seditio, quaſi ſeorſum itio.
Sedulus, quaſi ſine dolo.
Seges a ſeco, as.
Segnis, quaſi ſine igne.
Semen a ſerendo.
Semita, quaſi ſeminita.
Senatus a ſinendo.
Septem. ἑπτὰ.
Senex, quaſi ſeminex.
Sepultus, quaſi ſine pulſu.
Serpo, ἑρπύζω, ſerpens, ἕρπων.
Seuerus, quaſi ſatis vetus.
Sæuus, ſiniſter & peruerſus.
Sex, ἕξ.
Sextus, ἕκτος.
Siccus quaſi ſuccus per antiphraſim.
Silex, quod ſilentem ignem in ſe contineat.
Simia, ζῆμια, damnum, vel quod ſit ſimus.
Similis, quaſi ſimulis.
Simon, audiens, vel obediens.
Sinapi, σίναπι.
Siniſtra, a ſinendo.
Sin σὰν.
Siren σειρήν. i. catena. Monſtrum marinum.
Smaragdus σμαράγδος.
Sobrini, quaſi ſororipi.
Solers, tanquam ſolus ex arte.
Soleciſmus, σολοικισμός. ſtus.
Solicitus, quaſi ſolers, & citus, atque irrequiſi-
Solemnis, quaſi ſolis annis.
Solon, oſcorum lingua, i. totum, vnde ſolus.
Solſtitium, quaſi ſolis ſtatio.
Somnum, ὕπνος.
Sons, cui culpa ſonat.
Sophiſta, σοφιστής.
Soſpes, σῶος.
Spaſmus, σπασμὸς, a σπάω, conuello.
Spatiū a paudendo, locus aut tempus patens.
Sperma, σπέρμα.
Sphæra, σφαῖρα.
Specus a ſpecio antiquo verbo.
Spina ad ſimilitudinem ſpicæ.
Spira, σπεῖρα,
Splen, σπλήν.
Spondæus, σπονδεῖος.
Spongia, σπόγγος.
Spuo, πτύω.
Stadium, στάδιον.
Stagnum a ſtando, quod ſtent, in eo aquæ.
Stephanus, i. coronatus, στέφανος, corona.
Stercus quod abſtergatur.
Stimulus, a στίζω. i. pungo.
Stipes, στύπος.
Stipulator, id eſt promiſſor, ſtipulari enim eſt polliceri.
Stola, στόλη, στέλλεσθαι.
Stomachus, στόμαχος.
Strangulo, στραγγαλίω.
Studeo, σπεύδω, σπουδάζω, inde σπουδή, ſtudium.
Stultus, quaſi ſtolidus.
Subulcus paſtor porcorum, vt boū, bubulcus.
Sudes a ſuendo, quia vinibus fuitur.
Sudor ab ὕδωρ, aqua.
Sudus, quaſi ſine vdo.
Suffectus, quaſi ſuffactus, id eſt, in loco alterius ſuppoſitus.
Suggeſtus, quia ſedentem ſurſum gerit.
Super, ὑπὲρ.
Super quaſi ſuper eo.
Supplico, quod plicari veteres rogando conſuetum.
Sura, a ſuo, quod aſſuta ſit cruri.
Surculus a ſurgendo, i. creſcendo.
Sus a ſuendo, quod eorum ſetis ſuantur calcei Græco σῦς.
Sybilla, σιβύλλα
Syllaba, συλλαβή.
Sylua, ὕλη. i. materia.
Symbolum, σύμβολον ἀπὸ συμβάλλω, confero.
Symphonia, i. vocum conſonantia.
Synagoga, id eſt, coadunatio, ſiue congregatio, συναγωγή.
Synodus, σύνοδος.
Syrupus, σιρόπιον.

MODIFICATA TRANSLATE.

Sal nunc capitur pro iuſtitia Ada. ſalem appono, hoc eſt, iuſtitiam eā adhibe negotio. Sal enim quicquid occupant ſeruat, & ex reb. puriſſimis conſtat aqua, & mari, nunc pro conuictu ſumitur. Adag. Neminis fidas niſi cum quo prius modium ſalis abſumpſeris. Significat hominis ingenium non poſſe perſpici, niſi diuturno, conuictu, longoque commercio. Nunc pro vrbanitate, in tanto corpore nulla eſt mica ſalis. Hoc eſt, nihil eſt iudicij & vrbanitatis: Nunc deniq. vſurpatur pro parſimonia. Salem lingere in eos dictitari ſolitum, qui per quam tenuiter victitant, natum adagium ab apophthegmate Diogenis, dicentis malle ſe ſalem Athenis lingere quam apud Craterum prædauitem opiparis menſis frui.

Saliua guſtus veteri adagio habet interpretationem ſaliuam imbibere. Sūpta metaphora ab infantibus, quibus præmaſtum cibū nutrices in os inſerunt, non ſine ſaliua, cui cum aſſueuerint, nihil iam illis ſapit, qd ab illius primæ ſaliuæ guſtu deſertum ſit. Hoc loquitur adagium, omnino curandum vt optimis aſſueſcamus. Nam vt illud eſt Horatij. Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorē teſta diu. Huic adagio nū ē diſſimile. Periculoſum eſt canē inteſtina guſtaſſe.

Salamandra nocentiſſimum hominis eſt ſimulachrum, huic enim animanti tam pernicioſa eſt vis, vt arboribus quas irrepſerit poma omnia inficiat veneno: Hoc admirabile, qd traditur ab Æliano, ſues Salamandra impune veſci. Verum ſi quis earum carnes guſtet ex repentino cum interimi.

Samum ſtulti, & inepti hominis veteri prouerbio, habet notam. Qui ſe non hēt. Samū habere poſtulat, in eos cōuenit, qui impudenter quippiam poſtulant, aut qui minora curant, maiora negligentes. Athienenſes vrbe victori tradita poſtularunt, vt Samum dūtaxat ſibi relinqueret. Atq. is reſpondit cum veſtri non ſitis, alios habere poſtulatis?

Satio, pro opportunitate. Ada. Matura ſatio ſępe decipit: Sera ſemper mala eſt. id Columella de re ruſtica, admonet adagium in omni negotio opportune eſſe agendum.

Saxum, laboris, & ſtudij mutilus habet ſignificationem. Ada. Saxum voluere, in eos conuenit, qui inexhauſto quodā atq; inutili labore fatigant. Tractū a Siſyphi fabula, ſaxū apud inferos ſurſum ac deorſū voluentis.

Scarabeus loco inſidioſi hominis communi prouerbio ſumitur. Scarabeus Aquilam quærit item pro homine abiectiſſimo. Abominandus Scarabeus.

Scutica cām prouerbialiter ſignificat vnā ſcutica oēs impellit in eos dī, quos eademcā aut amor, aut ſpes, aut odium vel ſimile qd dam vrget, & ſolicitat, ſumptum adagium ab aurigis ἑμία μάστιξ πάντας ἐλαύνει.

Scipio inconſideratæ ſpei locum veteri adagio vſurpat. Scipioni arūdineo inniti, de eo dictum ſolitum, qui ſpem ſuam in his fixit, quæ non ſolum non poſſunt eſſe præſidio, verum etiam nocent deſtituto. Arundineus enim Scipio non modo non ſuſtinet innitentem, verum etiam penetrat, ac vulnera manum. Huc fere pertinet in caducum parietem inclinare, quæ ruit cum inclinantis interitu.

Scythia pro homine minimāte. Ada. Scytharū oratio, pro eo, quod ſæuum, immane, & barbarum in alium funditur. Quidam inde natum exiſtimant, quod Scythæ Dario Regi

nihil aliud responderint, quam κλαῦσον, i. vt ploraret; quæ quidem ipsa etiam vox in prouerbium abijt, vt plorare iubeamus, quibus male minis nostris ominamur.

Scorpio calumniatoris, & maledici habet interpretationem. Sub omni lapide Scorpius dormit. notat adagium, cauendum esse ne quis apud calūnioſos temere loquatur. mor fus enim calūniatoris sub quouis latet verbo, v scorpio, sub quouis saxo.

Stella pro fide lubrica. Adag. Duab. sedere sellis. Est ancipiti fide esse, & incertarum partium ambobusque satisfacere velle: elegãs Ciceronis i Labienum Minium dicterium huic proximum est. Duos parietes eadē dealbare fidelia. His simile vulgō etiã effertur. vnica filia, duos parare generos, vbi quis idem beneficium duobus pollicetur.

Senex nunc temperantis habet interpretationem. Adag. mature fias senex, si diu vis esse senex. Nihil enim est tam cōsentaneum ætati, quam temperantia, nunc ingrati hominis habet significationem. Ada. in senem ne collocaris beneficium. hoc est. in eum, qui memoria destituitur: qui alio nomine ingratus appellatur.

Serpens pro rapace, & truculento homine Ada. serpens nisi edat serpentem. Draco non fiet. i. homo sua commoda nisi augeat hominum incommodis non fiet diues.

Seruus modo improbi hominis loco vsurpatur. Nullum ocium seruis. Non inelegãs adagium in improbos, quorum ingenium ita vitijs occupatur, vt non possint egregias artes perdiscere. nec rei bene gerendæ vnquam causam nancisci videantur, modo hostis significationem assumit. Adag. quot seruos habemus totidem habemus hostes. admonet adagium, ne quid fidamus illis, neve ex animo amicos nobis arbitremur qui nos metu colunt.

Sæuum pro re optata. Mustelæ sæuum. sub audiendum fugeris. in eum conuenit, qui ea alteri ministrat, quæ auidissime cupit. Nam sęuo mustela mire delectatur.

Siculissare pro seuere, & crudeliter agere. adagium ab eius gentis moribus sumptum.

Simia nunc pro homine astuto sumitur. Ada. simia non capitur laqueo, de ijs dicitur, qui callidi sunt, & terguersatores. Item Anus simia sero quidem. Subaudiendum capitur. vbi vertutus aliquis qui dia elusit, tandem dat pœnas. Nunc pro nequissimo vsurpatur homine. Simiarum pulcherrima deformis est, hoc est, optimus latro pessimus. Nunc pro eo, qui etsi est in honore, improbus est tamen. Ada. Tragica simia. Simiam quippe appellant homūcionem, vix hominem. Tragicum addunt propter ioculatæ strepitum. Modo pro homine ridiculo veteri puerolo. Simia barbara. Est enim hoc animal ridiculum. Nec i alium vsū videtur natum dum nec valeat ad esum, vt oues, nec ad ædium custodiam, vt canes, nec ad onera gestãda, vt equi. Modo pro deformi muliere, fucata tamen. Simia fucata, modo denique vendicatur pro homine. alicuius loci, & ordinis, turpi tamen & sordido. Adag. simia in purpura, in varios vsus potest adhiberi paræmia. Qui enim gestant honores sunt multi, ratus verus honor. Huic adagio, & hoc est finitimum simia, simia est, etiam si aurea gestet insignia.

Sinapi, pro angoribus, & molestia, Ada. sinapio victitare. Tristes ac supra modum tetrici sinapi victitare dicuntur. Nam huius est vis ciere lachrymas, eoque Ennius apud Macrobium Triste vocat sinapi.

Smaragdus pro Amico. Smaragdus in luce obscurus. Non cognoscitur nisi in obscuritate rerum & fortunæ tenebris verus amicus.

Sol nunc pro sapiente capitur. Adag. sol nō inridet vesperi, hoc est qui in aliquo artificio præcellit cæteris, nihil derogatū suę existimationi putat, si tenuibus aliqd ex arte sua accedat lucelli. Nūc pro veritate. Aduersus solam ne merito, i. aduersus veritatē noli notas, & sordes tuæ imbecillitatis obijcere. solem. n. qui sapiunt ex vrina, quo infirmus laboret morbo deprehēdere. Item lumen soli mutuas, i. mutuum das, in eum cadi, q̄ erudit doctissimum, modo capitur pro claritate. Adag. caligare in sole, hoc est in re clarissima cæcutire, lippientibus enim lumen pro tenebris est, modo pro iuuene plures adorant solem orientem quam occidentem, hoc est, iuueni magis adhæretur, quã seni. Plutarchus scribit, Pompeium hoc adagio minatum Cinnę.

Somnium inanis opinionis habet significationem. Adag. Qui amant ipsi sibi somnia fingunt, hoc est opinione, non rei natura, quæ est affinis vero omnia definiunt.

Sorex pro verboso. Ada. suo ipsius iudicio perijt sorex. Metaphora inde ducta, quod rodendo frivola dum strepit, agnoscitur a felibus & laceratur.

Sparta pro viro iusto. Adag. Pecuniarum cupiditas Spartam capiet. præterea nihil de ijs qui sola pectora possint expugnari, alioquin inuicti. Natum Adag. ab oraculo, quo responsum est, tum demum vincendos esse Lacedęmones cum aurum, & argentum in pretio haberent.

Spina, pro sceleratо Adag. Ne spina quidem vulnerabit bonos. Nemo molestus fuerit innocenti. spina enim non pungit nisi attrectantem.

Speculum pro re euidente. Adag. tanquam in speculo tanquam in tabula de re vehementer perspicua.

Sphæra facilitatis habet expositionem. Adag. spęra per precipitium, in eos cadit, qui vitæ genus aliquod nacti sunt, ad quod videntur esse natura propensi.

Squilla pro doctore, aut parente, e squilla non nascitur rosa. Admonet Adagium aut ex indocto præceptore doctum non fieri discipulum: aut ex improbo parente, probū non nasci filium, est autem squilla herbæ genus non dissimile aloe. (nis.

Stabulum loco capitur inquinatissimi homi-

Stenis. Adag. Augię stabulum repurgare. inde ductum Adagium, quod eius stabulum tãtum habuerit congesti fimi, quantū tot mille boues pluribus annis reddere potuerunt.

Statera æquitatis locum occupat. Adag. statetam ne transgrediaris, hoc est; ne quid facias præter æquum.

Sterquilinum, pro patria. Gallus in suo sterquilinio plurimum potest.

Stimulus pro ineuitabili malo. Ada. contra stimulum calcitare.

Stipula pro coniectura. Adag. contra stipulā cognoscere metaphora a segetibus.

Suber, pro ijs, qui nesciunt dissimulare tãquã subēr. Ada. tractum a natura ligni, quod nescit mergi & occulti. pro leui item & inconstante homine. Adag. subere leuius prouerbialis hyperbole in homines inconstantes, & lubrica fide.

Suffragiū pro iudicio incorrupto; Pauidis suffragium: ait Paridem Hesiodum Homero prætulisse. Huc pertinet Midæ suffragia, qui Panis agrestē cantionem antepositit Apollinis Musicæ. In genere conuenit i iudicia vulgi. cui fere semper pro optimis pessima placuerunt.

Sus modo vendicatur pro stupido. Adage sus cōmessatur. locus Adagij erit, vbi stupidus affectat videri elegãs, aut durus, & agrestis festiuus. Modo p munere, vel minimè grato Veneri suem immolauit. Adag. vbi quis munus affert minimè gratum. Est. n. sus inuisus veneri: propter Adonidem illius amasium apri dente peremptum, aut contra, cū quis alium in gratiam alterius lędit quemadmodum caper mactatur Libero: non quia gratus sit, sed quia nocet. Nunc asciscitur sus, pro homine inepto, fortunato tñ Adag. anulus aureus in naribus suis, ut si stulto contingant opes, fatuę formę: genus ignauo: eloquentia improbo. Hinc confine est in eburnea vagina plumbeus gladius. Nunc denique sus capitur cōi prouerbio pro indocto & indocili. Hyperbole, sus Minervam subaudiendum docet. nihil. n. est inter animantes siue neque sordidus, neque indocile magis, ei accommodabitur, qui ventri, & abdomini suo cum sit natus, fęda omnia tã quam sus stercus habet in delicijs.

MODIFICATA HIEROGLYPHICE.

Sacerdotij symbolum effingitur per alas Accipitris, quem dictabant Ægyptij librum olim puniceis litteris perscriptum Thebas ad sacerdotes detulisse: in quo cultus, & religionis perscripta erat ratio.

Sal amicitiæ symbolum statuitur duratiemis gratia, corpora enim solidiora facit, & diutissimè conseruat.

Salix temperantiæ habet symbolum. Nam folia eius arboris, ut aium, contrita & pota in temperantiæ libidinis efficaciter frenant, fępius verò sumpta penitus vsum veneris auferunt.

Salamandra constantiam Hieroglyphicè significat. Quod animal hoc in igni medio qui omnia domat non solum gestit & viuit, sed etiam ignem si Nazianzeno credimus, omnino restinguit.

Salubritas Hieroglyphicè effingitur, per columbam. Nam morbosa, & pestilenti tempestate, eum aiunt, qui non alijs, quam columbarum carnibus vescatur, contagione eiusmodi non contaminari.

Salum, quem alij Aegyptum vocant odij habet momentum, præsertim si iostro asini viscera exanans pingitur, tam atrox enim est eorum odium, vt vtriusque sanguis cum mixtus sponte excurrat, seque subducat ac separetur.

Scarabeus Hieroglyphicum constituitur generationi. Nã ex aquis in lucem prodeunt Scarabei, veluti rerum omnium generationem ab aquis esse autumant Philosophi.

Scorpio mutuæ cædis sit Hieroglyphicum, vbi pingitur cum Crocodilo. siquidem in tanto odij inter se æstuant incendio, vt simulatque alter alterum conspexerit, mox hauriat oculis, amboque pariter in ipso intuitu concidant mortui, quod tamen de marino scorpione intelligendum est.

Senectutis symbolum per cetuum constituitur, datum enim est illi a natura, vt quã diutissimè viuat, quod cum sacerdotes ostendere vellent, ei cornua maximè remota faciebant.

Sæpia in aquæ summum exiliens imminentis procellæ est symbolum. Hæc. n. cum neq. pelle neq. testa, neq. squāmis sit munita frigus perhorrescens attentat a mari exilire. Est item sæpia symbolum coniugalis amoris in eo. n. genere si fœmina tridente fuerit percussa a piscatore accurrit mascupem allaturus, fœminæq. quantum potest auxiliari nititur, sin mas ictus fuerit, fœmina sui cãtum sollicita aufugit. Hoc symbolo notatur viri amor in mulierem infidam.

Serpens Hieroglyphicū est remedij infortunio adhibiti cum quę pingere consueuerūt nihi furculo circumuolutum anguē capite deorsum deiectum: caude superne sit. Nam ex milio panis pręlumptus incolumem sospitemq. aiunt. præstat a veneno, furoris nē implacabilis symbolum est serpens volumnibus implicatus, qui linguam inferet, ore trisulca serpens. item est salutis Hieroglyphicum ab eo. n. multa in hominum genus manant remedia apud Lactātiū legas rectā

vipe-

viperino, præsens admodũ esse remedium viperam exustam,& incinerem redactam.

Silentij Hieroglyphicum fit per indicem,qui ori apponitur.

Simia Hieroglyphicũ est sibi in febri medẽtis,vbi sic effingitur,vt aleone conspiciatur vora rari. Nam compertum est Leonem ex simiæ pastu statim febri leuari, aut potius funditus liberari. Fit item symbolum hęre dis instituti,si adulta cum simiola pingatur duos enim eodem enixu parit,quorum alterum negligit, alterum nimio pastu occidit.

Sinapi intelligentiæ est typus,& imago,quod simul ac semen id ori ingestum est,acutissimi fit saporis, omnemq. reliquorum saporum fatuitatem temperat, temperatamq. commendat, atq. capitis pituitam purgat.

Sobrietatis typus,& imago oryx effingitur,p fert enim perpetuam sitim, atque ex natura loci, potu omnino caret, remedia tamen aduersus sitim,qui liquor residet i eius corpore,affert mortalibus validissima.

Solitudinis hieroglyphicum nunc per leporẽ ostenditur, qui ita est solitarius, vt nunquã duob.plures in eodẽ cubili cernantur, nũc per Pelicanum constituitur, qui non luce, sed tenebris vitæ perquirit necessaria, quo non animantes modo, sed etiam lucem ipsam viret.

Smaragdus virginitatis fit symbolum. Nam in pattranda re venerea,aiunt,lapidem eum sponte frangi.

Sphinx apud Aegyptios sacerdotes Hieroglyphicum est arcanorum,tegendorum. Sacrę enim litteræ per ænigmatum nodos a profana multitudine seruantur incolumes.

Spica symbolũ,est cereris. Videre enim est Iuliæ nummum i cuius altera facie imago est leua conto innixa,dextra spicam gerens:ca lato ante pedes posito: cuius inscripto est. Quarto casu Cereri. Quę ex re iure. Fr. Cenchius Rosanus, theologus insignis ordinis Car.gloriari potest,ex imagine sui generis, & seminis.

Spolium Leoninũ symbolum est virtutis. Ea quę de causa Hercules dicatur, quẽ pro virtute veteres celebrarũt. Idemque Diogenes conspiciens quendam cultu ornatu turgẽtem exclamauit: ecquid virtutis indumentũ vituperas?

